C. A. ~~4~~ = 56 = 8

3676

A
10
343

440 R-9626

# C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS ARVERNORVM EPISCOPI, OPERA,

*Ex Veteribus libris aucta & emendata:*

Notíſque PETRI COLVI Burgenſis illuſtrata.




11. 62

*LVGDVNI,*
Apud IOANNEM PILLEHOTTE,
ſub ſigno nominis IESV.

M. D. XCVIII.

*Cum priuilegio Regis.*

GRANADA

IOAN.

# DE VVOVVVEREN

IN

C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS OPERA.

## PROOEMIVM.

IN hoc publico Galliæ luctu lacrymas meas pellere quærens, non ut prudentiſsimi quique ad ſapientum placita, aut aduerſum imminentia præmeditata præcepta confugi, neque adeò ut ſapientiſsimi homines, unicum aduerſorum lenimen literas arbitrati, facilioribus ſtudijs doloris impetum fregi, ſed concuſſo publicis lacrymis & ferali gemitu (non enim tam altè munitum pectus gero, ut hilaritatis frontem induam, cùm fata Reſpublicas

aduerſis fatigant, quod amant ſupercilioſi iſti qui ambitioſæ conſtantiæ gloriam adfectant) obrepſit ignauiæ dulcedo, cui tam largiter indulſi, vt callum quoddam mihi obduxerit, imò penitiſſimum robur: ex qua inertiſſimi ocij habitudine nata eſt quædam triſtis & ægra ſui ipſius patientia, quæ poſtquam tormenta introrſus egerat, periculum mehercles fuit, ne illic ſeſe ſtrangularet, quo nomine cum primis ſuſcepi C. Sollij Sidonij Apollinaris editionem, quem ſententia mea publicè intereſt terſo & nitidiori pallio incinctum conſpici, propter multiplicem rerum varietatem, quæ in eo ſparſa, & præclarum ingenij lumen, quod ne labaſcenti quidem æuo extingui potuit: niſi quod ſollicito nimis acumine lacinioſo verborum ambitu ſenſum inuoluat, vt quaſi per tormenta omnia expreſſiſſe videatur. Sed vt facile hic morbus excuſatur, ita virtutes eius curione non indigent. Non dubiè ita eſt, perpendendis ſuis nimis intabuit:

torſit

torſit enim verba & faſtidioſè inuertit, vſque adeò vt dum extremam manum imponere cogitaret, infelix quædam & mæſta perſequeretur ſollicitudo. Vt in parietum ſtructura, etiamſi coagmentandos lapides ſæpius verſes & incidas, priuſquam in ipſam compaginis molem ſurgant: niſi tamen aptè committas, & caueas ne quid in campo rudis cæmenti emineat: ſi quid inæquale aut aſperum niſi albario opere impleas, & politionem inducas: firma fortaſſis erit ſtructura: ſed informis, non expolita, non ſplendens, vt viſum delectet, & oculorum iudicium trahat: ita in oratione, cuius compoſitio etſi ſollicita & ſuperſtitioſè inflexa, niſi naturali pulchritudine exſurgat, & florenti quodam decore effulgeat, robuſta quidem erit, ſed artificioſè iners, triſtis, hians & impexa. Cæterùm vt arbores felices ætate mutant & ſterileſcunt, ita oratio non ſemper eiuſdem coloris enituit: ſed loquendi gradus extitere, qui

 cum

cum æuò degenerarunt. Genus dicendi inflatum & tumidum, gaudens pinguioribus membris, & affectatione ambitioſa, abiecto omni verborum pudore, prorſus abhorrens ab exquiſita & effloreſcenti lætitia ſcriptorum, quos Auguſti Imperium tulit, & decenti cultu eorum qui ſub Traiano floruerunt, tempore Sidonij plauſum & admirationem habebat. ſi hoc charactere eius dictio æſtimetur, vicioſa & corrupta eſt. Quis enim non agnoſcat eum morbo ſæculi inquinatum, cum verborum licentia reſultat, fractus, & aſper, nitens floſculis arentibus, non reſcindens ſuperfluum aut vitans inane, & quod mireris dum per ſublimia incedere parat, per præcipitia gradum frangit, libertatis quadam ſpecie, quam ipſe ſibi indulget, laſciuiens: proprietas ſcilicet vicij ſæculi, vt adfectantes læta, luxurioſa aſſequerentur. Sed fuere, ait Quinctilianus, quædam genera dicendi cõditione temporum horridiora, alioquin ma-



gnam ingenij vim præ ſe ferentia: quam mehercles in Sidonio fatigeris admirando. In Carminibus eminentior, & loca lætiora attentans non tãtùm hilarior exſurgit, ſed luxurians conceſſo quodam tumore turgeſcit. ergo Sidonius non ad veterum oratorum ſummã acceſſit, ſed intra ſæculi ſui eloquentiam ſubſtitit, ad quam tamen quo minus perueniret non ingenium neque vires defuiſſe fatendum eſt. quod ſi eum hoc nomine reijcimus, multi ſanè veterum eadem nota cenſendi erunt. Sed ipſe Sidonius ſermonis ſui cenſor libr. 8. Epiſtol. 16. ego quidem hæc ſaltuatim huic fini diſſerui, vt tæduli iſti, qui omnia palàm damnant, quibus ad ſingula quæque ſtomachus ſoluitur, quibus nihil pulchrum aut ſuaue, niſi quod Ciceronis ætate effloruit, diſcant eloquentiæ gradus eſſe, & æſtimanda tempora. Quamquam amici mei editionem ſeriò diſſuadere, hortari ne rem alijs præmeditatam aggrederer, veriti

*ne nouus ego ædilis vitio creatus, ſine populi ſuffragio ludos darem, quod multis fatale ſcribit Anneus Seneca, qui cùm omnia fecerint, annum magnum arroſo etiam pollice, & arcano quodã murmuris tractu muginati: tamen eorum opera, vbi publicum adſpexerint paſtoricia fiſtula excipiantur: nihil aſſecuti niſi operoſum contemtum. Adfirmabant Sidonium incluſum apud doctißimos viros, à quibus læta vertigine circumagi, & candidæ veſtis honore donari iam olim geſtit. Quod quidem à me impetrauit, ne ea huic editioni inſererem, quæ interpretationi congeſſeram: proinde neque obtrectationi erit, ſi nulla à nobis diſcuſſa ſint, quippe cùm hunc ſcriptorem diligentiori tantùm manu recenſere voluerim, in quo ſanè, vſurpabo illud Attij,* maiorem laborem, quàm laudem inuenero. *Quamquam nemo tam iniquus, qui Commentarium à me exigat, qui omnia ad amußim redigat,*

*gat,*

*gat, qui non incondita multa, imò abſurdiora, quàm quæ delirantibus oboriri amant, condonabit: quippè quem norit diſpoliatum omni librorum tractatione, hominem deſultorium & magis vagum, quàm Scytham, inter hæc quàm propitius ſibi & ſtudijs hic animus quæſo teipſum interroges. Vt aſſueta ſitu & tenebris corpora, protracta in lucem cælum & ſolem nullo genere ferunt, ita ego emollitus dilecta ocij vmbra, in qua propè conſeneſco, publica famæ diſcrimina ſubiturus vix me ipſum inuenio. equidẽ ſi quæ vnquam experrectioris ingenij ſcintilla in me incenſa fuit, ea nunc demum, nõ tantùm ſopita aut oppreſſa, ſed prorſus funerata eſt, qui memoriam cum ipſa voce pene perdiderim. Cæterùm quid ego mihi non promittam, cùm Baptiſta Pius, qui ante me in hac arena depugnauit ea fauentia exceptus ſit, vt Annotationes eius ineptiores iſti vbique legi dignas clament, ſcilicet quod ſuccinctæ ſint: ita enim honoris cauſſa*

*eas appellant. At Baptiſta Pius dij deæque quantus vir! cuius eruditio querqueræ impetu infeſtari mihi videtur, haud diſſimilis capris, quas Varro ſcribit perpetua febri quati. Sed ſtultitia eſt exemplis errantium patrocinium ſibi mutuare. deprecari malle, quàm culpa vacare. ego profeſſione iuuandi aut laudatus ero aut excuſatus. Tuæ verò humanitatis Geniũ, doctiſſime gauaroni, imploro, ne iniuriam interpreteris, quod mancipatum tibi liberali manu aſſeram, cùm nequidquã præreptum, ſed omnia integra & illibata in medio relicta, quo tibi ſalua libertas ingenium explicandi, ego informem hanc C. Sidonij ſtatuam exhibui, tu quidquid deeſt implebis, perfectiſſimæ artis celamine excudas, & poſteritati, vt veteres loquebantur, ſub aſcia dedicabis, mihi certè etiamſi omne hoc mare Sidonianæ interpretationis deplêris, riuuli tenui quadam venula per calculos fluant: nolo enim quiſpiam tã impensè ſibi placeat, vt pu-*

*tet eos*

*tet eos nobis omnino occluſos. Quod ſi hoc virtutis arbitrantur difficillimos ſcriptores intelligere, non ægre ferant ſi alij quoque hoc cenſu nomen ſuum profiteantur. Sed vt in militia non omnes Imperatores aut tribuni merent, neque in prima fronte pugnant aut vtrumque cornu defendunt, ſunt qui poſt principia tenentes partibus conferunt etiam miniſterijs incruentis: ita ego in litteraria hac acie, quem eruditio inter triarios voluit exemplo & animo militabo. Quamquam profectò tanti non erat magnopere deprecari, cum Aiax Pacuuianus de virtute cernundi poteſtatem omnibus dederit. libet nunc profiteri, quorum librorum ope ſuffultus auctoris huius editionem adgreſſus ſim. Plurimum præter omnes mihi contulit liber meus, notæ optimæ, ex quo pleraque ſuppleui, & corruptiora reſtitui. Abrah. Ortelius, vt eſt admiranda viri humanitas, MS. Sidonij exemplar ad me miſit, cui tamen carmina omnia deerant. Ex his & alijs*

*duobus*

*duobus MSS. in Batauia Sidonium correxeram. Lutetiæ Fr. Pithœus, clariſſ. inter Galliæ eruditos lumen, librum cum tribus MSS. collatum, & P. Petauius, Conſiliarius Regius, cuius vt politiſſimam eruditionem admiror, ita humanitatem exoſculor. MS. exemplar exhibuit. Denique vſus ſum libro P. Coluij quem ille cum tribus Cod. MSS Bibliothecæ S. Victoris Parienſis contulerat. Operæ erat Auctoris vitam, eiúſque ſcripta narrare, & Elogia, vt mos obtinet; ſubnectere: quod ſane in facili: neque adeò mentiar, ſi ea adfecta nobis fuiſſe dixero. Sed cum hæc res alijs ſeriò cogitatà, tutum mihi ſilentiũ erit, neque impendio ſanè indignor, hoc onere me liberari. Quamquam fortaſſe non ineptiora protuliſſem, quàm Pet. Crinitus, quo poſt homines natos nihil ſolutius vidi magnum mehercles facit, cum Sidonium nobis Gallum narrat, aut Burdegalenſem. Aruernos Hæduis finitimos, ſub Nicetiò operam literis dediſſe; & id genus*

*genus*

*genus mille ineptiarum, quibus ſe in ſomnis laborare oſtendit. dein poſt inſignia mendacia in enormes laudes irrumpit, & familiaritates narrat incognitas. Atqui hodie perfectum opus optimi Poëtæ non eſt niſi iſtac inſerta ornatum ſit. Scilicet ſtulti & inſipidi infantiæ friuolis perſuaſionibus cottidie pueraſcimus.*

## *Summa Priuilegij Regis.*

HENRICI IIII. Gallorum & Nauarræorum Regis Chriſtianiſſimi Priuilegio, conceſſum eſt Ambroſio Drouart, in Pariſienſi Academia Bibliopolæ, imprimere, ſeu typis excudendum curare, & venum exponere Librum qui inſcribitur CAI SOLLI SIDONI APOLLINARIS ARVERNORVM EPISCOPI OPERA OMNIA, Recognitum ex diuerſis manuſcriptis, ſtudio & opera IOANNIS DE VVOVVEREN, cum eiuſdem & PETRI COLVI NOTIS, &c. Prohibitúmque Bibliopolis omnibus, Typographis, aliíſque cuiuſcumque ſtatus aut conditionis, Ne quis aut excudat, aut ex alterius cuiuſquam Typographia, præterquam eiuſdem Drouart, vel ex ipſius conſenſu, diuendat, intrà nouem integros annos, elapſos & completos, poſtquam primò excuſus fuerit: ſub pœna confiſcationis & mulctæ arbitrariæ. Prout fuſius patet in literis Regiis, datis Lutetiæ XVII. Februarij, Anno Domini M. D. XCVIII.

*Auctoritate & præſcripto Senatus ampliſſimi.*

DE LAVETZ.

Ab eodem Drouart, Ioanni Pilehotte Bibliopolæ Lugdunenſi poteſtas facta eſt.

## ORDO
# SCRIPTORVM
## C. SOLLI SIDONI
### APOLLINARIS.

***

| | |
|---|---|
| EPiſtolarum libri IX. | pag. 1 |
| Panegyricus dictus Anthemio Aug. | 232 |
| Panegyricus Maioriano Aug. dictus. | 251 |
| Panegyricus Auito Aug. dictus. | 272 |
| Ad Magnum Felicem Coſ. carmen. | 291 |
| Epithalamium Ruricio & Iberiæ dictum. | 303 |
| Ad Catulinum. | 307 |
| Ad Maiorianum Aug. Epigramma. | 308 |
| Epithalamiũ Polemio & Araneolæ dictum | 312 |
| Euchariſticon ad Fauſtum. | 318 |
| Epigramma ad Ommatium. | 322 |
| De balneis villæ ſuæ. | 323 |
| Carmen tetraſtichon ſuper piſcinam. | 323 |
| Ad Hecdicium ſororium. | 324 |
| Ad eundem de piſcibus nocte captis. | 324 |
| Burgus Pontij Leontij. | 325 |
| Narbo ad Conſentium. | 333 |
| Propemticon ad Libellum. | 349 |



# C. SOLI SIDONI
## APOLLINARIS
### ARVERNORVM EPI-SCOPI EPISTOLA-RVM LIB. I.

### EPIST. I.
SIDONIVS CONSTANTIO SVO S.

A *DIV præcipis, domine maior, ſummæ ſuadendi autoritate, ſicuti es in iis quæ deliberabuntur conſilioſiſſimus, vt ſi quæ literæ paulo politiores varia occaſione fluxerunt, prout eas cauſa, perſona, tempus elicuit, omnes retractatis exemplaribus, enucleatisq; vno volumine includam, Qu. Symmachi rotunditatem, C. Plinij diſciplinam, maturitatémque veſtigijs præſumptuoſis inſequuturus. Nam de Marco Tullio me ſilere in ſtylo epiſtolari melius puto, quem nec Iulius Titianus ſub nominibus illuſtrium fœmi-*

B *narum digna ſimilitudine expreſſit. Propter quod illum cæteri quique Frontonianorum, vtpote conſectaneum, æmulati, cum veternoſum dicendi genus imitaretur, oratorum ſimiam nuncupauerunt. Quibus omnibus ego, immane dictu eſt, quantum ſemper iudicio meo ceſſerim, quantúmque ſeruandam ſingulis pronunciauerim, temporum ſuorum meritorúmque prærogatiuam.*

 *Sed*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*Sed ſcilicet tibi parui,tuaeque examinationi has non re-*
*cenſendas(hoc enim parum eſt) ſed defæcandas ( vt a-*
*iunt)limandasque commiſi, ſciens te immodicum eſſe*
*fautorem non ſtudiorum modo, verum etiam ſtudioſo-* C
*rum. Quamobrem nos nunc perquam hæſitabundos in*
*hoc deinceps famæ pelagus impellis.Porro autem ſuper*
*huiuſmodi opuſculo tutius conticueramus,contenti ver-*
*ſuum felicius quàm peritius editorum opinione de qua*
*mihi iam pridem in portu iudicij publici , poſt liuido-*
*rum latratuum ſcyllas enauigatas, ſufficientis gloriæ*
*anchora ſedet. Sed deliramentis genuinum molarem*
*inuidia non fixerit,actutum tibi à nobis volumina nu-*
*meroſiora percopioſis ſcaturientia ſermocinationibus,*
*multiplicabuntur.*

## EPIST. II.

### SIDONIVS AGRICOLAE SVO SALVTEM.

*SAepenumero poſtulauiſti , vt quia Theodorici regis* A
*Gothorum commendat popularis fama ciuilitatem,*
*literis tibi formæ ſuæ quantitas,vitæ qualitas ſignifica-*
*retur. Pareo libens in quãtum epiſtolaris pagina ſinit,*
*laudans in te tam delicatæ ſollicitudinis ingenuitatem.*
*Ipſe etenim vir eſt & illis dignus agnoſci,qui eum mi-*
*nus familiariter intuentur,ita perſonam ſuam deus ar-*
*biter, & ratio naturæ conſummatæ felicitatis dote ſo-*
*ciata,cumulauerunt. Mores autem huiuſcemodi, vt*
*laudibus eorum ne regni quidem defraudet inuidia.Si* B
*forma quæratur , exacto corpore, longiſſimis breuior,*
*procerior eminentiorque mediocribus.Capitis apex ro-*
*tundus,in quo paululum à planicie frontis in verticem*
*cæſaries refuga criſpatur. Ceruix non ſedet neruis.*





*Geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus.*
*Si verò cilia flectantur,ad malas medias palpebrarum*
*margo prope peruenit.Aurium legulæ(ſicut mos gentis*
*eſt(crinium ſuperiacentium flagellis opperiuntur.Na-*
*ſus venuſtiſſime incuruus.Labia ſubtilia, nec dilatan-*
*tis oris angulis ampliata. Si caſu dentium ſeries ordi-*
B *nata promineat niueum protinus repreſentat ipſa colo-*
*rem.Pilis infra narium antra fruticantibus quotidia-*
*na ſucciſio.Barba concauis hirta temporibus, quam in*
*ſubdita vultus parte ſurgentem ſtirpitus tonſor aſſi-*
*duus genas ad vſque forpicibus euellit.Menti,gutturis,*
*colli,non obeſi,ſed ſucculenti,lactea cutis,quæ propius*
*inſpecta iuuenili rubore ſuffunditur.Namque hunc il-*
*li crebro colorem non ira,ſed verecundia facit. Teretes*
*humeri,validi lacerti,dura brachia ,patulæ manus.*
*Recedente aluo pectus accedens. Aream dorſi humilior*
*inter excrementa coſtarum ſpina diſcriminat. Tubero-*
*ſum eſt vtrumque muſculis prominentibuus latus. In*
*ſuccinctis regnat vigor ilibus.Corneum femur,interno-*
*dia poplitum bene maſcula.Maximus in minimè ru-*
*goſis genibus honor.Crura ſuris fulta turgentibus: &*
*qui magna ſuſtentat membra pes modicus.Si actionem*
C *diurnam quæ eſt forinſecus expoſita,perquiras:Ante-*
*lucanos ſacerdotum ſuorum cœtus minimo comitatu ex-*
*petit: grandi ſedulitate veneratur,quanquam (ſit ſer-*
*mo ſecretus )poſſis animaduertere,quod ſeruet iſtam pro*
*conſuetudine potius,quàm pro ratione reuerentiam.Re-*
*liquum mane adminiſtrandi regni cura ſibi deputat.*
*Circumſiſtit ſellam comes armiger ,pellitorum turba*
*ſatellitum ne abſit admittitur,ne obſtrepet eliminatur:*
*ſicq; pro foribus immurmurat , excluſa velis, incluſa*
*cancellis. Inter hæc intromiſſis gentium legationibus,*
*audit plurima, pauca reſpondet. Si quid tracta-*

*bitur,differt.Si quid expedictur,accelerat.Hora eſt ſe-
cũda:ſurgit è ſolio,aut theſauris inſpiciẽdis vacaturus
aut ſtabulis.Si venatione nũtiata procedit,arcũ lateri
innectere citra grauitatẽ regiã iudicat:quẽ tamẽ,ſi co-
minus auẽ feramq; aut venanti monſtres , aut vian-
ti Deus obtulerit manui poſt tergum reflexæ puer
inſerit , neruo loróue fluitantibus : quem ſicut pue-
rile computat geſtare thecatum ,ita muliebre accipe-
re iam tenſum. Igitur acceptum modo inſinuatis è* D
*regione capitibus intendit , modo ad talum pen-
dulum nodi parte conuerſa languentem chordæ la-
queum vagantis digito ſuperlabente proſequitur : &
mox ſpicula capit,implet,expellit:quídue cupias percu-
ti,prior admonet,eligis quid feriat, quod elegeris ferit.
quod ſi ab alterutro,errandum eſt rarius fallitur figen
tis ictus,quàm deſtinantis obtutus.Si in conuiuium ve-
nitur,quod quidem diebus profeſtis ſimile priuato eſt,
non ibi impolitam congeriem liuentis argenti menſis
cedentibus ſuſpirioſus miniſter imponit. Maximum
tunc pondus in verbis eſt,quippe cum illic aut nulla
narrantur, aut cria. Toreumatũ , peripetaſmatumq;
modo conchiliata profertur ſuppellex , modo byſſina.
Cibi,arte,non pretio placent. Fercula nitore,non ſplen-
dore.Scyphorũ & paterarum raras oblationes facilius
eſt vt accuſet ſitis,quàm recuſet ebrietas : Quid mul-
tis? Videas ibi elegantiam Græcam , abundantiam* E
*Gallicanam, celeritatem Italam, publicam pompam,
priuatam diligentiam,regiam diſciplinam. De luxu
autem illo ſabbatario narrationi meæ ſuperſedendum
eſt, qui nec latentes poteſt latere perſonas. Ad cœpta
redeatur : Dapibus expleto ſomnus meridianus ſæpe
nullus,ſemper exiguus. Quibus horis viro tabula cordi
eſt, teſſeras colligit rapide , inſpicit ſollicite, voluit ar-*





*gutè,mittit inſtanter,iocUlariter compellat , patienter
expectat. In bonis iactibus tacet , in malis ridet. In
neutris iraſcitur, in vtriſque philoſophatur. Secundas
faſtidit vel timere;vel facere:quarũ oportunitates ſper-
nit oblatas trãſit oppoſitas.Sine motu euaditur,ſine col-
ladio euadit. Putes illum & in calculis arma tractare.
Sola eſt illi cura vincendi. Cum ludendum eſt regiam
ſequeſtrat tantiſper ſeueritatem,hortatur ad ludendum
libertatem communionémque. Dicam quod ſen-
tio : Timet timeri. Denique oblectatur commotio-*
F *ne ſuperati. Et tunc demum ſibi credit ceſſiſſe colle-
gam cum fidem fecerit victoriæ ſuæ bilis aliena. Quod-
que mirere , ſæpe illa lætitia minimis occaſionibus ve-
niens,ingentium negociorum merita fortunat. Tunc pe-
titionibus diu ante per patronorũ naufragia iactatis, ab
ſolutionis ſubitæ portus aperitur.Tunc ego etiam aliquid
obſecraturus feliciter vincor, quãdo mihi ad hoc tabula
perit;vt cauſa ſaluetur.circa nonã recrudeſcit moles illa
regnãdi.Redeunt pulſantes, redeunt ſummonẽtes,vbiq;
litigioſus fremit ambitus;qui tractus in veſperã,cœnæ re
gia interpellãte rareſcit, & per aulicos deinceps pro pa-
tronorũ varietate diſpergitur vſque ad tempus cõcubiæ
noctis excubaturus. Sane intromittuntur ( quanquam
raro )inter cœnandum mimici ſales,ita vt nullus cõuiua
mordacis linguæ felle feriatur. Sic tamen quod illic nec*
G *organa hydraulica ſonant, nec ſub Phonaſco vocalium
cõcentus medietatũ acroama ſimul intonat. Nullus ibi
lyriſtes , choraules, meſochorus , tympaniſtria, pſaltria
canit:Rege ſolũ illis fidibus delinito , quibus non minus
mulcet virtus animum,quàm cantus auditũ.Cum ſur-
rexerit inchoat nocturnas aulica caſa cuſtodias. Armati
regiæ domus aditibus aſſiſtũt,quibus horæ primi ſoporis
vigilabũtur.Sed iam quid meas iſtud ad partes qui tibi*

indicanda non multa de regno, ſed pauca de rege promiſi? Simul & ſtylo finem fieri decet, quia & tu cognoſcere viri nō amplius quàm ſtudia, perſonāque voluiſti: & ego non hiſtoriam ſed epiſtolam conficere curaui Vale.

## EPIST. III.

SIDONIVS PHILIMACHIO SVO SALVTEM.

IN nunc & legibus me ambitus interrogatum ſenatu A
moue, cur adipiſcendæ dignitati hæreditate curis peruigilibus incumbā, cui pater, ſocer, auus, proauus, præfecturis vrbanis prætorianiſq; magiſterijs palatinis militaribuſq; micuerunt. Ecce Gaudentius meus hactenus B
tantū Tribunitius, oſcitantē noſtrorum ciuium deſidiam vicariano apice tranſcendit. Muſſitat quidē iuuenum noſtrorum calcata generoſitas: ſed qui tranſit derogantes in hoc ſolum mouetur, vt gaudeat. Igitur venerantur huc uſque contemptum, ac ſubitæ ſtupentes dona fortunæ, quem conſeſſu deſpiciebant ſede ſuſpiciunt. Ille arbiter ſtertentum oblatratorum aures rauci voce præconis euerberat, qui in eum licet ſtimulis inimicabilibus excitentur, ſcamnis tamen amicabilibus deputatur. Vnde te etiam par fuerit priuilegio conſiliorum præfecturæ, in quam participandam depoſceris, antiquitati honoris perniciter ſarcire diſpendium, ne ſi extra prærogatiuam conſiliarij in conſilium veneris, ſolas vicariorum vices egiſſe videare. Vale.

## EPIST. IIII.

SIDONIVS GAVDENTIO SVO SALVTEM.

Macte



A MActe eſto virtute vir ampliſſime, faſcibus partis dote meritorum, quorum vt titulis apicibuſq; potiare, non maternos reditus, non auitas largitiones, non vxorias gemmas, non paternas pecunias numerauiſti quia tibi è contrario apud principis domum, inſpecta ſynceritas, ſpectata ſedulitas, admiſſa ſodalitas laudi fuere. O terq; quaterq; beatum te, de cuius culmine datur amicis lætitia, liuidis pœna, poſteris gloria: præterea vegetis & alacribus exemplum, deſidibus & pigris incitamentum, & tamen ſiqui ſunt, qui te quocunque animo deinceps æmulabuntur, ſibi forſitan, ſi te conſequantur, debeant: tibi debebunt proculdubio, quod ſequuntur. Spectare mihi videor, bonorum pace præfata, illam in inuidis ignauiam ſuperbientem, & illud in militandi inertibus familiare faſtidium, cùm à deſperatione creſcendi, inter bibendum philoſophantes ferias inhonoratorum laudant vitio deſidiæ, non ſtudio perfe-
B ctionis. Cuius appetitus ne adhuc pueris vſui foret maiorum iudicio reijciebatur; ſic adoleſcentum declamatiunculas pannis textilibus comparantes, intelligebant eloquia iuuenum laborioſius breuia produci, quàm porrecta ſuccidi. Sed hinc quia iſta hæc ſatis, quod ſubeſt quæſo reminiſcaris, velle me tibi ſtudij huiuſce viciſſitudinem reponderare, modo me actionibus iuſtis deus annuens & ſoſpitem præſtet & reducem. Vale.

## EPIST. V.

SIDONIVS HERONIO SVO SALVTEM.

A LIteras tuas Romæ poſitus accepi, quibus an ſecundum commune conſilium ſeſe peregrinationis meæ cœpta promoueant, ſollicitus inquiris. Viam etiam qualē

qualiterq́; confecerim, quos aut fluuios viderim poëtarũ
carminibus illuſtres, aut vrbes mœnium ſitu inclytas,
aut montes hominum opinione vulgatos, aut campos
præliorum replicatione monſtrabiles, quia voluptuoſum
cenſeas, quæ lectione compereris, eorũ, qui inſpexerint,
fideliore didiciſſe memoratu. Quo circa gaudeo te quid
agã cupere cognoſcère, namq́; huiuſcemodi ſtudium ex
affectu interiore proficiſcitur. Illic & ſi ſecus quippiam,
ſub ope tamen dei ordiar à ſecundis, quibus primordiis
maiores noſtri etiam ſiniſteritatum ſuarum relationes
euoluere auſpicabãtur. Egreſſo mihi Rhodanuſiæ noſtræ
mœnibus publicus curſus vſui fuit, vt pote ſacris apici-
bus accito, & quidem per domicilia ſodalium, propin-
quorumq́;: vbi ſane vianti moram nõ veredorũ paucitas
ſed amicorũ multitudo faciebat: quæ mihi arto implici-
ta cõplexu, itum reditumq́; felicem certãtibus votis cõ-
precabatur, ſic Alpiũ iugis appropinquatum: quarum B
mihi citus & facilis aſcenſus, & inter vtrinque torrẽtis
latera prærupti cauatis in callẽ niuibus itinera mollita.
Fluuiorũ quoq; ſi qui nõ nauigabiles, vada cõmoda, vel
certè peruij pontes, quos antiquitas à fundamentis ad
vſq; aggerẽ calcabili ſilice cruſtarũ crypticis arcubus
fornicauit. Ticini curſoriã (ſic nauigio nomen) aſcendi:
qua in Eridanum breui delatus, cantatas ſæpe commeſ-
ſaliter nobis Phaëthontiadas & cõmenticias arborei
metalli lacrymas riſi. Vluoſum Lãbrũ, cœrulum Aduã,
velocẽ Atheſim, pigrũ Minciũ, qui Liguſticis, Euga-
neisque mõtibus oriebantur, paululum per æſtia aduer-
ſa ſubuectus in ſuis etiam gurgitibus inſpexi: quorum
ripæ thoriq́; paſſim quernis acernisq́; nemoribus veſtie-
bantur: hic auium reſonans dulce concentus, quibus
nunc in concauis harundinibus, nunc quoque in
iuncis pungentibus, nunc & in ſcyrpis enodibus, ni-
dorum



C dorum ſtrues impoſita nutabat, Quæ cũcta virgulta
tumultuatim ſuper amnicos margines ſoli bibuli ſucco
fota fruticauerant. Atque obiter Cremonã peruectus
adueni, cuius eſt olim Tityro Mantuano larium ſuſpi-
rata proximitas. Brixillum dein oppidum, dum ſucce-
denti Aemiliano nautæ decedit Venetus remex, tantum
vt exiremus, intrauimus, Rauennam paulopoſt curſu
dexteriore ſubeuntes: quo loci veterem ciuitatem no-
uum portum media via Cæſaris ambigas vtrum con-
nectat, an ſeparet. Inſuper oppidum duplex pars inter-
luit Padi cætera pars alluit: qui ab alueo principali
molium publicarum diſcretus obiectu, & per eaſdẽ di-
riuatis tramitibus exhauſtus, ſic diuidua fluenta par-
titur, vt præbeant mœnibus circumfuſa præſidium,
infuſa commercium, huc cum peroportuna cuncta mer-
catui, tum præcipuè quod eſui competeret deferebatur:
Niſi quod cum ſeſe hinc ſalſum portis pelagus impin-
D geret, hinc cloacali pulte foſſarum diſcurſu lintrium
ventilata, ipſe lentati languidus lapſus humoris nauti-
cis cuſpidibus foraminato fundi glutino ſordidaretur,
in medio vndarum ſitiebamus: Quia nuſquam vel
aquæductuum liquor integer, vel ciſterna defecabilis,
vel fons irriguus, vel puteus illimis. Vnde progreſſis ad
Rubiconem ventum, qui originem nomini de glarearũ
puniceo colore mutuatur, quiq; olim Gallis ciſalpinis,
Italisq; veteribus terminus erat, cum populis vtriusq;
Adriatici maris oppida diuiſui fuere. Hinc Ariminum
Fanumq; perueni illud Iuliana rebellione memorabile,
hoc Aſdrubaliano funere infectum. Siquidem illic Me-
taurus cuius ita in lõgum felicitas vno die parta porri-
gitur, ac ſi etiam nunc Dalmatico ſalo cadauera ſan-
guinolenta decoloratis gurgitibus inferret. Hinc cæte-
ra Flaminiæ oppida ſtatim vt ingrediebar, egreſſus

 leuo

*leuo Picentes, dextro Vmbros latere tranſmiſi, vbi mihi*
*ſeu Calaber Atabulus, ſeu peſtilens regio Tuſcorum,* E
*ſpiritu aeris venenatis flatibus inebriato, & modo calo-*
*res alternante, modo frigora, vaporatum corpus infe-*
*cit. Interea febris ſitisque penitiſſimum cordis medul-*
*larumque ſecretum depopulabãtur: Quarum audita-*
*ti non ſolum amœna fontium, aut abſtruſa puteorum*
*(quanquam hæc quoque) ſed tota illorum vel vicina*
*vel obuia fluenta, id eſt, vitrea Fucini, gelida Clitumni,*
*Anienis cœrula, Naris ſulphurea, pura Fabaris, tur-*
*bida Tyberis (metu tamen deſiderium fallente) polli-*
*cebamur. Inter hæc patuit & Roma conſpectui. Cuius*
*mihi, non ſolum formas, verum etiam naumachias vi-*
*debar epotaturus. Vbi priuſquam vel pomœria contin-*
*gerem, triumphalibus apoſtolorum liminibus affuſus,*
*omnem protinus ſenſi membris male fortibus exploſum*
*eſſe languorem: poſtque cœleſtis experimenta patroci-*
*nij conducti diuerſorij parte ſuſceptus, atque etiamnum*
*iſta hæc inter iacendum ſcriptitans, quieti pauxillu-*
*lum operam do. Neque abhuc, principis aulicorumq;*
*tumultuoſis foribus obuerſor. Interueni etenim nuptijs* F
*patricij Ricimeris, cui filia. Perennis Auguſti, in*
*ſpem publicæ ſecuritatis, copulabatur. Igitur in iſta*
*non modo perſonarum ſed etiã ordinum partiumq; læ-*
*titia, Triſalpino tuo latêre conducibilius viſum, quippe*
*cum hoc ipſo tempore quo hæc mihi exarabantur, vix*
*per omnia theatra, macella, prætoria, fora, templa, gym-*
*naſia, thalaſſio feſcenius explicaretur. Atque etiam-*
*num econtrario ſtudia ſileant, negocia quieſcant, iudi-*
*cia conticeſcant, differantur legationes, vacet ambi-*
*tus, & inter ſcurrilitates hiſtrionum totus actionum*
*ſeriarum ſtatus peregrinetur. Iam quidem virgo tra-*
*dita eſt, iam corona ſponſus, iam palmata conſularis,*
*iam*



*iam cyclade pronuba, iam toga ſenator honoratur, iam*
*penulã deponit inglorius, & nondũ tamen cuncta tha-*
*lamorun pompa defremuit, quia necdũ ad mariti domũ*
*noua nupta migrauit: Qua feſtiuitate decurſa, cætera*
G *tibi laborun meorun molimina reſerabuntur, ſi tamen*
*vel cõſummata ſolennitas aliquando terminauerit iſtã*
*totius ciuitatis occupatiſſimam vacationem. Vale.*

## EPIST. VI.

SIDONIVS EVTROPIO SVO S.

*OLim quidem ſcribere tibi cõcupiſcebam, ſed nunc*
A *vel maxime impellor, cum mihi ducens in vrbem,*
*Chriſto propitiante, via carpitur. Scribendi cauſa vel*
*ſola, vel maxima, qua te ſcilicet à profundo domeſticæ*
*quietis extractũ ad capeſcẽda militiæ palatinæ munia*
*vocẽ. Hijs additur, quod munere dei tibi congruit æui,*
*corporis, animi, vigor integer, dein quod equis, armis*
*veſte, ſumptu famulicio inſtructus, ſolũ (niſi fallimur)*
*incipere formidas. & cum ſis alacer domi, in aggre-*
*diẽda peregrinatione trepidum te iners deſperatio facit:*
*ſi tamen ſenatorij ſeminis homo, qui quotidie trabeatis*
*proauorũ imaginibus ingeritur, iuſte dicere poteſt ſemet*
*peregrinatum, ſi ſemel, & in iuuenta viderit domiciliũ*
*legum, gymnaſium literarum, curiam dignitatum, ver-*
*ticem mundi, patriam libertatis, in qua vnica totius*
B *mundi ciuitate ſoli barbari & ſerui peregrinantur. Et*
*nũc (proh pudor) ſi relinquare inter buſequas ruſticanos,*
*ſubulcosq; runcãtes. Quippe ſi & cãpum ſtiua tremente*
*proſcindas, aut prati floreas opes pãda curuus falce po-*
*puleris, aut vinea palmitẽ grauẽ, cernuus raſtris foſſor*
*inuertas, tũc eſt tibi ſumma votorũ beatitudo. Quin po-*
*tius expergiſcere, vt ad maiora ſe pingui ocio marcidus*
*& eneruis animus attollat. Nũ minus eſt tuorũ nataliũ*
*viro perſonã ſuã excolere, quã villã? Ad extremũ quod*
*tu tibi*

tibi iuuentutis exercitium appellas,hoc eſt, ocium vete-
ranorum, in quorum manibus effœtis enſes rubiginoſi
ſero ligone mutantur. Eſto, multiplicatis tibi ſpuma-
bunt muſta vinetis, innumeros quoque cumulos frugi-
bus rupta congeſtis horrea dabunt; denſum pecus gra- C
uibus vberibus in mulctram per antra olida caularum
pinguis tibi paſtor includet. quo ſpectat tam feculento
patrimonium promouiſſe compendio? & non ſolum in-
ter iſta,ſed quod eſt turpius propter iſta latuiſſe? Non
nequiter te concilÿ tempore poſt ſedentes, cenſentéſque
iuuenes, inglorium ruſticum, ſenem ſtantem, nobilem
latitabundum pauperis honorati ſententia premet,cum
eos (quod eſſet indignum ſi veſtigia noſtra ſequereris)
videris dolens anteceſſiſſe? Sed quid plura? Si pateris
hortantem, conatuum tuorum ſocius,adiutor, præuius
particeps ero.Si autem illecebroſis deliciarum caſſibus
inuolutus, mauis ( vt aiunt ) Epicuri dogmatibus co-
pulari, qui iactura virtutis admiſſa; ſummum bonum
ſola corporis voluptate determinat, teſtor ecce maiores;
teſtor poſteros noſtros,huic me noxæ non fore confinem:

## EPIST. VII.

SIDONIVS VINCENTIO
SVO S.

ANgit me caſus Aruandi, nec diſſimulo;quin an- A
gat. Nanque hic quoque cumulus accedit laudi-
bus Imperatoris; quod amare palam licet & capite
damnatos. Amicus homini fui ſupra quam morũ eius
facilitas varietáſque patiebantur. Teſtatur hoc, pro-
pter ipſum nuper mihi inuidia conflata;cuius me pau-
lò incautiorem flamma detorruit. Sed quod in amicitia
ſteti, [mihi] debui. Porrò autem in natura ille non ha-
buit diligentiam perſeuerandi, libere queror,non inſul-
tatorie, quia fidelium conſilia deſpiciens, fortunæ ludi-
brium



brium per omnia fuit, denique non eum aliquando ce-
cidiſſe, ſed tam diu ſtetiſſe plus miror. O quotiens ſæpe
ipſe ſe aduerſa perpeſſum gloriabatur, cum tamen nos
ab affectu profundiore ruituram eius quandòque teme-
ritatem miſeraremur, definientes non eſſe felicem, qui
frequenter potius eſſe, quàm ſemper iudicaretur; Sed
gubernationis ſuæ ordinem expoſcis: ſalua fidei reue-
B rentia, quæ amico etiam debetur afflicto, rem breuiter
exponam. Præfecturam primam gubernauit cum ma-
gna popularitate, ſequentémque cum maxima popula-
tione. Pariter onere depreſſus æris alieni metu credito-
rum, ſucceſſuros ſibi optimates æmulabatur. Omnium
colloquia ridere, conſilia rimari, officia contemnere, pa-
ti de occurrentum raritate ſuſpicionem, de aſſiduitate
faſtidium donec odÿ publici mole vallatus,& prius cin
ctus cuſtodia, quàm poteſtate diſcinctus, captus deſti-
natuſque peruenit Romam. Illico tumens quod proſpe-
ro curſu procelloſum Tuſciæ littus enauigaſſet,tanquam
ſibi bene conſcio ipſa quodammodo elementa famula-
rentur. In capitolio cuſtodiebatur ab hoſpite Flauio
Aſellio,comite ſacrarum largitionum, qui adhuc in eo
C ſemifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatẽ ve-
nerabatur. Interea legati prouinciæ Galliæ Tonantius
Ferreolus præfectorius, Afranÿ Syagrÿ conſulis è filia
nepos, Thaumaſtus quoque & Petronius, maxima re-
rum verborumque ſcientia præditi,& inter principalia
patriæ noſtræ decora ponendi, præuium Aruandum pu-
blicò nomine accuſaturi cum geſtis decretalibus inſe-
quuntur. Qui inter cætera quæ ſibi prouinciales agen-
da mandauerant, interceptas literas deferebant, quas
Aruandi ſcriba correptus dominum dictaſſe profiteba-
tur,hæc ad Regem Gothorum carta videbatur emitti,
pacem cum Græco Imperatore diſſuadens, Britannos
ſuper

*Ligerim ſitos impugnari oportere; demonſtrans cum
Burgundionibus iure gentium, Gallias diuidi debere
confirmans, & in hunc fermè modum plurima inſana,
quæ iram regi feroci, placido verecundiam inferrent.
Hanc epiſtolam læſæ maieſtatis crimine ardenter iu-
ris conſulti interpretabantur. Me & Auxanium præ- D
ſtantiſſimum virum tractatus iſte non latuit, qui Ar-
uandi amicitias, quoquo genere incurſas, inter ipſius ad
uerſa vitare perfidum, ignauum, barbarum, computaba
mus. Deferimus igitur nihil tale metuenti totam peri-
machiam quam ſummo artificio acres & flammei viri
occulere in tempus iudicij meditabantur: ſcilicet vt ad-
uerſarium incautum, & conſilijs ſodalium repudiatis
ſibi ſoli temere fidentem, profeſſione reſponſi præcipitis
inuoluerent. Dicimus ergo quid nobis, quid amicis ſe-
cretioribus tutum putaretur. Suademus nil leue faten-
dum, ſiquid ab inimicis etiam pro leuiſſimo flagitare-
tur: illam ipſam diſsimulationem tribuloſiſſimam fore;
quo facilius perſuaſionis ſecuritatem inferrent. Quibus
agnitis proripit ſeſe: atque in conuicia ſubita prorum-
pens; abite degeneres inquit, & præfectorijs patribus in-
digni, cum hac ſuperforanea trepidatione, mihi (quia
nihil intelligitis) hanc negotij partem ſinite curandam:
Satis Aruando conſcientia ſua ſufficit vix illud di- E
gnabor admittere, vt aduocati mihi in actionibus repe-
tundarum patrocinentur, diſcedimus triſtes, & nõ ma-
gis iniuria, quam mœrore confuſi. Quis enim medicorũ
nõ iure moueatur, quotiens deſperatum furor arripiat?
Inter hæc reus noſter aream Capitolinam percurrere
albatus, modò ſubdolis ſalutationibus paſci, modò cre-
pantes adulationum bullas vt recognoſcens libenter au-
dire, modò ſerica, & gemnas & pretioſa quæq́; trapezi-
tarum inuolucra rimari, & quaſi mercaturus inſpice-*

re, prenſa



*re, prenſare, depretiari, deuoluere, & inter agendum
multũ de legibus, de temporibus, de ſenatu, de principe
conqueri: quod ſe non prius quam diſcuterent, vlciſce-
rentur. Pauci medij dies, & in tractatorium frequens
ſenatus (ſic vt poſt comperi nam inter iſta diſceſſeram)
precedit noſter ad curiam paulo ante detonſus pumica
F tusq́;, cum accuſatores ſemipullati atque concreti, nun-
tios à decemuiris operirentur, & ab induſtria ſqualidi-
præripuiſſe reo debitam miſerationem ſub inuidia ſor-
didatorum. Citati intromittuntur, partes vt moris eſt è
regione conſiſtunt. Offertur præfectorijs ante propoſitio-
nis exordium, ius ſedendi. Aruandus iam tunc infe-
lici impudẽtia concito gradu medijs prope iudicum ſi-
nibus ingeritur. Ferreolus circunſiſtentibus latera col-
legis verecunde ac leniter in imo ſubſelliorum capite,
conſedit, ita vt non minus legatum ſe quam ſenatorem
reminiſceretur: plus ob hoc poſtea laudatus, honora-
tusq́;. Dum hæc fiunt qui procerum defuerant, affuerũt;
conſurgunt partes, legatiq́; proponunt. Epiſtola poſt
prouinciale mandatum, cuius ſupra mentio facta eſt,
profertur: atque cum ſenſim recitaretur, Aruandus
necdum interrogatus: ſe dictaſſe proclamat. Reſpondere
G legati, quanquam valde nequiter conſtaret, quod ipſe
dictaſſet. At vbi ſe furens ille, quantũq́; caderet ignarus,
bis, terq́; quaterque repetita confeſſione transfodit, ac-
clamatur ab accuſatoribus, conclamatur à iudicibus
reum læſæ maieſtatis confitentem teneri. Ad hoc, &
milibus formularum iuris id ſancientibus iugulabatur.
Tum demum laborioſus tarda pœnitudine loquacitatis
impalluiſſe perhibetur, ſero cognoſcens, poſſe reum maie-
ſtatis pronuntiari etiam eum, qui non affectaſſet ha-
bitum purpuratorum. Confeſtim priuilegijs geminæ
præfecturæ quam per quinquennium repetitis faſci-
bus rexerat exauctoratus, & plebeiæ familiæ non*

*vt additus, ſed vt redditus, publico carceri adiudicatus
eſt. Illud ſanè ærumnoſiſſimũ (ſicut narrauere qui vide-
rãt) quod quia ſe ſub atratis accuſatoribus exornatũ ille
politumq; iudicibus intulerat, paulopoſt cum duceretur
addictus, miſer nec miſerabilis erat. Quis enim ſuper
ſtatu eius nimis inflecteretur, quem videret accuratum* H
*delibutumq; lautumijs, aut ergaſtulo inferri? Sed vt
iudicio vix per hebdomaden duplicem comperẽdinato
capite multatus, in inſulam coniectus eſt ſerpentis Epi-
daurij, vbi vſq; ad inimicorum dolorem deuenuſtatus,
& à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauſeantis
expuitus, nunc ex vetere ſenatusconſulto Tiberiano tri-
ginta dierum vitam poſt ſententiam trahit, vncum &
gemonias, & laqueũ per horas turbulẽti carnificis hor-
reſcens. Nos quidem prout valemus, abſentes præſenteſ-
que vota facimus, preces, ſupplicationesq; geminamus,
vt ſuſpenſo ictu iam iamq; mucronis exerti, pietas au-
guſta feminecem (quanquam publicatis bonis) vel
exilio muneretur. Illo tamen ſeu expectat extrema quæ-
que ſeu ſuſtinet infelicius nihil eſt, ſi poſt tot notas in-
uſtas contumeliasq;, aliquid nunc amplius quàm viue-
re timet. Vale.*

## EPIST. VIII.

### SIDONIVS CANDIDIANO SVO S.

*MOrari me Romæ congratularis, illud tamen qua-
ſi facete, & fatigationum ſalibus admixtis. Ais* A
*enim gaudere te, quòd aliquando neceſſarius tuus vi-
deam ſolem, quem vtique raro bibitor Araricus inſpe-
xerim. Nebulas enim mihi meorũ Lugdunenſium ex-
probras, & diem quereris nobis matutina caligine
obſtructum vix meridiano feruore reſerari. Et tu iſta*

*hæc*



*hæc nobis Ceſenatis furni potius quàm oppidi verna
deblateras? De cuius natalis tibi ſoli, vel iocunditate,
vel commodo, quid etiam ipſe ſentires, dum migras in-
dicauiſti: ita tamen quod te Rauennæ felicius exulantem
auribus Padano culice perfoſſis, municipalium rana-
rum loquax turba circunſilit: in qua palude indeſinen-
ter rerum omnium lege peruerſa, muri cadunt, aquæ
ſtant, turres fluunt, naues ſedent, ægroti deambulant,
medici iacent, algent balnea, dormitoria conflagrãt, ſi-
tiunt viui, natant ſepulti, vigilant fures, dormiunt po-
teſtates, fœnerantur clerici, ſyri pſallunt, negociatores
militant, milites negociantur, ſtudent pilæ ſenes, aleæ iu-
uenes, armis eunuchi literis fœderati. Tu vide qualis
ſit ciuitas, vbi tibi lar familiaris incolitur, quæ facilius
territorium potuit habere quam terram. Quocirca mo-
mento innoxijs Tranſalpinis eſſe parcendum, quibus cœ-
li ſui dote contentis nongrandis gloria datur, ſi dete-
riorum collatione clareſcant. Vale.*

## EPIST. IX.

### SIDONIVS HERONIO SVO SALVTEM.

A *POſt nuptias patricij Ricimeris, id eſt, poſt imperij
vtriuſque opes euentilatas, tandem redium eſt in
publicam ſerietatem, quæ rebus actitandis ianuam cã-
pumq; patefecit. Interea nos Pauli præfectorij tam do-*
B *ctrina quàm ſanctitate venerandis laribus excepti co-
miter blandæ hoſpitalitatis officijs excolebamur. Porrò
nõ iſto quiſquam viro eſt in omni artium genere præſtã-
tior. Deus bone, quæ ille propoſitionibus ænigmata, verſi
bus commata, digitis mechanemata facit. Illud tamen
in eodem ſtudiorum omnium culmen anteuenit, quod
habet huic eminenti ſcientiæ conſcientiam ſuperiorem.*

B *Igitur*

*Igitur per hunc primum ſi quis quoquo modo in aulam gratiæ aditus, exploro: cum hoc confero, quinam potiſſimum procerum ſpebus valerent opitulari nostris. Nec ſane multa cunctatio, quia pauci, de quorum eligendo patrocinio dubitaretur. Erant quidem in ſenatu plerique opibus culti, genere ſublimes, ætate graues, conſilio vtiles, dignitate elati, dignatione communes, ſed ſeruata pace reliquorum duo faſtigatiſſimi conſulares, Gennadius Auienus, & Cecina Baſilius præ cæteris conſpiciebantur. hij in ampliſſimo ordine ſepoſita prærogatiua partis armatæ, facile poſt purpuratum principem, principes erant. Sed inter hos quoque, quanquã ſtupendi, tamen varij mores, & genij potius quàm ingenij ſimilitudo. Fabor nanque ſuper his aliqua ſuccinctius. Auienus ad conſulatum felicitate, Baſilius virtute peruenerat. Itaque dignitatum in Auieno iocunda velocitas, in Baſilio ſera numeroſitas prædicabatur. Vtrumque quidem, ſi fors laribus egrediebantur, arctabat clientium prævia pediſequa, circunfuſa populoſitas: ſed longè imparibus diſpares ſodalium ſpes & ſpiritus erant; Auienus ſiquid poterat, in filijs, generis, fratribus atque nepotibus prouehendis moliebatur. Cumq́ſemper domeſticis candidatis diſtringeretur, erga expediendas forinſecus ambientium neceſſitates minus valenter efficax erat, & in hoc Coruinorum familiæ Deciana præferebatur, quod qualia impetrabat cinctus Auienus ſuis talia conferebat Baſilius diſcinctus alienis. Auieni animus, totis, & cito ſed infructuoſius: Baſilij, paucis, & ſero, ſed commodius aperiebatur. Neuter aditu difficili, neuter ſumptuoſo. Sed ſi vtrumque coluiſſes, facilius ab Auieno familiaritatem, facilius à Baſilio beneficium conſequebare. Quibus diu vtrinque libratis, id tractatus mutuus temperauit, vt ſeruata ſenioris conſularis*

C

D



*laris reuerentia, in domum cuius nec nimis raro, ventitabamus, Baſilianis potius frequentatoribus applicaremur. Ilicet dum per hunc ampliſſimum virum aliquid de legationis Aruernæ petitionibus elaboramus, ecce Calendæ Ianuariæ, quæ Auguſti cõſulis mox futuri repetendum faſtis nomen operiebantur, tunc patronus, eia inquit, Solli meus quanquam ſuſcepti officij mole grauaris, exeras volo in obſequium noui conſulis veterem muſam, votiuum quippiam vel tumultuarijs fidibus carminantem. Præbebo admittendo aditum, recitaturoq́ ſolatium, recitantiq́ ſuffragium. Si quid experto credis multa tibi ſeria hoc ludo promouebuntur. Parui ego præceptis fauorem ille non ſubtraxit iniunctis, & impoſitæ deuotionis aſtipulator inuictus, egit cum conſule meo vt me præfectum faceret ſenatu ſuo. Sed tu ni fallor epiſtolæ peroſus prolixitatem, voluptuoſius nunc opuſculi ipſius relegendis verſibus immorabere, ſcio, atque ob hoc carmen ipſum loquax in conſequentibus charta deportat, quæ pro me interim dum venio diebus tibi pauculis ſermocinetur. Cui ſi examinis tui quoque puncta tribuantur, æque gratum mihi, ac ſi me incomitio, vel inter roſtra concionante ad ſophos meum, non modo laticlaui, ſed tribulium quoque fragor concitaretur. Sane moneo præq́ denuntio quiſquilias ipſas Cliùs tuæ hexametris minime exæques. Merito enim collata veſtris mea carmina, nõ heroicorum phaleris, ſed epitaphiſtarum nænijs comparabuntur. At tamen gaude quod hic ipſe panegyricus, & ſi non iudicium, certe euentum boni operis accepit. Quapropter (ſi tamen tetrica ſunt amœnanda iocularibus) volo paginam glorioſo, id eſt, quaſi Thraſoniano fine concludere, Plautini Pyrgopolinicis imitator. Igitur cum ad præfecturam ſub ope Chriſti ſtyli occaſione peruenerim*

E

F

B 2 iubeas

*iubeas ſcilicet pro poteſtate, cinctui vndique omnium laudum conuaſatis acclamationibus, ad aſtra portare, ſi placeo eloquentiam, ſi diſpliceo, felicitatem. Videre mihi videor vt rideas, quia perſpicis noſtram cum milite Comico ferociſſimo iactantiam. Vale.*

## EPIST X.

SIDONIVS CAMPANIO SVO S.

A *Ccepi per præfectum annonæ literas tuas, quibus eum tibi ſodalem veterem mihi inſinuas iudici nouo. Gratias ago magnas illi, maximas tibi, quod ſtatuiſtis de amicitia mea, vel præſumere tuta, vel illæſa credere. Ego verò notitiam viri familiaritatémq́ue, non ſolum volens, ſed & auidus amplector, quippe qui nouerim noſtram quoque gratiam hoc obſequio meo fore copulatiorem. Sed & tu vigilantiæ ſuæ famæ meæ ſtatum, cauſamq́ue commenda. Vereor autem ne famem populi Romani theatralis caueæ fragor inſonet, & infortunio meo publica deputetur eſuries. Sane hunc ipſum è veſtigio ad portum mittere paro, quia comperi, naues quinque Brunduſio profectas cum ſpeciebus tritici ac mellis, oſtia Tyberina tetigiſſe: Quarum onera expectationi plebis, ſi quid ſtrenue gerit, raptim faciet offerri, commendaturus ſe mihi, me populo, vtrunque tibi. Vale.* A

## EPIST. XI.

SIDONIVS MONTIO SVO S.

P *Etis tibi vir diſertiſſime, Sequanos tuos expetituros ſatyram neſcio quam, ſi ſit à nobis perſcripta, tranſmitti, quod quidem poſtulaſſe te demiror. Non enim* A



*ſanctum eſt, vt de moribus amici cito perperam ſentias.*

B *Huic eram themati ſcilicet incubaturus, id iam agens otij, idq́ue habens æui, quod iuuenem militātemq́ue dictaſſe, præſumptuoſum fuiſſet, publicaſſe autem periculoſum. Cui namque grammaticam vel ſalutanti Calaber ille non dixit?*

*Si mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt*
*Iudiciumq́ue.*

*Sed ne quid vltra tu de ſodali ſimile credas, quid fuerit illud quod me ſiniſtræ rumor ac fumus opinionis afflauit, paulo longius, ſed ab origine exponam. Temporibus Auguſti Maioriani venit in medium charta comitatum, ſed carens indice, verſuum plena ſatyricorum mordaciū ſane, qui ſatis inuectiualiter abuſi nominum nuditate, carpebant plurimum vitia, plus homines. Interea fremere Arelatenſes, quo loci res agebatur, & quærere quem poëtarum publici furoris merito pondus vrgeret; ijs maxime concitatoribus, quos notis certis autor incertis exacerbauerat. Accidit caſu vt Catullinus vir illuſtris, tunc ab Aruernis illo veniret, cum ſemper mihi tum præcipue commilitio recenti familiaris. Sæpe enim ciues, magis amicos peregrinatio facit. Igitur inſidias neſcienti, tam Peonius quàm Bigerrus has tetenderunt, vt plurimis coram, tanquam ab incauto ſciſtarentur, hoc nouum carmen an recognoſcerent. Et ille: Si dixeritis. Cumq́ue fruſta diuerſa quaſi per iocum effunderent, ſoluitur Catullinus in riſum, intempeſtiuoq́ue ſuffragio clamare cœpit: dignum poema, quod apicibus perennandum auratis iuſte tabula Roſtralis acciperet, aut etiam Capitolina. Pæonius exarſit, cui ſatyricus ille morſum dentis igniti auidius impreſſerat, atque ad aſtantes circulatores, Iniuriæ communis (inquit) iam reum inueni: Videtis, vt Catullinus deperit* C

 *riſu?*

*riſu apparet ei nota memorari : Nam quæ cauſa com-* D
*pulit feſtinā præcipitare ſententiam, niſi quod iam tenet*
*totū, qui de parte ſic iudicat? itaq; Sidonius nunc in*
*Aruerno eſt, vnde colligitur autore illo, iſto auditore,*
*rētextā. Itur in furias, inq; conuitia abſentis, neſciētis,*
*innocentisq; conſcientiæ : fidei, quæſtioni nil reſeruatur.*
*Sic leuis turbæ facilitatem, qua voluit, cōtraxit perſona*
*popularis. Erat enim ipſe Pæonius populi totus, qui*
*tribunitijs flatibus crebro ſeditionū pelagus impelleret.*
*Cæterum ſi requiſiſſes qui genus, vnde domo: nō eminen-*
*tius quàm municipaliter natus: quemq; inter initia cog-*
*nóſci, claritas vitrici magis quàm patris fecerat. Iden-*
*tidem tamen per fas nefasq; creſcere affectans, pe-*
*cuniæq; per auaritiam parcus per ambitum prodi-*
*gus. Námque vt familiæ ſuperiori per filiam ſal-*
*tem, quanquam honeſtiſſimam, iungeretur, contra*
*rigorem ciuici moris, ſplendidam (vt ferunt) dotem*
*Chremes noſter Pamphilo ſuo dixerat. Cunque de ca-* E
*peſſendo diademate coniuratio Marcelliana coquere-*
*tur, nobilium iuuentuti ſigniferum ſeſe in factione præ-*
*uerat, homo adhuc nouus in ſenectute, donec ali-*
*quando propter experimenta felicis audaciæ nata-*
*lium eius obſcuritati dedit hiantis interregni rima ful-*
*gorem. Nam vacāte aula turbataq; republica, ſolus in-*
*uentus eſt, qui ad Gallias adminiſtrandas, faſcibus prius*
*quàm codicillis auſus accingi; menſibus multis tribunal*
*illuſtrium poteſtatum ſpectabilis præfectus aſcenderet,*
*anni peracto extremæ militiæ termino vix honoratus*
*numerariorum more, ſeu potius aduocatorum, quorum*
*cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. Igitur*
*iſte ſic præfectorius, ſic ſenator (cuius moribus præconia*
*cōpetentia nō ex aſſe perſoluo, generi ſui moribus debeo)*
*gratiam multorum plus quàm bōnorum odia commouit*





*adhuc ignoranti mihi, adhuc amico, tanquam ſe-*
F *culo meo canere ſolus verſu valerem. Venio Arela-*
*tem, nihil adhuc vnde, ſuſpicans enim? quanquam*
*putarer ab inimicis non affuturus. ac principe per*
*diem viſo in forum ex more deſcendo : quod vbi vi-*
*ſum eſt illico expauit (vt ait ille) nihil fortiter au-*
*ſa ſeditio. Alij tamen mihi plus quam deceret ad ge-*
*nua prouolui, alij ne ſalutarent, fugere poſt ſtatuas,*
*occuli poſt columnas, alij triſtes, vultuo ſique iun-*
*ctis mihi lateribus incedere. Hîc ego quid ſibi hæc*
*vellet in illis ſuperbiæ nimiæ, in illis humilitatis for-*
*ma, mirari, nec vltro tamen cauſas interrogare, cum*
*ſubornatus vnus è turba factioſorum dat ſeſe mihi con-*
*ſalutādum. Tunc procedēte ſermone, cernis hoc inquit?*
*Et ego: Video inquā. Geſtusq; eorum miror, nec equidem*
*admiror. Ad hæc noſter interpres : Vt ſatyrographū te,*
*inquit, aut execrantur, aut reformidant. Vnde? cur?*
G *quando? reſpondi : Quis crimen agnouit? quis detulit?*
*quis probauit? Moxq; ſubridens : Perge inquam amice,*
*niſi moleſtum eſt, & tumeſcentes nomine meo conſulere*
*dignare, vtrum nam ille delator aut index, qui ſatyrā*
*me ſcripſiſſe confinxit, etiam perſcripſiſſe confinxerit, vn-*
*de forte ſit tutius ſi retractabunt, vt ſuperbire deſiſtant.*
*Quod vbi nuncius retulit, protinus cūcti nō modeſte, ne-*
*que ſinguli, ſed propere, ac cateruatim oſcula ac*
*dexteras mihi dederunt. Solus Curio meus, in trans-*
*fugarum perfidiam inuectus, cum adueſperaſceret*
*per cathedrarios ſeruos ueſpillonibus tetriores domum*
*raptus ac reportatus eſt. Poſtridie iuſſit Auguſtus,*
*vt epulo ſuo circenſibus ludis intereſſemus. Primus*
*iacebat cornu ſiniſtro conſul ordinarius Seuerinus*
*vir inter ingentes principum motus, atque inæqua-*
*lem reipublicæ ſtatū gratiæ ſemper æqualis. Iuxta eum*

*Magnus,olim ex præfecto,nuper ex conſule,par honori-
bus perſona geminatis:Recumbente poſt ſe Camillo filio
fratris,qui duabus dignitatibus & ipſe decurſis pariter
ornauerat proconſulatum patris, patrui conſulatum.* H
*Pæonius hunc propter: Atque hinc Athenius, homo li-
tium,temporumq; varietatibus exercitatus. Hunc ſe-
quebatur Gratianenſis omni ab infamia vir ſequeſtran-
dus,qui Seuerinũ ſicut honore poſt ibat, ita fauore præ-
ceſſerat.Vltimus ego iacebam,qua purpurati læuum la-
tus in dextro margine porrigebatur.Edulij multa par-
te finita,Cæſaris ad conſulem ſermo dirigitur,isq; ſuc-
cinctus;inde deuoluitur ad conſularem , cum quo ſæpe
repetitus,quia de literis factus,ad virum illuſtrem Ca-
millum ex occaſione transfertur,in tantum vt diceret
princeps : Vere habes patruum , frater Camille pro-
pter quem me familiæ tuæ conſulatum vnum gratu-
ler contuliſſe. Tunc ille qui ſimile aliquid optaret,
tempore inuento, Non vnum , inquit , domine Au-
guſte ſed primum. Summo fragore , vt nec Augu-
ſti reuerentia obſiſteret,excepta ſententia eſt. Inde neſ-
cio quid Athenium interrogans ſuperiectum Pæonium* I
*cõpellatio Auguſta præterijt,caſu an induſtria ignoro.
Quod cum turpiter Pæonius ægre tuliſſet( quod fuit tur-
pius )compellato tacente,reſpondit. Subriſit Auguſtus,
vt erat autoritate ſeruata,cum ſe communioni dediſſet
ioci plenus,per quam cachinnum non minus obtigit A-
thenio vindictæ, quam cõtigiſſet iniuriæ.Colligit itaque
ſeſe trebaciſſimus ſenex,& (vt ſemper) intrinſecus æſtu
pudoris decoquebatur,cur ſibi Pæonius anteferretur;
non miror,inquit, Auguſte,ſi mihi ſtandi locum præripe
re conetur,qui tibi inuadere non erubeſcit loquendi, Et
vir illuſtris Gratianenſis: Multus,inquit,Satyricis hoc
iurgio campus aperitur.Hic Imperator ad me ceruice*
*conuerſa*



*conuerſa.Audio inquit, comes Sidoni , quod ſatyram
ſcribas : & ego inquam hoc audio domine princeps.Tũc
ille ( ſed ridens )parce vel nobis. At ego inquam.Quod*
K *ab illicitis tempero,mihi parco.Poſtq; ille , Et quid fa-
ciemus ijs, inquit, qui te laceſſunt ? & ego : Quiſquis
eſt iſte,domine Imperator,publice accuſet,Si redargui-
mur debita ſupplicia luamus conuicti,cæterum obiecta,
ſi non improbaliter caſſauerimus,ora vt indultu clemen-
tiæ tuæ præter iuris iniuriam, in accuſatorem meum,
quæ volo ſcribam. Ad hæc ipſe Pæonium conſpicatus,
nutu cœpit conſulere nutantem , placeretne conditio.
Sed cum ille confuſus reticuiſſet,principsq; conſuleret,
erubeſcenti ait; Annuo poſtulatis,ſi hoc ipſum è ve-
ſtigio verſibus petas.Fiat inquam: Retrorſumq; conuer-
ſus , tanquam manibus aquam poſcerem tantumq; re-
moratus,quantum ſtibadij circulum celerantia miniſte-
ria percurrunt,cubitum thoro reddidi. Et Imperator:
Sponderas te licentiam ſcribendæ ſatyræ verſibus
ſubitis poſtulaturum.Et ego:*

*Scribere me ſatyram qui culpat,maxime princeps*
*Hanc rogo decernas,aut probet aut timeat.*

L *Sequutus eſt fragor( niſi quod dico iactantia eſt,par
Camillano,quem quidem non tam carminis dignitas,
quam temporis breuitas meruit.Et princeps;Deum te-
ſtor,& ſtatum publicum,me de cætero nunquam prohi-
biturum,quin quæ velis ſcribas:quippe cum tibi crimen
impactum probari nullo modo poſſit; ſimul & perini-
rium eſt ſententiam purpurati tribuere priuatis hoc ſi-
multatibus,vt innocens ac ſecura nobilitas propter o-
dia certa crimine incerto periclitetur. Ad hanc
ipſe ſententiam cum verecunde capite demiſſo gra-
tias agerem, concionatoris mei cœperunt ora pallere,in
qua paulo ante,poſt iram triſtitia ſucceſſerat , nec ſatis*

 *deſuit*

*defuit,quin,gelarent,tanquam ad exertum præbere ceruices iuſſa mucronem.Vix poſt hæc & alia pauca ſurreximus,paululum ab inſpectu Imperatoris proceſſeramus:atque etiamnum chlamydibus induebamur, cum mihi conſul ad pectus,præfectorij ad manus cadere, ipſe* M
*ille reus,amicis crebro & abiecte miſerantibus cunctis humiliari,ita vt timerem ne mihi inuidiam,ſupplicando moueret,quam criminando non concitauerat. Dixi ad extremum preſſus oratu procerum conglobatorum, ſciret conatibus ſuis verſu nil reponendum, derogare actibus meis,in poſterum tamen ſi pepercisſet, etenim ſufficere debere quod ſatyræ obiectio famam mihi paraſſet,ſibi infamiam.In ſumma pertuli quidem, domine maior,non aſſertorem calumniæ tantum,quantum murmuratorem.Sed cum mihi ſic ſatisfactum eſt,vt pectori meo pro reatu eius,tot poteſtatum,dignitatumq; culmina,& iura ſummitterentur,fateor exordium contumeliæ talis,tanti fuiſſe,cui finis gloria fuit. Vale.*

# C. SOLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIB. II.

## EPIST. I.

SIDONIVS HECDICIO SVO SALVTEM

*DVO nunc pariter mala ſuſtinent Arуer-* A
*ni tui:Quænam? inquis,præſentiam Seronati,& abſentiam tuam.Seronati,inquam, de cuius vt primum etiam nomine loquar; ſic mihi*



*ſic mihi videtur quaſi præſcia futurorum luſiſſe fortuna ſicuti ex aduerſo maiores noſtri prælia, quibus nihil eſt fœdius, bella dixerunt:quique etiam pari contrarietate, fata quæ non parcerent, Parcas vocitauere.Redijt ipſe, Catilina ſeculi noſtri,nuper à Turribus,vt ſanguinem fortunasq; miſerorum,quas ſibi ex parte propinauerat,*
B *hic ex aſſe miſceret.Scitote in eo per dies ſpiritum diu diſſimulati furoris aperiri : aperte inuidet , abiecte fingit, ſeruiliter ſuperbit , indicit vt dominus , exigit vt tyrannus,addicit vt iudex, calumniatur vt barbarus, tota die à metu armatus, ab auaritia ieiunus, à cupiditate terribilis,a vanitate crudelis non ceſſat ſimul furta vel punire,vel facere , palam , & ridentibus conuocatis,ructat inter ciues pugnas,inter barbaros literas, epiſtolas ne primis quidem apicibus ſufficienter initiatus,publice a iactantia dictat , ab impudentia emendat,totum quod concupiſcit,quaſi cōparat,nec dat pretia cōtemnens,nec accipit inſtrumenta deſperās, in conſilio tacet,in cōſilio iubet,in conſeſſu iocatur,in conuiuio prædicat,in cubiculo damnat,in quæſtione dormitat, implet quotidie ſyluas fugientibus,villas hoſpitibus,altaria reis,carceres clericis , exultans Gothis , inſultans*
C *Romanis illudens præfectis, colludens numerarijs, Leges Theodoſianas calcans, Theodoricianasq; proponens, veteres culpas, noua tributa perquirit. Proinde moras tuas citus explica,& quicquid illud eſt quod te retentat, incide.Te expectat palpitantium ciuium extrema libertas.Quicquid ſperandum eſt , fieri te medio,te præſule, placet. Si nullæ à republica vires,nulla præſidia:Si nullæ (quantum rumor eſt) Anthemij principis opes, ſtatuit te autore nobilitas , ſeu patriam dimittere,ſeu capillos. Vale.*

EPIST.

# EPIST. II.

## SIDONIVS DOMITIO SVO S.

RVri me eſſe cauſaris, cum mihi potius queri ſuppetat, te nũc vrbe retineri. A Iam ver decedit æſtati, & per lineas ſol altatus extremas, in axem Scythicũ radio peregrinante, porrigitur. Hîc quid de regionis noſtræ climate loquar? cuius ſpacia ſic diuinum tetendit opificium, vt magis vaporibus orbis occidui ſubijceretur. Quid plura? Mũdus incanduit, glacies Alpina deletur & hiulcis arentium rimarum flexibus terra perſcribitur, ſqualet glarea in vadis, limus in ripis, puluis in campis, aqua ipſa quæcunque perpetuo labens, tractu cunctante langueſcit. Iam non ſolum calet vnda ſed coquitur; & nunc dum in carbaſo ſudat vnus, alter in bõbyce, tu endromidatus exterius, intrinſecus faſciatus, inſuper & concaua munipicij Camerini ſede compreſſus, diſcipulis non æſtu minus, quàm timore pallentibus, exponere oſcitabundus ordiris: Samia mihi mater fuit. Quin tu mage, ſiquid ſalubre tibi cordi, raptim ſubduceris anhelantibus anguſtijs ciuitatis, & contubernio noſtro auenter inſertus, fallis clementiſſimo receſſu inclementiam canicularem? Sane, ſi placet, quis ſit agri, B in quem vocaris, ſitus accipe. Abitaci ſumus, nomẽ hoc prædio: quod quia vxorium, patrio mihi dulcius: Hæc mihi cũ meis præſule deo, niſi quid tu faſcinum verere, concordia. Mons ab occaſu quãquam terrenus, arduus tamen, inferiores ſibi colles, tanquam gemino fomite, effundit, quatuor à ſe circiter iugerum latitudinem abductos. Sed donec domicilio competẽs, veſtibuli campus aperitur, mediam vallem rectis tramitibus proſequũtur latera cliuorum vſq; in marginem villæ, quæ in Boreã

Aphrico



Auſtrumq́; conuerſis frontibus tenditur, Balneum ab Aphrico radicibus nemoroſæ rupis adhæreſcit, & ſi cædua per iugum ſiluatruncetur, in ora fornacis, lapſu velut ſpõtaneo, deciduis ſtruibus impingitur. Hinc aquarum ſurgit cella coctilium, quæ conſequenti vnguentariæ ſpatij parilitate conquadrat, excepto ſolij capacis hemicyclio, vbi & vis vndæ feruentis per parietem forami- C natum flexilis plumbi meatibus implicita ſingultat. Intra conclaue ſuccenſum ſolidus dies, & hæc abundantia lucis incluſæ, vt verecũdos quoſque compellet aliquid ſe plus putare quàm nudos. Hinc frigidaria dilatatur, quæ piſcinas publicis operibus extructas, non impudenter æmularetur. Primum tecti apice cacuminato in conum, cum ab angulis quadrifariam, concurrentia dorſa criſtarũ, tegulis interiacentibus imbricarentur. Ipſa vero concinentibus menſuris exactiſſima ſpacioſitate quadratur: ita vt miniſteriorum ſeſe nõ impediente famulatũ, tot poſſit recipere ſellas, quot ſol & ſigma perſonas. Feneſtras conditor è regione binas confinio cameræ pendentes admouit, vt ſuſpicientium vſui fabrefactũ lacunar aperiret. Interior parietum facies ſolo læuigati cementi candore contenta eſt: non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis proſtat hiſtoria, quæ ſicut ornat artem, ſic deuenuſtat artificem. Abſunt ridiculi vultu & veſtibus hiſtriones pigmentis multicoloribus Philiſtionis ſuppellectilem mentientes: Abſunt D lubrici, tortuoſiq́; pugillatu, & nexibus paleſtritæ: quorum etiam viuentium luctas, ſi inuoluantur obſcœnius caſta confeſtim gymnaſiarchorum virga diſſoluit. Quid plura? nihil illis paginis impreſſum reperietur, quod non vidiſſe ſit ſanctius. Pauci tamen verſiculi lectorem aduentitium remorabuntur, minime improbo temperamento, quia eos nec relegiſſe deſiderio eſt, nec perle-

giſſe

*giſſe faſtidio. Iam ſi marmora inquiras nō illic quidem Paros, Caryſtos, Proconiſſos, Phryges, Numidæ, Spartiatæ, rupium variatarum poſuere cruſtas: neq; per ſcopulos Aethiopicos, & abrupta purpurea gemino fucata conchylio, ſparſum inibi ſaxa furfurem mentiuntur. Sed & ſi nullo peregrinarum cautium rigore ditamur, habent tamen tuguria ſeu mapalia mea ciuicum frigus. Quin potius quid habeamus, quàm quid non habeamus auſculta: Huic baſilicæ appendix piſcina forinſecus, ſeu ſi Græcari mauis, baptiſterium ab oriente connectitur, quod viginti circiter modiorum millia* F *capit. Huc elutis è calore venientibus triplex medij parietis aditus per arcuata interualla reſeratur. Nec pilæ ſunt mediæ ſed columnæ, quas architecti peritiores ædificiorū purpuras nūcupauere. In hanc ergo piſcinā fluentum de ſupercilio montis eliquatum & canalibus circumactis per exteriora natatoriæ latera curuatum, ſex fiſtulæ prominentes leonū ſimulatis capitibus effundunt, quæ temere ingreßis veras dentium crates, meros oculorum furores, certas ceruicum iubas imaginabūtur. Hic ſi dominum ſeu domeſtica, ſeu hoſpitalis turba circunſtet, quia præ ſtrepitu caduci fluminis, mutuæ vocū uices minus intelliguntur, in aurem ſibi populus confabulatur ita ſonitu preſſus alieno ridiculum affectat publicus ſermo ſecretum. Hinc egreſſis frons triclinij matronalis offertur, cui continuatur vicinante textrino cella penaria, diſcriminata tātum pariete caſtrenſi. Ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotūdatis fulta collyrijs, quàm columnis inuidioſa nobilibus. A parte veſtibuli longitudo tecta intrinſecus patet, medijs non interpellata parietibus: quæ quia non nihil ipſa proſpectat, &* G *ſi non hippodromus, ſaltem criptoporticus, meo mihi iure*

v cci



*vocitabitur. Hæc tamē aliquid ſpacio ſuo in extimo deambulacri capite defrudans, efficit membrum bene frigidum: Vbi publico lectiſternio etxructo, clientarum nutricumq; loquaciſſimus chorus receptui canit. Cum ego meiq; dormitorium cubiculum petierimus, à cripioporticu in hyemale triclinium venitur, quod arcuatili camino ſæpe ignis animatus pulla fulligine infecit. Sed quid hæc tibi, quem nunc ad focum minime inuito? quin potius ad te, tempusq;*

H *pertinentia loquar. Ex hoc triclinio fit in diætam ſiue cœnatiunculam tranſitus, cui ferè totus lacus quæq; tota lacui patet, in hac ſtibadium, & nitens abacus, in quorum arcam ſiue ſuggeſtum ſubiecta porticu ſenſim breuiatis anguſtiisq; gradibus aſcenditur: quo loci recumbens, ſi quid inter edendum vacat, proſpiciendi voluptatibus occuparis. Iam ſi tibi ex illo conclamatiſſimo fontium decocta referatur, videbis in calicibus repente perfuſis niualium maculas ac fruſta nebularum & illam lucem lubricam poculorum quadam quaſi pinguedine ſubiti algoris hebetatam. Tum reſpondentes poculis potiones, quarum rigentes cyathi ſiticuloſo cuiq; ne dicam tibi granditer abſtemio, metuerentur. Hinc iam ſpectabis, vt promoueat alnum piſcator in pelagus, vt ſtataria retia ſuberinis corticibus extendat aut ſignis per certa interualla diſpoſitis, tractus funium librētur, hamati ſcilicet, vt nocturnis per lacum excurſibus*

I *rapaßimi ſalares in conſanguineas agantur inſidias. Quid enim hic congruentius dixerim, cum piſcis piſce decipitur? Edulibus terminatis, excipiet te diuerſorium, quia minimè æſtuoſum, maxime æſtiuum: Nam per hoc quod in aquilonem ſolum pateſcit habet diem, non habet ſolem, interiecto conſiſtorio*

peran

*peranguſto vbi ſomnolentiæ cubiculariorum dormitãdi*
*potius, quàm dormiendi locus eſt. Hic iam quam volu-*
*pe auribus inſonare cicadas meridie concrepãtes, ranas*
*crepuſculo incumbente blacterantes, cygnos atq; anſeres* E
*concubia nocte clangentes, intempeſta gallos gallinaceos*
*concinentes, oſcines coruos voce triplicata puniceam*
*ſurgentis auroræ faciem conſalutantes; diluculo autem*
*philomelam inter frutices ſibilantem, prognem inter*
*aſſeres minurientem, cui cõſentui licebit adiungas fiſtu-*
*læ ſeptiforis armentalẽ camœnam, quam ſæpe nocturnis*
*carminum certaminibus inſomnes noſtrorum montium*
*Tityri exercent, inter greges tinnibulatos per depaſta*
*buceta reboantes, quæ tamen varia vocum cantumq;*
*certamina, profundius confouendo ſopori tuo lenocina-*
*buntur. Porticibus egreſſo, ſi potum litoris petas, in area*
*virenti vulgare (quanquam non procul) nemus, ingẽtes*
*tiliæ duæ, cõnexis frondibus, fonutibus abiunctis, vnam*
*vmbram non vna radice conficiunt: in cuius opacitate*
*cum me meus Hecdicius illuſtrat, pilæ vacamus, ſed hoc*
*eo vſq; donec arborum imago cõtractior intra ſpacium* F
*ramorum recuſſa cohibetur, atq; illic aleatorium laſſis*
*conſumpto ſphæriſterio faciat. Sed quia tibi ſicut ædi-*
*ficium ſolui, ſic lacum debeo, quod reſtat agnoſce. Lacus*
*in Eurum defluus meat, eiuſq; arenis fundamenta im-*
*preſſa domicilij, ventis motantibus æſtuans humectat*
*alluuio. is quidem ſane circa principia ſui ſolo paluſtri*
*voraginoſus, & veſtigio inſpectoris inadibilis eſt, ita*
*limi bibuli pinguedo, aleſcit ambientibus ſeſe fontibus*
*algidis, litoribus algoſis. Attamen pelagi mobilis cam-*
*pus cymbulis late ſecatur peruagabilius, ſi flabra po-*
*ſuere. Si turbo auctrinus inſoluit, immæne turgeſcit,*
*ita vt arborum comis, quæ margini inſiſtunt, ſuperiectæ*
*aſperginis fragor impluat. Ipſe autem ſecundum men-*





*ſuras quas fecerunt nauticas, in decem & ſeptem ſtadia*
*procedit. Fluuio intratur, qui ſalebratis ſaxorum obici-*
*bus anfractus ſpumoſo caneſcit impulſu, & nec longum*
*ſcopulis præcipitibus exemptus lacu cõditur, quem fons*
*fluat, an incurrat, an faciat, præterit certe, coactus per*
*cola ſubterranea deliquari, non vt fluctibus, ſed vt piſci*
*bus pauperaretur: qui repulſi in gurgitẽ pigriorem, car-*
*nes rubras albis abdominibus extendunt, ita illis nec re-*
*dire valentibus, nec exire permiſſis, quendam viuum*
*& circumlaticium carcerẽ corpulentia facit. Lacus ipſe*
*qua dexter, inciſus, flexuoſus nemoroſusq;: qua læuus,*
M *patens, herboſus, æqualis. Aequor ab Aphrico viride*
*per litus, quia in vndam fronde porrecta, vt glareas*
*aqua, ſic aquas vmbra perfundit, huiuſmodi colorem ab*
*oriente par ſiluarum corona continuat. Per Arctoum*
*latus, vt pelago natura, ſic ſpecies. A Zephyro plebe-*
*ius & tumultuarius frutex frequenterq; lemborum ſu-*
*perlabentum ponderibus inflexus lubrici hunc circa*
*ſcirporum cirri plicantur, ſimulq; pingues vluarum*
*paginæ natant, ſalicumq; glaucarum fota ſemper dul-*
*cibus aquis amaritudo. In medio profundi breuis inſu-*
*la, vbi ſupra molares naturaliter aggeratos per impa-*
*ctorum puncta remorum naualibus trita gyris meta*
*protuberat, ad quam ſe iocunda ludentum naufragia*
N *collidunt: Nam moris illic fuit ſenioribus noſtris ago-*
*nem Drepanitanum Troianæ ſuperſtitionis imitari. Iam*
*verò ager ipſe, (quanquam hoc ſupra debitum) diffuſus*
*in ſyluis, pictus in pratis, pecoroſus in paſcuis, peculio-*
*ſus in paſtoribus. Sed non amplius moror, ne ſi longior*
*ſtylo terminus, relegentem te autumnus inueniat. Pro-*
*inde mihi tribue veniendi celeritatem, (nam re-*
*deundi moram tibi ipſi preſtabis) daturus hinc ve-*
*niam quod breuitatem ſibi debitam paulo ſcrupuloſior*

epiſtola exceſſit, dum totum ruris ſitum ſollicita rimatur, quæ tamen ſummouendi faſtidij ſtudio nec cuncta perſtrinxit. Quapropter bonus arbiter & artifex lector non paginam quæ ſpacia deſcribit, ſed villam, quæ ſpacioſa deſcribitur, grandem pronuntiabunt. Vale.

## EPIST. III.

### SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM

Gaudeo Domine maior, te ampliſſimæ dignitatis inſulas conſequutum. Sed id mihi ob hoc ſolum deſtinato tabellario nunciatum non minus gaudeo. Nam licet in præſentiarum ſis potiſſimus magiſtratus & in lares Philagrianos patricius apex tantis poſt ſeculis, tantum felicitate remeauerit: iuuentis tamen vir amicitiarum ſeruantiſſime qualiter honorum tuorum creſcat communione faſtigium, raróque genere exempli altitudinem tuam humilitate ſublimas. Sic quondam Qu. Fabium magiſtrum equitum Dictatorio rigori, & Papirianæ ſuperbiæ fauor publicus prætulit. Sic & C. Pompeium ſuper æmulos extulit nunquam faſtidita popularitas: Sic inuidiam Tiberianam preſſit vniuerſitatis amore Germanicus. Quocirca nolo ſibi de ſucceſſibus tuis principalia beneficia plurimum blãdiantur, quæ nihil tibi amplius conferre potuerunt, quàm, vt ſi id voluiſſemus, tranſiremur inuiti. Illud peculiare tuum eſt, illud gratiæ ſingularis, quod tam qui te æmulentur non habes, quàm, non inuenis qui ſequantur. Vale.

## EPIST. IIII.

### SIDONIVS SISAGRIO SVO SALVTEM.



Vir clariſſimus Proiectus domi nobilis, & patre patruoq; ſpectabilibus, auo etiã præſtantiſſimo ſacerdote conſpicuus, amicitiarum tuarum, niſi reſpuis, auidiſſime ſinibus infertur & cum illi familiæ ſplendor, probitas morũ, patrimonij facultas, iuuentutis alacritas in omne decus pari lance conquadrent: ita demum ſibi tamẽ videbitur ad arcem faſtigatiſſimæ felicitatis euectus, ſi gratiæ tuæ ſoliditate potiatur. Optantij clariſſimi viri nuper vita functi filiam (quod deo proſperante ſuccedat) licet in coniugium petierit obtinueritq; à matre pupillæ, parum tamen votorum ſuorum promotum cenſet effectum, niſi aſſenſum tuum ſuper his omnibus, ſeu ſedulitate ſua, ſeu precatu noſtræ interceſſionis adipiſcitur. Namque ipſe, quantum ad inſtitutionem ſpectat, puellæ in locum mortui patris, curarum participatione ſuccedis, conferendo virgini parentis affectum, patroni autoritatem, tutoris officium. Quocirca quia dignus es, vt domus tua celeberrimã diſciplinã, etiam procul poſitorum petat ambitus, ſicut decet bonarum partium viros: benignitate reſponſi proci ſupplicis verecundiam munerare, & qui ita expetitus deberes illi expetere pollicendam, ſecurus permitte promiſſam: quia ſic te conditioni huic meritorum ratio præfecit, vt nec ſuperſtiti Obtantio in liberos ſuos decuerit plus licere. Vale.

## EPIST. V.

### SIDONIVS PETRONIO SVO S.

Ioannes familiaris meus inextricabilem labyrinthum negocij multiplicis incurrit, & donec ſuarum merita chartarum, vel veſtra ſcientia, vel ſi qua eſt veſtræ (ſi tamen

*(ſi tamen eſt vlla) ſimilis, inſpexerit, quid reſpuat, quid optet ignorat. Ita ſe quodammodo bipertitæ litis forma confondit, vt propoſitio ſua quem actionis ordinem propugnatura, quem ſit impugnatura, non nouerit. Pro quo precem ſedulam fundo, vt perſpectis chartulis ſuis, ſi quid iure competit inſtruatis: quæ qualiter ve ſint obijcienda, quæ refellenda monſtrantes. Non enim verebimur, quod cauſæ iſtius curſus ſi de veſtri manauerit fonte conſilij, vlla contraſtantium diriuatione tenuetur. Vale.*

## EPIST VI.

SIDONIVS CAMPANIO

SVO S.

*PRouerbialiter celebre eſt, ſæpe moram eſſe meliorẽ,* A *ſicuti & nunc experti ſumus. Menſtruanus amicus tuus longo iſtic tempore inſpectus, meruit inter perſonas nobis quoq; caras deuinctasque cenſeri: opportunus, elegans, peruenuſtus, verecundus, ſobrius, parcus, religioſus, & his morum dotibus præditus, vt quoties in boni cuiusq; aſciſcitur amicitias, nõ amplius conſequatur beneficij ipſe quàm tribuat. Hæc tibi non vt ig-* B *noranti, ſed vt iudicio meo ſatisfacerem, ſcripſi. Quamobrem triplex cauſa lætandi: Tibi prima, cui amicos ſic aut inſtituere, aut eligere contingit: Aruernis ſecunda, quibus hoc in eo placuiſſe confirmo, quod te probaſſe non ambigo: Illi tertia, de quo boni quique bona quæq; indicauerunt. Vale.*

## EPIST. VII.

SIDONIVS EXPLICIO

SVO S.

*QVia iuſtitia veſtra iure fit vniuerſitati per com-* A *plura recti experimẽta venerabilis, idcirco ſingulas quaſq; perſonas idipſum efflagitantes in examen veſtrum*



*veſtrum libens & auidus emitto, quã primum ambiẽs, me diſcuſsionis, illos ſimultatis onere laxari: quod demum ita ſequetur, ſi non ex ſolido querimonias partiũ verecundus cenſor excludas: quanquam & hoc ipſum, quod copiam tui iurgantibus difficilẽ concedis, indiciũ ſit bene iudicaturi. Quis enim ſe non ambiat arbitrũ legi, aut pretio aliquid indulturus, aut gratiæ? igitur cognoſceris ad tam ſanctæ conſcientiæ prærogatiuam raptim perniciterq; properantibus, quandoquidem ſententiam tuam, nec victus, vt ſtolidus, accuſat: nec victor vt argutus irridet: veritatisq; reſpectu dependunt tibi addicti reuerentiã, gratiam liberati. Proinde impẽſe obſecro, vt inter Alethium & Paulum quæ veniunt in diſceptationem, mox vt vtrinq; fuerint, oppoſita, diſcingas. Nanq; (ni fallor) ſupra Decemuirales Pontificalesq; ſentẽtias, ægritudini huius prope interminabilis iurgij, ſola morum tuorum temperantia ſolita iudicãdi ſalubritate medicabitur. Vale.*

## EPIST. VIII.

SIDONIVS DESIDERATO

SVO S.

A *MOeſtiſsimus hæc tibi nuncio. Deceſsit nudiuſtertius, non abſque iuſtitio matrona Philimachia, morigera coniunx, domina clemens, vtilis mater, pia filia, cui debuerit domi foriſq; perſona minor obſequium maior officium, æqualis affectum. Hæc cum eſſet vnica iam diu matri amiſſæ, facile diuerſis blandimentorum generibus effecerat, ne patri adhuc iuueni ſoboles alterius ſexus deſideraretur. Nunc autem per ſubita ſuprema virum cœlibatu, patrem orbitate confodit: ijs additur, quod quinq; liberûm parens immaturo exitu reddidit infortunatam fœcunditatem. Qui paruuli, ſi matre ſuperſtite, perdidiſſent iam diu debilem*

*debilem patrem minus pupilli exiſtimarentur. Hanc tamen, ſi quis haud incaſſum honor cadaueribus impenditur, non viſpilionum ſandapilariorúmque miniſteria ominoſa tumulauere: Sed cum libitinam ipſam flentes omnes externi quoque prenſitarent, remorarentur, exoſcularentur, ſacerdotum propinquorumq́; manibus excepta, perpetuis ſedibus dormienti ſimilior illata eſt. poſt quæ precatu parentis orbati, næniam funebrem, non per elegos, ſed per hendecaſyllabos marmori inciſam, plan-* C
*ctu prope calente dictaui: Quam ſi non improbas, cæteris epigrammatum meorum voluminibus applicandam mercenarius bibliopola ſuſcipiet: ſi quid ſecus, ſufficit ſaxo carmen ſaxeum contineri.*

*OCcaſu celeri feróque raptam*
*Natis quinque, patríque coniugíque,*
*Flentis hoc patriæ manus locarunt*
*Matronam Philimachiam ſepulcro.*
*O ſplendor generis, decus mariti,*
*Prudens, caſta, decens, ſeuera, dulcis,*
*Atque ipſis ſenioribus ſequenda:*
*Diſcordantia quæ ſolent putari*
*Morum commoditate copulaſti.*
*Nam vitæ comites bonæ fuerunt,*
*Libertas grauis, & pudor facetus.* D
*Hinc eſt quod decimam tuæ ſaluti*
*Vix actam trieteridem dolemus.*
*Atque in temporibus vigentis æui,*
*Iniuſte tibi iuſta perſoluta.*

*Placeat tibi carmen necne, tu propera, ciuitatem feſtinus inuiſe. Debes enim conſolationis officium duorum ciuium domibus afflictis; quod ita ſoluas, deum quæſo, ne vnquam tibi redhibeatur. Vale.*

*EPIST.*



## EPIST. IX.

### SIDONIVS DOMITIO SVO SALVTEM.

A *QVæris cur ipſe iampridem Nemauſum profectus veſtra ſerum ob aduentum deſideria producam. Reddo cauſas reditus tardioris, nec moras meas prodere moror, quia quæ mihi dulcia ſunt, tibi quoq;. Inter agros amœniſſimos, apud humaniſſimos dominos Ferreolũ & Apollinarem tempus voluptuoſiſſimum exegi. prædiorũm ijs iura contermina, domicilia vicina, quibus, interiecta geſtatio laſſat peditem, nec ſufficit equitaturo. Colles ædibus ſuperiores exercentur vinitori, & oliuitori. Aracynthum & Nyſam celebrata poetarum carminibus iuga, cenſeas. Vni domui in plana patentiáq;, alteri in nemoroſa proſpectus. ſed nihilominus diſſimilis ſitus ſimiliter oblectat. Quanquam de prædiorum, quid nunc amplius poſitione, cum reſtat, hoſpitalitatis ordo reſerandus? Iam primum ſagaciſsimis in hoc exploratoribus deſtinatis, qui reditus noſtri iter aucuparentur domus vtraque non ſolum tramites aggerum publicorum, verumetiam calles compendijs tortuoſos atque paſtoralia diuerticula inſedit, ne quo caſu diſpoſitis officiorum inſidijs elaberemur. Quas incidimus, fateor, ſed minime inuiti: iuſqueiurandum confeſtim præbere compulſi, ne priuſquam ſeptem dies euoluerentur, quid-*
B *quam de itineris noſtri continuatione meditaremur. Igitur mane cotidiano, partibus ſuper hoſpite prima, & grata cõtentio, quæ nã potiſsimum & anterius, edulibus noſtris, culina fumaret, nec ſanè poterat ex æquo diuiſioni lancem ponere viciſsitudo, licet vni domui mecũ, alteri cũ meis vinculũ foret propinquitatis. Quia Ferreolo præfectorio viro præter neceſsitudinem ſibi debitã,*

 *dabat*

*dabat ætas & dignitas primi inuitatoris prærogatiuam.*
*Illic & à delitijs in delitias rapiebamur, vix quodcum-*
*que veſtibulum intratum, & ecce huc ſphæriſtarum*
*contra ſtantium paria inter rotatiles cataſtropharũ gy-*
*ros duplicabantur, huc inter aleatoriarum vocum com-*
*petitiones frequens crepitãtium fritillorum teſſerarũq́;*
*ſtrepitus audiebatur, huc libri afflatim in promptu.*
*Videre te crederes aut grammaticales pluteos, aut*
*Athenei cuneos, aut armaria extructa bibliopolarum:*
*Sic tamen quod qui inter matronarum cathedras co-* C
*dices erant ſtylus religioſus inueniebatur: qui verò per*
*ſubſellia patrumfamilias, ij cothurno Latialis eloquij*
*nobilitabantur: Licet quæpiam volumina, quorumpiam*
*autorũ ſeruarent in cauſis diſparibus dicendi paruitatẽ.*
*Nam ſimilis ſcientiæ viri, hinc Auguſtinus, hinc Varro,*
*hinc Horatius, hinc Prudentius, lectitabãtur. Quos in-*
*ter Adamantius Origenes, Turranio Ruffino interpre-*
*tatus ſedulò fidei noſtræ lectoribus, inſpiciebatur: pa-*
*riter & pro vt ſingulis cordi diuerſa cenſentes ſermoci-*
*nabamur: Cur à quibuſdam prothomyſtarum tan-*
*quam ſcæuus cauendusq́; tractator improbaretur?*
*Quanquam ſic eſſet ad verbum ſententiamq́; transla-*
*tus, vt nec Apuleius Phædonem ſic Platonis, neque*
*Tullius Cteſiphontem ſic Demoſthenis in vſum regu-*
*lamq́; Romani ſermonis excripſerint. Studijs hiſce dum*
*noſtrum ſinguli quique prout libuerat, occupabantur:*
*Ecce & ab Archimagiro aduentans, qui tempus inſta-*
*re curandi corpora commoneret, quem quidem nun-* D
*cium per ſpacia clepſydræ horarum incrementa ſeruan-*
*tem, probabat competenter ingreſſum quinta digre-*
*diens. Prandebamus breuiter, copioſe, ſenatorium ad*
*morem: quo inſitum inſtitutumq́; multas epulas paucis*
*paropſidibus apponi, quamuis conuiuium per edulia*
*nunc*



*nunc aſſa, nunc iurulẽta varietur. Inter bibendum nar-*
*ratiunculæ quarum cognitu hilararemur, inſtruere-*
*murq́;. Eas bifariam orditas, lætitia peritiaq́; comita-*
*bantur. Quid multa? Sanctè, pulchre, abundanter, acci-*
*piebamur. Inde ſurgentes, ſi Vorangi eramus (hoc vni*
*nomen prædio) ad ſarcinas & diuerſorium pedem re-*
*ferebamus: Si Pluſiani (ſic fundus alter nuncupabatur)*
*Tonantium cum fratribus, lectiſſimos æquæuorum no-*
*bilium principes, ſtratis ſuis eijciebamus; quia nec fa-*
E *cile crebro cubilium noſtrorum inſtrumenta circunfe-*
*rebamus. Excuſſo torpore meridiano, pauliſper equita-*
*bamus; quo facilius pectora marcida cibis, cœnatoriæ*
*fami exacueremus. Balneas habebat vterque hoſpes in*
*opere, in vſu neuter. Sed cum vel pauxillulum bibere*
*deſijſſet aſſeclarum meorum familiarumq́; turba com-*
*potrix, quorum cerebris hoſpitales crateræ nimium im-*
*merſæ dominabantur, vicina fonti aut fluuio raptim*
*ſcrobs fodiebatur, in quam forte cum cumulus lapidum*
*ambuſtus demitteretur, antro in hemiſphærij formam*
*corylis flexilibus intexto, foſſa inardeſcens operiebatur,*
*ſic tamen vt ſuperiectis cilicum velis, patentia inter-*
*ualla virgarum, lumine excluſo, tenebrarentur, vapo-*
*rẽ repulſura ſalientem, qui vndæ feruentis aſpergine*
*flammatis ſilicibus excuditur. Hic nobis trahebantur*
*horæ non abſque ſermonibus ſalſis iocularibusq́;, quos*
*inter halitu nebulæ ſtridentis oppletis inuolutisq́; ſalu-*
F *berrimus ſudor eliciebatur: Quo prout libuiſſet effuſo*
*coctilibus aquis ingerebamur, harumque fotu cruditatẽ*
*noſtram tergente reſoluti, aut fontano deinceps frigore,*
*putealiq́;, aut fluuiali copia ſolidabamur. Siquidẽ domi*
*bus medius it Vuardo fluuius; niſi cum deflua niue pa-*
*ſtus impalluit, flauis ruber glareis, & per alueum per-*
*ſpicuus, quietus, calculoſusque, neque ob hoc minus piſ-*

*tium ferax delicatorum. Dicerem & cœnas & quidem vnctiſſimas, niſi terminum noſtræ loquacitati quem verecundia, nõ adhibet, charta poſuiſſet. Quarũ quoq; replicatio, fieret amœna narratu, niſi epiſtolæ tergũ madidis ſordidare calamis erubeſceremus. Sed quia & ipſi in procinctu ſumus, teq; ſub ope Chriſti actutũ nobis inuiſere placet, expeditius tibi cœnæ amicorũ in mea cœna tuaq; commemorabuntur: modo nos quã primum hebdomadis exactæ ſpacia completa votiuæ reſtituant eſuritioni, quia diſruptã ganea ſtomachum nulla ſarcire res melius quàm parſimonia ſolet. Vale.*

## EPIST. X.

### SIDONIVS HESPERIO SVO S.

*AMo in te, quod literas amas, & vſquequaq; præconijs cumulatiſſimis excolere contendo tantæ diligentiæ generoſitatem, per quam nobis non ſolum initia* A
*tua, verum etiam ſtudia noſtra commẽdas. Nam cum videmus in huiuſmodi diſciplinam iuniorum ingenia ſuccreſcere, propter quam nos quoq; ſubduximus ferulæ manum, copioſiſſimum fructum noſtri laboris adipiſcimur. Illud appone, quòd tantum increbruit multitudo deſidioſorum, vt niſi vel pauciſſimi quiq; merã Latialis linguæ proprietatem de triuialium barbariſmorum rubigine vindicaueritis, eam breui abolitam defleamus, interemptamq;: ſic omnes nobilium ſermonũ purpuræ per incuriam vulgi decolorabuntur. Sed iſthæc alias. Interea tu quod petis accipe. Petis autem vt ſiqui verſiculi mihi fluxerunt, poſtquam ab alterutro diſceſſimus, hos tibi pro quadam morarum mercede pernumerem. Dicto pareo. Nam præditus es his morum*

rum



*rum dotibus quanquam iuuenis, & hac animi maturitate, vt tibi etiam natu priores gerere morem concupiſcamus. Eccleſia nuper conſtructa eſt Lugduni, quæ ſtudio Papæ Patientis ad ſummum cœpti operis acceſſit, viri ſancti, ſtrenui, ſeueri, miſericordis, quique per vberem munificentiam in pauperes humanitatémque, non minora bonæ conſcientiæ culmina leuet. Huius igitur ædis extimis, rogatu præfati antiſtitis tumultuarium carmen inſcripſi trochæis triplicibus, adhuc mihi, iamq; tibi perfamiliaribus. Namque ab hexametris eminentium poetarum Conſtantij, & Secundini vicinantia altari Baſilicæ latera clareſcunt: quos in hanc paginam admitti noſtra quam maxime verecundia vetat, quam ſuas ocioſitates trepidanter edentem meliorum carminum comparatio premit. Nam ſicuti nouam nuptam*
C *nihil minus quàm pulchrior pronuba decet: & ſicuti ſi veſtiatur albo fuſcus quiſq; fit nigrior: ſic noſtra quantulacunq; eſt tubis circumfuſa potioribus ſtipula, vileſcit, quam mediam loco, infimam merito, deſpicabiliorem pronuntiari, non imperitia modo ſed & arrogantia facit, quapropter illorum iuſtius epigrammata micant, quàm iſta hæc, quæ imaginariè tantum, & quodammodo vmbraliter effingimus. Sed quorſum iſta? quin potius paupertinus flagitata cantilenæ culmus immurmuret.*

*QVisquis pontificis, patriſq; noſtri*
*Collaudas Patientis hic laborem:*
*Voti compote ſupplicatione*
*Conceſſum experiare quod rogabis,*
*Aedes celſa nitet, nec in ſiniſtrum*
*Aut dextrum trahitur: ſed arce frontis*

Ortum

*Ortum proſpicit æquinoctialem,*
*Intus lux micat, atque bracteatum*
*Sol ſic ſollicitatur ad lacunar,*
*Fuluo vt concolor erret in metallo,*
*Diſtinctum vario nitore marmor*
*Percurrit cameram, ſolum, feneſtras.*
*Ac ſub verſicoloribus figuris*
*Vernans herbida cruſta ſaphiratos*
*Flectit per praſinum vitrum lapillos;*
*Huic eſt porticus applicata triplex*
*Fulmentis Aquitanicis ſuperba;*
*Ad cuius ſpecimen remotiora*
*Claudunt atria porticus ſecundæ:*
*Et campum medium procul locatas*
*Veſtit ſaxea ſylua per columnas.* E
*Hinc agger ſonat, hinc Arar reſultat.*
*Hinc ſeſe pedes atque eques reflectit.*
*Stridentum hinc moderator eſſedorum,*
*Curuorum hinc chorus helciariorum,*
*Reſponſantibus alleluia ripis,*
*Ad Chriſtum leuat amnicum celeuſma,*
*Sic ſic pſallite nautæ vel viator:*
*Namque hic eſt locus omnibus petendus,*
*Omnes quò via ducit ad ſalutem.*

*Ecce parui tanquam iunior imperatis. Tu modo fac memineris multiplicato me fœnore remunerandum, quoque id facilius poſſis voluptuoſiusq́; opus eſt vt ſine diſſimulatione lectites: ſine fine lecturies: neque patiaris vt te ab hoc propoſito propediem coniunx domum feliciter ducenda deflectat. Sisq́; oppido meminens, quod olim Martia Hortenſio, Terentia Tullio, Caphurnia* F *Plinio, Pudentilla Apuleio, Ruſticiana Symmacho legentibus meditantibusq́; candelas, & candelabra tenuerint.*

*nuerint*



*nuerint. Certe ſi præter rem oratoriam contubernio fœminarum, poeticum ingenium, & oris tui limam frequentium ſtudiorum cotibus expolitam, quereris obtundi, reminiſcere quod ſæpe verſum Corinna cum ſuo Naſone compleuit, Lesbia cum Catullo, Ceſennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propercio, Delia cum Tibullo. Proinde liquido claret ſtudentibus, diſcendi per nuptias occaſionem tribui, deſidibus excuſationem. Igitur incumbe, neque apud te litterariam curam turba depreciet imperitorum: quia natura comparatum eſt, vt in omnibus artibus hoc ſcit ſcientiæ precioſior pompa, quo rarior. Vale.*

## EPIST. XI.

### SIDONIVS RVSTICIO SVO SALVTEM.

A *SI nobis pro ſitu ſpaciſq́; regionum vicinaremur, nec à ſe præſentia mutua vaſti itineris longinquitate diſcriminaretur, nihil apicum raritati licere cœptæ familiaritatis officia permitterent. Neq́; iam ſemel miſſa fundamenta certantis amicitiæ, diuerſis honorum generibus extruere ceſſarem. Sed animorum coniunctioni ſeparata vtriq́; porrectioribus terminis obſiſtit habitatio, equidem ſemel deuinctis parum nocitura pectoribus. Sed tamen ex ipſa communium municipiorum diſcretione procedit, quod cum amiciſſimi ſimus, raritatem colloquij de prolixa terrarum interiectione venientem in reatum volumus transferre communem, cùm de naturalium rerum difficultate, nec culpa nos debeat manere, nec venia. Domine illuſtris gerulos litterarum de diſciplinæ tuæ inſtitutione formatos, & morum herilium verecundiam præferentes, opportune admiſi, patienter audiui, competenter explicui. Vale.*

*EPIST.*

## EPIST. XII.

SIDONIVS AGRICOLAE SVO S.

*MIſiſti tu quidem lembum mobilem, ſolidum, lecti A
capacem, iamq́; cum piſcibus. Tum præterea gu-
bernatorem longe peritum, remiges etiam robuſtos, ex-
peditóſq́;, qui ſcilicet ea rapiditate præteruolant amnis
aduerſi terga, qua defluit. Sed dabis veniam quod in-
uitanti tibi in piſcationem comes venire diſſimulo
namq́; me multo decumbẽtibus noſtris validiora mœ-
roris retia tenent, quæ ſunt amicis quoque, & exter-
nis indoleſcenda. Vnde te quoque puto, ſi rite germano
moueris affectu, quo temporis puncto paginam hanc
ſumpſeris, de reditu potius cogitaturũ. Seueriana ſo-
licitudo communis, inquietata primum lentæ tuſſis im-
pulſu, febribus quoque iã fatigatur, ÿſq́; per noctes in-
graueſcentibus, propter quod optat exire in ſuburbanũ:
literas tuas deniq́; cum ſumeremus, egredi ad villu- B
lam iam parabamus. Quocirca ſeu tu venias, ſeu mo-
reris, preces noſtras orationibus iuua, vt ruris auram
deſideranti ſalubriter cedat ipſa vegetatio. Certe ego
vel tua ſoror, inter ſpem metumq́; ſuſpenſi credidimus
eius tædium augendum, ſi voluntati iacentis obſtitiſſe-
mus. Igitur ardori ciuitatis atq́; torpori, tam nos quàm
domum totã præuio Chriſto pariter eximimus, ſimulq́;
medicorum conſilia vitamus aſſidentum diſſidẽtumq́;
qui parum docti & ſatis ſeduli lãguidos multos officio-
ſiſſime occidunt. Sane contubernio noſtro iure amicitiæ
Iuſtus adhibebitur, quem ſi iocari liberet in triſtibus
facile conuincerem, Chironica magis inſtitutum arte,
quàm Machaonica, quo diligentius poſtulandus eſt
Chriſtus obſecrandusque vt valetudini, cuius cura-
tionem cura noſtra non inuenit, potentia ſuperna me-
deatur. Vale.*

*EPIST.*



## EPIST. XIII.

SIDONIVS SERRANO SVO S.

*EPiſtolam tuam nobis Marcellinus Togatus exhi-
buit, homo peritus, virque amicorum, quæ primo-
A ribus verbis ſalutatione libata, reliquo ſui tractu (qui-
dem grãdis eſt.) Patroni tui Petronij maximi Impera-
toris laudes habebat, quem tamen tu pertinacius aut
amabilius quàm rectius veriusque feliciſſimum appel-
las, propter hoc quippe, cur per ampliſſimos faſcium ti-
tulos fuerit euectus vſque ad imperium. Sed ſententiæ
tali nunquam ego aſſentior, vt fortunatos putem, qui
reipublicæ præcipitibus, ac lubricis culminibus inſi-
ſtunt. Nam dici nequit, quantum per horas fert in
hac vita miſeriarum, vita felicium illorum (ſi tamen
ſic ſunt pronuntiandi, qui ſibi hoc nomen, vt Sylla,
præſumunt) nimirum qui ſupergreſſi ius faſq́; commu-
ne, ſummam beatitudinem exiſtimant, ſummam pote-
ſtatem, hoc ipſo ſatis miſeriores, quod parum intelligũt
inquietiſſimo ſe ſubiacere famulatui. Nam ſicut homi-
B nibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominan-
tur. Hic ſi omittamus antecedentium principum caſus
vel ſequutorum, ſolus iſte peculiaris tuus Maximus,
maximo nobis ad hæc documento poterit eſſe, qui quã-
quam in arcem præfectoriam, patriciam, conſularém-
que intrepidus aſcenderat, eoſq́; quos geſſerat magiſtra-
tus, ceu recurrẽtibus orbitis inexpletus iterauerat: cum
tamẽ venit omnibus viribus ad principalis apicis abru
ptũ quandã poteſtatis immẽſæ vertiginẽ ſub corona pa-
tiebatur, nec ſuſtinebat dominus eſſe, qui nõ ſuſtinuerat
eſſe ſub domino. Denique require in ſupradicto vitæ prio
ris gratiã, potentiã, diuturnitatẽ, eq́; diuerſo principatus
paulò amplius quàm bimeſtris originem, turbinem, finẽ:
C profecto inuenies hòminem beatiorẽ prius fuiſſe, quàm
beatiſ*

*beatiſſimus exiſtimaretur. Igitur ille, cuius anterius epulæ, mores, pecuniæ, pompæ, literæ, faſces, patrimonia, & patrocinia florebant, cuius ipſa ſic deniq; ſpacia vitæ cuſtodiebantur, vt per horarum diſpoſitas clepſydras explicarentur, is nuncupatus Auguſtus, ac ſub hac ſpecie palatinis liminibus incluſus ante crepuſculum ingemuit quod ad vota peruenerat. Cumq; mole curarum priſtinæ quietis tenere dimenſum probiberetur, veteris actuum regulæ legibus renuntiauit, atq; perſpexit pariter ire non poſſe negocium principis & ociũ ſenatoris. Nec fefellerunt futura mærentem, namq; cum cæteros aulicos honores trãquilliſſime percurriſſet, ipsã aulam turbulentiſſime rexit, inter tumultus militum, popularium, fœderatorum: quod & exitus prodidit nouus, celer, acerbus, quem cruentauit fortunæ diu lenocinantis perfidus finis, quæ virum vt ſcorpius vltima ſui parte percuſſit. Dicere ſolebat vir literatus, atque ob ingenij merita quæſtorius, partium certe bonarum pars magna, Fulgentius, ore ſe ex eius frequenter audiſſe, cum peroſus pondus imperij veterem deſideraret ſecuritatem, felicem te ait Damocles, qui non vno longius prandio regni neceſſitatem tolerauiſti. Iſte enim (vt legimus) Damocles prouincia Siculus, vrbe Syracuſanus, familiaris tyranno Dionyſio fuit, qui cum nimijs laudibus bona patroni, vt cætera, ſcilicet inexpertus, efferret: Vis (inquit Dionyſius) hodie ſaltem, in hac menſa bonis meis ac malis pariter vti? Libenter inquit. Tum ille confeſtim lætum clientem, quanquam & attonitum, plebeio tegmine erepto, muricis Tyrij ſeu Tarentini conchyliato ditat indutu: & renidentem gemmis, margaritisq; aureo lecto ſericatoq; toreumati imponit. Cumque pranſuro Sardanapalitium in morem, panis daretur è Leontina ſegete cõfectus: inſuper dapes cultæ* D.

*ferculis*



*ferculis cultioribus apponerentur: ſpumarent falerno gemmæ capaces, igne cryſtallis calerent vnguẽta glacialibus, hinc ſuffita cinnamomo ac thure cœnatio ſpargeret peregrinos naribus odores, & madeſcentes nardo capillos circunfuſa florum ſerta ſiccarent, cœpit ſupra tergum ſic recumbentis repente vibrari mucro diſtrictus è lacunaribus qui videbatur in iugulum purpurati iamiamq; ruiturus: nam filo equinæ ſetæ ligatus, & ita pondere minax, vt acumine gulam formidoloſi Tantaleo frenaret exemplo, ne cibi ingreſſi per ora, per vulnera exirent. Vnde poſt mixtas fletibus preces, atque multimoda ſuſpiria vix abſolutus, emicatimq; proſiliens, illa refugit celeritate diuitias delitiasq; regales, qua ſolent appeti. Reductus ad deſideria mediocriũ, timore ſummorum, & ſatis cauens ne beatum vltra diceret, duceretq; qui ſeptus armis ac ſatellitibus, & per hoc raptis incubans opibus, ferro preſſus, premere t aurũ. Quapropter ad ſtatum huiuſmodi, Domine frater, neſcio an conſtet tendere beatos: patet certe miſeros peruenire. Vale.*

## EPIST. XIIII.

### SIDONIVS MAVRVSIO SVO S.

A AVdio induſtriæ tuæ, votisq; communibus, vberiore prouentu, quàm minabatur ſterilis annus, reſpondere vindemia. Vnde & in pago Violacenſi, (qui Martialis ætate citeriore vocitatus eſt, propter hiberna legionum Iulianarum) ſuſpicor diuturnius te moraturum. Quo loci tibi cum ferax vinea eſt, tum præterea ipſum prædium, magno non minus domino, quod te tuosque plurifaria frugum manſionumque, dote remoretur: Ilicet ſi horreis apothecisque ſeu penu impleta, deſtinas illic vſque ad aduentum hirundineum, vel ciconinum, Iani Numæq; nonguidos menſes in ocio fu-



*liginoſo,*

*liginoſo, ſeu tunicata quiete tranſmittere, nobis quoque*
*parum in oppido fructuoſæ protinus amputabuntur*
*cauſæ morarum, vt dum ipſe nimirum frueris rure,*
*nos te fruamur, quibus vt recognoſcis, non magis cor-*
*di eſt, aut voluptati ager cum reditibus amplis, quàm*
*vicinus æqualis cum bonis moribus. Vale.*

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER III.

## EPIST. I.

### SIDONIVS AVITO SVO SALVTEM.

A
*MVLTIS quidem vinculis caritatis ab*
*incunte pueritia, quicquid venimus in*
*iuuentutem, gratiæ ſeſe mutuæ cura*
*nexuerat. Primum quia matribus no-*
*ſtris ſumma iuncti ſanguinis neceſſi-*
*tudo. Dein quod ipſi iiſdem temporibus nati, magi-*
*ſtris vſi, artibus inſtituti, luſibus ociati, principibus eue-*
*cti, ſtipendijs perfuncti ſumus: & quod eſt ad amicitias*
*ampliandas his validius efficaciusq;, in ſingulis qui-*
*busq; perſonis, vel expetendis æqualiter, vel cauendis,*
*iudicij parilitate certauimus. Propter quæ omnia præ-*
*ter conſcientiam, quæ interius tibi longe præſtantior*
*eminentiorq;, multum voluntates noſtras copulauerat*
*decurſarum forinſecus actionum ſimilitudo. Sed quod*
*fatenden*



*fatentendum eſt, diu erectis vtrinque amoris machinis,*
*ipſe culmina pretioſa poſuiſti: eccleſiam Aruerni mu-*
*nicipioli, (cui præpoſitus, etſi immerito videor) perop-*
*portuna oblatione locupletando, cuius poſſeſſioni plu-*
B *rimum contuliſti, Cuticiacenſis prædij ſuburbanitate,*
*non minus noſtræ profeſſionis fraternitatem loci proxi-*
*mitate dignatus ditare quàm reditu. Et licet ſororiæ*
*hæreditatis duo conſortes eſſe videamini, exemplo ta-*
*men fidei tuæ, ſuperſtes germana commota eſt ad boni*
*operis imitationem, itaque tibi cœlitus redhibetur iure*
*tui facti meritum, alieni incitamentum. Quo fit vt*
*reperiare digniſſimus, quem diuinitas inuſitato ſucceſ-*
*ſionum genere ſublimet, quæ tamen nec diu diſtulit re-*
*ligioſam deuotionem centuplicatis opulentare muneri-*
*bus: quæque (vt confidimus) nihilo ſegnius cœleſtia lar-*
*gietur, cum terrena iam ſoluer:t. Nicetiana namque (ſi*
*neſcis) hæreditas Cuticiaci ſupernum pretiũ fuit. Quod*
*reſtat expoſcimus, vt ſicut eccleſiæ noſtræ ita etiam*
*ciuitatis æquè tibi ſit cura communis, quæ cum olim,*
*tum debebit ex hoc præcipue tempore, ad tuum patro-*
C *cinium vel ob tuum patrimonium pertinere. Quod cu-*
*ius meriti eſſe poſſit (quippe ſi veſtra crebro illud præ-*
*ſentia inuiſat) vel Gothis credito, qui ſæpenumero etiã*
*Septimaniam ſuam faſtidiunt, vel refundunt, modo*
*inuidioſi huius anguli etiam deſolata proprietate po-*
*tiantur. Sed fas eſt, præſule deo, vobis inter eos & rem-*
*publicam medijs, animo quietiora concipere. Quia et-*
*ſi illi veterum finium limitibus effractis, omni vel vir-*
*tute vel mole poſſeſſionis, turbine metas in Rhodanum,*
*Ligerimq; proterminant, veſtra tamen autoritas pro*
*dignitate ſententiæ ſic partem vtranque moderabitur,*
*vt & noſtra diſcat, quid debeat negare cum petitur, &*
*aduerſa poſcere deſinat, cum negatur. Vale.*

# EPIST. II.

SIDONIVS CONSTANTIO
SVO S.

SAlutat te populus Aruernus, cuius parua tuguria
magnus hoſpes impleſti, non ambitioſus comitatu, A
ſed ambiendus affectu. Deus bone, quod gaudium fuit
laborioſis, cum tu ſanctum pedem ſemirutis mœnibus
intuliſti, quam tu ab omni ordine, ſexu, ætate, ſtipatiſſi-
mus ambiebare! Quæ ſalſi erga ſingulos libra ſermonis?
quàm te blandum pueri, comem iuuenes: grauem ſenes
metiebantur? Quas tu lacrymas vt parens omnium ſu-
per ædes incendio prorutas, & domicilia ſemiuſta fudi-
ſti? Quantum doluiſti, campos ſepultos oſſibus inſepul-
tis? Quæ tua deinceps exhortatio, quæ reparationē ſua- B
dentis animoſitas? His adijcitur quòd cum inueneris ci-
uitatem non minus ciuica ſimultate, quàm barbarica
incurſione vacuatam, pacem omnibus ſuadens, charita-
tem illis, illos patriæ reddidiſti. Quibus tuo monitu non
minus in vnum conſilium quàm in vnum oppidū reuer-
tentibus, muri tibi debent plebem reductam, plebs re-
ducta concordiam. Quocirca, ſatis te toti ſuum, ſatis ſe
toti tuos æſtimant: & quæ gloria tua maxima eſt, minime
falluntur. obuerſatur etenim per dies mentibus ſingulo-
rum, quòd perſona ætate grauis, infirmitate fragilis, no-
bilitate ſublimis, religione venerabilis, ſolius dile-
ctionis obtentu abrupiſti tot repagula, tot obiectas
veniendi difficultates, itinerum videlicet longitudi-
nem, breuitatem dierum, niuium copiam, penuriam pa- C
bulorum, latitudines ſolitudinum, anguſtias manſionim,
viarum voragines, aut humore imbrium putres, aut fri-
gorum ſiccitate tribuloſas: ad hoc aut aggeres ſaxis aſ-
peres, aut fluuios gelu lubricos, aut colles aſcenſu ſale-





broſos, aut valles lapſuum aſſiduitate deraſas, per quæ
omnia incommoda, quia non priuatum commodum re-
quirebas, amorem publicum retuliſti. Quod reſtat deum
precamur, vt æui metis ſecundum vota promotis bono-
rum amicitias indefeſſim expetas, capias, referas: ſequa-
D turq; te affectio quam relinquis: & initiatæ per te vbi
cunque gratiæ, longum tibi redhibeantur quàm fun-
damenta, tam culmina. Vale.

# EPIST. III.

SIDONIVS HECDICIO
SVO S.

A SIquando, nunc maxime Aruernis, meis deſideraris;
quibus dilectio tui immane dominatur, & quidem
multiplicibus ex cauſis. Primū quòd ſummas in affectu
partes iure ſibi vſurpat terra quæ genuit. Dein quòd
ſeculo tuo ſolus fermè mortalium es, qui patriæ non mi-
nus deſiderij naſciturus, quàm gaudij natus feceris.
aſtipulantur aſſertis materni quondam puerperij tem-
pora, quæ proficiente conceptu concordantibus ciuium
votis numerabantur. Omitto illa communia quidem,
ſed quæ non mediocria caritatis incitamenta ſunt, iſtius
tibi ceſpitis reptatas glebas. Prætereo quod hæc primum
gramina inceſſu, flumina natatu, venatu nemora fre-
giſti. Omitto quòd hic primum tibi pila, pyrgus, acci-
piter, canis, equus, arcus, ludo fuere. Mitto iſtic ob gra-
B tiam pueritiæ tuæ vndique gentium confluxiſſe ſtudia
literarum, tuæque perſonæ quondam debitum, quòd
ſermonis Celtici ſquamam depoſitura nobilitas, nunc
oratorio ſtylo, nunc etiam camœnalibus modis, imbue-
batur. Illud in te affectum principaliter vniuerſitatis
accendit, quòd quos olim Latinos fieri exegeras, dein-
ceps eſſe barbaros vetuiſti. Non enim poteſt vnquam

pectoribus ciuicis elabi, quē te quantumq́; nuper omnis ætas, ordo, ſexus de ſemirutis murorū aggeribus conſpicabatur, cum interiectis æquoribus in aduerſum perambulatis, & vix duodeviginti equitum ſodalitate comitatus, aliquot millia Gothorum, non minus die quàm campo medio (quod difficile ſit creditura poſteritas) tranſiſti. ad nominis tui rumorem, perſonæque conſpectum, exercitum exercitatiſſimum ſtupor obruit, ita vt præ admiratione neſcirent duces partis inimicæ, quàm C
ſe multi, quamq́; te pauci comitarentur; ſubducta eſt tota protinus acies in ſupercilium collis abrupti: quæ cum prius applicata eſſet oppugnationi,, te viſo non eſt explicata congreſſui. Interea tu cæſis quibusque optimis quos nouiſſimos agmini non ignauia ſed audacia fecerat, nullis tuorum certamine ex tanto deſideratis, ſolus planitie quam patentiſſima potiebare, cum tibi non daret tot pugna ſocios, quot ſolet menſa conuiuas. Hinc iam per ocium in vrbem reduci, quid tibi obuiā proceſſerit, officiorum, plauſuum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota conijcere, quàm verba reſerare. Siquidem cernere erat refertis capaciſſimæ domus atrijs, illam ipſam victorioſiſſimam ſtipati reditus tui ouationem dum alij oſculis puluerem tuum rapiunt, alij ſanguinem cruores ſpumisq́; pinguia lupata ſuſcipiunt, alij ſellarum equeſtrium madefacta ſudoribus fulcra D
reſupinant, alij de concauo tibi caſſidis exituro flexilium laminarum vincula diffibulant, alij explicandis ocrearum nexibus implicatur, alij hebetatorū cæde gladiorū latera dentata pernumerant, alij cæſim atque punctim foraminatos circulos loricarum digitis liueſcentibus metiuntur. Hic licet multi complexibus tuorum tripudiantes adhæreſcerent, in te maximus tamen

men



men lætitiæ populario impetus congerebatur, tandémque in turbam inermem quidem veneras, ſed de qua te nec armatus euolueres: ferebasq́; nimium eleganter gratulantum ineptias, & dum irruentum tumultuoſo diriperis amplexu, ea conditione acceſſeras, pijſſimus publici amoris interpres, vt neceſſe eſſet illi vberiorē referre te gratiā qui tibi liberiorē feciſſet iniuriam. Taceo deinceps collegiſſe te priuatis viribus, publici exercitus ſpeciem, paruis extrinſecus maiorum opibus adiutum & inferiores hoſtium ante diſcurſus caſtigatis coërcuiſſe populatibus. Taceo te aliquot ſuperuenienti-
E bus cuneos mactaſſe turmales, è numero tuorum vix binis terniſue poſt prælium deſideratis: & tantum calamitatis aduerſæ partis inopinatis certaminibus inflictum, vt occulere cæſorum numeroſitatem conſilio deformoſiore meditarentur. Si quidem quos humari nox ſuccincta prohibuerat, deceruicatis liquere cadaueribus: tanquam minoris indicij foret, quam villis agnoſci crinitum, dimiſiſſe truncatum. Qui poſtquam luce reuoluta intellexerunt furtum ruinæ ſuæ crudelivilitate patuiſſe, tum demum palam officijs exequialibus occupabantur non magis cladem fraude, quam fraudem feſtinatione celantes: ſic tamen, quod nec oſſa tumultuarij ceſpitis mole tumulabant, quibus nec euolutis veſtimenta, nec veſtitis ſepulcra tribuebant, iuſtè ſic mortuis talia iuſta ſoluentes. Iacebant corpora vndique locorum plauſtris conuecta rorantibus: quæ quoniam perculſis indeſinenter incumberes, raptim
F ſuccenſis concluſa domicilijs culminum ſuperlabentium rogalibus fragmentis funerabantur. Sed quid ego iſta hæc iuſto pluſculum garrio? qui virtutum tuorum non ex aſſe hiſtoriam texere, ſed pro parte memoriam

 facere

*facere præſumpſi, quo magis crederes votis tuorum, quorum expectationi ægreſcēti nulla ſalubrius, ociusq; quam tui aduentus remedia medicabuntur. Igitur ſiquid noſtratium precatibus acquieſcis, actutum in patriam receptui canere feſtina, & aſsiduitatem tuam periculoſæ regum familiaritati celer exime, quorum conſuetudinem ſpectatiſsimus quiſq; flammarum naturæ bene comparat, quæ ſicut paululum à ſe remota illuminant, ita ſatis ſibi admota comburunt. Vale.*

## EPIST. IIII.

SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM

*GOzolas natione Iudæus, cliens culminis tui, cuius* A *mihi quoque eſſet perſona cordi ſi non eſſet ſecta deſpectui; defert literas meas quas grauiter anxius exaraui. Oppidum ſiquidem noſtrum (quaſi quendam ſui limitis oppoſiti) obicem, circumfuſarum nobis gentiū arma terrificant. Sic æmulorum ſibi in medio poſiti populorum lacrymabilis præda, ſuſpecti Burgundionibus,* B *proximi Gothis, nec impugnantium ira, nec propugnantum caremus inuidia. Sed iſthæc aliàs. Interea ſi vel penes vos recta ſunt, bene eſt. Neque enim huiuſmodi pectore ſumus, vt licet apertis ipſi pœnis, propter criminum occulta, plectamur, non agi proſpere, vel vbicunq; velimus. Nam certum eſt, non minus vitiorum, quàm hoſtium eſſe captiuum, qui nō etiam inter mala tempora bona vota ſeruauerit. Vale.*

## EPIST. V.

SIDONIVS HYPATIO SVO S.

*SI vir ſpectabilis morumq; veſtrorum ſuſpector admiratorq; Donidius ſolam rationem domeſticæ vti-* A

litatis



*litatis habuiſſet, ſatis abundeq; ſufficeret fides veſtra commodis ſuis, & ſi nullus interceſſor accederet. Sed amore meo ductus eſt, vt quod ipſe per ſe impetrauerat, me faceret poſtulare. Itaque nunc honori veſtro hic quoq; cumulus accreſcit, quòd duo efficimur debitores, cum tamen vnus è nobis beneficium conſequatur. Eborolacenſis prædij etiam ante barbaros deſolatam medietatem, quæ domus patritiæ iura modò reſpicit, ſuffragio veſtro iuri ſuo optat adiungi. Neque ad hanc nundinationem ſtimulo cupiditatis, ſed reſpectu auitæ recordationis adducitur. Siquidem fundi ipſius integritas familiæ ſuæ dominum vſq; ad obitum vitrici nuper vita decedentis, aſpexit: Nunc autem vir alieni non appetens, ſui parcus, poſſeſsionis antiquæ à ſe alienatæ non tam damno angitur quàm pudore: quam vt redimere conetur, non auaritiæ vitio, ſed verecundiæ neceſsitate compellitur. Tribuere dignare votis ſuis, precibus meis, moribus tuis, vt ad ſoliditatem ruris iſtius te patrocinante perueniat, cui rem parentum* B *ſibiq; nō ſolum notam, verum etiam inter lactātis infantiæ rudimēta reptatā, ſicut recepiſſe parū fructuoſum, ſic non emeruiſſe nimis videtur ignauum. Ego verò tantū obſtringar indultis ac ſi meæ proficiat peculiariter proprietati, quicquid meus ætate frater, profeſſione filius, loco ciuis, fide amicus, acceperit. Vale.*

## EPIST. VI.

SIDONIVS EVTROPIO SVO S.

A *SI veteris commilitij, ſi deinceps innouatæ per dies gratiæ bene in præſentiarū fides veſtra reminiſcitur, profecto intelligitis vt vos ad dignitatem, ſic nos ad deſideriorum culmina aſcendere. Ita nanq; faſcibus veſtris gratamur omnes, vt erectam per illos non magis*

veſtram

*veſtram domum, quàm noſtram amicitiam cenſeamus. Teſtis eſt ille tractatus in quo exhortationis meæ non minimum incitamenta valuerunt, quibus vix potuiſtis adduci, vt præfecturam philoſophiæ iungeretis, cum vos conſectanei veſtri Plotini dogmatibus inhærẽtes, ad profundum intempeſtiuæ quietis ocium Platonicorũ palæſtra rapuiſſet, cuius diſciplina tunc fore, aſtruxi, liberam profeſſionem, cum nil familiæ debuiſſet. Porrò autem deſidiæ vicinior putabatur contemptus ille militiæ, ad quam iactitant inuidi, bonarũ partium viros, non poſſe potius quàm nolle conſcendere. Igitur quod loco primore fieri par eſt, agimus gratias vberes Chriſto, qui ſtatum celſitudinis tuæ vt hactenus parentum nobilitate decorabat, ita iam nunc titulorum parilitate faſtigat ſimul & animorum ſpebus erectis fas eſt de cætero ſperare meliora. Certe creber prouincialium ſermo eſt: Annũ bonum de magnis non tam fructibus quàm poteſtatibus æſtimandum. Qua de re veſtrum eſt, domine maior, expectationem noſtram competẽtibus diſpoſitionibus munerari. nam memor originis tuæ, nobilium ſibi perſuaſit vniuerſitas, quandiu nos Sabini* B *familia rexerit, Sabiniã familiam non timendã. Vale.*

## EPIST. VII.

### SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM

A *Longum à literis temperatis: igitur vtrique noſtrum mos ſuus agitur, ego garrio, vos tacetis. Vnde etiam vir ad reliqua fidei officia inſignis, genus reor eſſe virtutis, tanto te ocio non poſſe laſſari. Quid? Nunquam ne reſpectu mouebere familiaritatis antiquæ, vt tandem à continuati ſilentij propoſito pedem* referas



*referas? Aut neſcis quod garrulo non reſpondere conuitium eſt? Tu retices, vel bibliothecarum medius vel togarũ, & à me officium paupertini ſermonis expectas, cui ſcribendi, ſi bene perſpicis, magis eſt facilitas quàm* B *facultas. Certe vel metus noſter materiam tuo ſtylo faciat: Mementoq; viatorum manus grauare chartis, quatenus amicorũ cura releuetur: & indicare feſtina, ſi qua præuio deo quæſtor Licinianus trepidationi mutuæ ianuam ſecuritatis aperuerit. Perſona ſiquidem eſt (vt perhibent) magna expectatione, maior, aduẽtu, relatu ſublimis, inſpectione ſublimior, & ob omnia felicitatis naturæq; dona mõſtrabilis. Summa cẽſura, par comitas, & prudentia fidesq; miſſo mittentiq; conueniens. Nihil affectatum, ſimulatumq;, ponderique ſermonum vera potius ſeueritas, quam ſeueritatis imitatio: & nec vt plurimi, qui cum credita diffidenter allegant, volunt videri egiſſe ſe cautius. Sed neque ex illorum numero, qui ſecreta dirigentium principũ* C *venditantes, ambiunt à barbaris bene agi cum legato potius quàm cum legatione. Hunc nobis morum viri tenorem ſecundus rumor inuexit. Mandate perniciter ſi vero dicta conquadrant, vt tantiſper à peruigili ſtatione reſpirent, quos à muralibus excubijs nõ dies ninguidus non noxillunis & turbida receptui canere perſuadent, quia & ſi barbarus in hiberna cõcedat, mage differunt quàm relinquãt ſemel radicatam corda formidinem. Palpate nos proſperis, quia noſtra non tam procul eſt à vobis cauſa, quam patria. Vale.*

## EPIST. VIII.

### SIDONIVS EVCHERIO SVO SALVTEM

Veneror

*VEneror antiquos, non tamen ita vt coæquæuorum
meorum virtutes aut merita poſtponam. Neq́; ſi
Romana reſpublica in extrema hæc miſeriarũ defluxit,
vt ſtudioſos ſui nunquam remuneret, non idcirco Bru-
tos, Torquatosq́; non pariunt ſecula mea. Quorſum iſta
hæc? inquis. De te, ad te mihi ſermo eſt, vir efficaciſſime,
cui debet reſpublica, quicquid ſupradictis ſolutũ laudat
hiſtoria. Filios de proditione meditantes Iunius Brutus
occidit: ſed fuit parricidij precium conſulatus. Mani-
lius Torquatus filium, quod hoſtem prouocantem non
ſe permittente prouocaſſet, ſecuri lictoris addixit ſed
pompam triumphi pro mercede crudelitatis populariter
impetrauit. Tibi vero nunc à Barbaris odioſi faceret
Romani nominis amor, poſtquam filius ſublatus eſt col-
ludio factioſorum, maluiſti magis te ciuem meminiſſe
quam patrem, nec tibi obfuit, quin eſſes liber ſtatum,
quod eras captus adfectu, contra gentem vicinam va-
lidam, iratam. Cum Ecdicio meo non audacter arma
mouiſti: nec veritus es, ne filius tuus iam prope iuue-
nis, adhuc prope vnicus propter victi fuſique hoſtis ſi
non iram, ſaltem verecundiam periclitaretur. Qua-
propter ignari rerum temeraria iudicia ſuſpendant,
nec perſeuerent ſatis, aut ſuſcipere præteritos aut de-
ſpicere præſentes. Quandoquidem facile clareſcit
rempublicam morari beneficia, vos mereri: Quan-
quam mirandũ granditer non ſit, natione fœnerato-
rum nõ ſolum inciuiliter Romanas vires adminiſtrãte,
verum etiam fundamentaliter eruente, ſi nobilium
virorum militariumq́;, & ſupra vel ſpem noſtræ opinio-
nem partis aduerſæ, bellicoſorum non tam defuerunt
facta, quàm præmia. Vale.*

## EPIST. IX.

SIDONIVS RIOCHAMO SVO S.

*Seruatur*



A *SEruatur noſtri conſuetudo ſermonis. namq́; miſce-
mus cum ſalutatione querimoniam, non omnino
huic rei ſtudentes, vt ſtylus noſter ſit officioſus in titulis,
aſper in paginis, ſed quòd ea ſemper eueniunt de quibus*
B *loci mei aut ordinis hominẽ cõſtat inconciliari, ſi loqua-
tur: peccare, ſi taceat. Sed & ipſi ſarcinã veſtri pudoris
inſpicimus, cuius hæc ſemper verecundia fuit, vt pro cul-
pis erubeſceretis alienis: Gerulus epiſtolarũ, humilis, ob-
ſcurus, deſpicabilisq́; etiã vſq; ad damnũ innocẽtis igna-
uiæ, mancipia ſua, Britannis clam ſolicitantibus, ab-
ducta, deplorat. Incertum mihi eſt, an ſit certa cauſatio:
ſed ſi inter coram poſitos æquanimiter obiecta diſcingi-
tis, arbitror hunc laborioſum poſſe probare, quod obijcit:
ſi tamen inter argutos, armatos, tumultuoſos virtute,
numero, contubernio contumaces: poterit ex æquo & bo-
no ſolus, inermis, peregrinus, abiectus, ruſticus, pauper au-
diri. Vale.*

## EPIST. X.

SIDONIVS TETRADIO SVO S.

A *PLurimum laudis iuuenes noſtri moribus ſuis appli-
cãt, quoties de negociorum meritis ambigẽtes ad pe-
ritorũ cõſilia decurrũt: ſicut nũc vir clariſſimus Theodo-
rus domi quidẽ nobilis, ſed modeſtiſſimæ conuerſationis
opinone generoſior, qui per literas meas ad literas tuas
id eſt ad meraciſſimũ ſcientiæ fontẽ, laudabili auidita-
te proficiſcitur, non modo reperturus illic ipſe quod diſ-
cat, ſed & forſitan relaturus inde quod doceat. Cui
contra potentes, factioſosq́;, ſi veſtra peritia abundãter
non opitularetur, prudentia conſulta ſufficeret. Reſpõ-
dete obſecramus, niſi vobis tamen vtriuſq́; noſtrum
sociæ præces oneri faſtidioſe reputabuntur iudicio ſuo,
teſtimonio meo, & ſubſtantiã cauſamq́; ſuplicis fluctu-
anctem medicabilis reſponſi ſalubritate fulcite. Vale.*

*EPIST.*

## EPIST. XI.

SIDONIVS SIMPLICIO SVO S.

A ETſi deſiderium noſtrum ſiniſteritas tanta comitatur, vt etiam nunc noſtris inuidearis obtutibus, non idcirco is es, virorum optime, de cuius nos moribus lateant celſa memoratu. Ita cuncti noſtrates, idemq; ſummates viri optimarũ te partium exactiſſimarumq; præſtantiſſimum patremfamilias conſono præconio proſequuntur. Aſtipulatur huic de te ſententiæ bonorum, vel ſic electus gener, vel ſic educta filia in quorum copula tam felicem tibi controuerſiam vota pepererunt, vt ambigas, vtrum iudicio an inſtitutione ſuperaueris. Sed tamen hinc vel maxime parẽtes ambo venerabiles eſte ſecuri. idcirco cæteros vincitis quod vos filij tranſierunt. Igitur dona venia literas primas, quas vt nec dum mittere deſidia fuiſſet, ita vereor ne ſit miſiſſe garrulitas. Carebit ſanè noſtrum næuo loquacitatis officium, ſi exemplo recurſantis alloquij, impudentiam paginæ præſentis abſolueris. Vale.

## EPIST. XII.

SIDONIVS SECVNDO SVO S.

A AVt mei proaui tui tumulum, heſterno (proh dolor) die manus prophanã penè temerauerat: ſed deus affuit, ne nefas tantum perpetraretur. Campus autem ipſe dudum refertus tam buſtualibus fauillis, quàm cadaueribus, nullam iam diu ſcrobem recipiebat: ſed tamen tellus humatis quæ ſuperducitur, redierat in priſtinam diſtenta planitiem pondere niuali, ſeu diuturno imbriũ fluxu ſidẽtibus aceruis. Quæ fuit cauſa, vt locũ auderẽt tãquã vacãtẽ [corporibus,] corporũ baiuli raſtris funebribus impiare. Quid plura? iã niger ceſpes è viridi, iam ſupra antiquum ſepulchrum glebæ



glebæ recentes; cum forte pergens vrbem ad Aruernam publicum ſcelus è ſupercilio vicini collis aſpexi, meq; equo effuſo tam per abrupta, quàm per æquata proripiens, & moræ exiguæ ſic quoque impatiens, antequam peruenirem, facinus audax præuio clamore compeſcui. Dum dubitant in crimine reperti dilaberentur an ſtarent,
B ſuperueni, confiteor errorem, ſupplicia captorum differre non potui, ſed ſupra ipſum ſenis noſtri opertorium torſi latrones, quantum ſufficere poſſent ſuperſtitũ curæ, mortuorum ſecuritati. Cæterum noſtro quod ſacerdoti nil reſeruaui, cauſæ meæ, ſuæq; perſonæ præſcius, in commune conſului, ne vel hoc iuſto clementius vindicaretur, vel illa iuſto ſeuerius vindicaret. Cui cum tamen totum ordinem rei, vt ſatisfaciens, ex itinere mandaſſem, vir ſanctus & iuſtus, iracundiæ meæ dedit gloriam, cum nil amplius ego venia poſtularem, pronuntians more maiorum reos tantæ temeritatis iure cæſos videri. Sed ne quid in poſterum caſibus liceat, quos ab exemplo vitare debemus, poſco vt actutum me quoque abſente, tuâ curâ ſed meo ſumptu reſurgat in molem ſparſa congeries, quam læuigata pagina tegat. Ego venerabili Gaudentio reliqui pretium lapidis, operisq;
C mercedem. Carmen hoc ſane quod conſequitur, nocte proxima feci, non expolitum, crebro quod viæ non parum intentus: quod peto, vt tabulæ quantulumcunq; eſt, celeriter incidatur. Sed vide vt vitium non faciat in marmore lapidicida: quod factum ſiue ab induſtria, ſeu per incuriam, mihi magis quàm quadratario liuidus lector adſcribet. Ego verò, ſi pio ſtudio rogata curaueris, ſic agam gratias, quaſi nil tibi quoque laudis aut gloriæ accedat quam patruo tuo vel me remoto ſolida præſentis officij ſolicitudo manſiſſet pro gradu ſeminis.

Serum

SErum poſt patruos patremq; carmen
Haud indignus auo nepos dicaui:
Ne fors tempore poſthumo viator
Ignorans reuerentiam ſepulti
Tellurem tereres inaggeratam.
Præfectus iacet hic Apollinaris,
Poſt prætoria recta Galliarum.
D Mœrentis patriæ ſinu receptus.
Conſultiſſimus vtiliſſimusq;
Ruris, militiæ, foriq; cultor.
Exemploq; alijs periculoſo
Liber ſub dominantibus tyrannis:
Hæc ſed maxima dignitas probatur,
Quod frontem cruce, membra fonte purgans,
Primus de numero patrum ſuorum
Sacris ſacrilegis renuntiauit.
Hoc primum eſt decus, hæc ſuperba virtus,
Spe præcedere, quos honore iungas.
Quiq; hic ſunt titulis pares parentes,
Hos illic meritis ſuperuenire.

Noui quidem autoris noſtri nō reſpondere doctri-
næ epitaphij qualitatem, ſed anima perita muſicas non
refutat inferias. Tibi quoque non decet tardum videri,
C quòd hæres tertius, quartusq; dependimus, cum tot an-
norum gyro voluto magnum Alexandrum parentaſſe
manibus Achillis, & Iulium Cæſarem Hectori, vt ſuo
iuſta perſoluiſſe didicerimus. Vale.

## EPIST. XIII.

### SIDONIVS APOLLINARI SVO S.

VNice probo, gaudeo, admiror, quod caſtitatis affe-
A ctu contubernia fugis impudicorum, præſertim
quibus nihil penſi, nihil ſancti eſt, in appetendis, garri-
endisq;



disq; turpitudinibus: qui quod verbis inuerecūdis auriū
publicarum verecundiā inceſtāt, granditer ſibi viden-
tur facetiari, cuius vilitatis eſſe ſigniferū gnatonem pa
triæ noſtræ, vel maximum intellige. Eſt enim hic gurges
de ſutoribus fabularum, de cōcinnatoribus criminū, de
ſiniſtrarū opinionum duplicatoribus, loquax ipſe nec di-
cax, ridiculus, nec lætus, arrogansq;, nec conſtans, curio-
B ſusq;, nec perſpicax, atq; indecenter affectato lepôre, plus
ruſticus: tēpora præſentia colens, præterita carpens, futu
ra faſtidiens. Beneficij ſi rogaturus eſt importunus petē-
di, derogator negati, æmulator accepti, callidus reformā-
di, querulus flagitati, garrulus reſtituti. at ſi rogandus
ſimulator parati, diſſimulator petiti, venditator præſti-
ti, publicator occulti, calumniator morati, inficiator ſo-
luti, oſor ieiuniorum: ſectator epularum laudabilem
proferens non de bene viuente, ſed de bene paſcente
ſententiam: Inter hæc tamen ipſe auariſſimus quemque
non paſcit, tam panis bonus, quàm panis alienus, hoc
ſolum comedens, domi, ſi quid è raptis inter alaparum
procellas præmiſit obſonijs. Sed nec eſt ſanè prædicabi-
lis viri in totum ſilenda frugalitas, ieiunat quotiens
non vocatur: ſed ſi quoque leuitate paraſitica: ſi inuite-
tur excuſans, ſi vitetur explorans, ſi excludatur expro-
C brans ſi admittatur exultans, ſi verberetur expectans.
Cum diſcubuerit, fertur, actutum, ſi tarde comedas, in
rapinas: ſi cito ſaturetur, in lacrymas: ſi ſitiat, in
querelas: ſi inebrietur, in vomitum: ſi fatiget, in contu-
melias: ſi fatigetur, in furias: fæculentiæ omnino par
cloacali, quæ quò plus commota, plus fœtida eſt. Ita vi-
uens paucis voluptati, nullis amori, omnibus riſui; veſi-
carum ruptor, fractorq; ferularum, bibendi auidus,
auidior detrahendi, rapido pariter ore ſpirans cœnum,
ſpumans vinum, loquens venenum, facit ambigi puti-

 dior.

dior, temulentior, an facinoroſior exiſtimetur. Sed
dicis, animi probra vultu colorat, & deprecatur inep-
tias mentis qualitas corporis. Elegans videlicet homo
peruenuſtusque, cuius ſit ſpectabilis perſonna viſ-
entibus. Enimuero illa ſordidior atq; deformior eſt ca-
dauere rogali, quod facibus ad motum, ſemicombuſtũ,
moxq; ſidente ſtrue torrium deuolutum, reddere pyræ D
iam faſtidioſus pollictor exhorret. Præter hæc lumina
gerit, idem lumine carentia, quæ ſtygiæ vice plaudis,
volunt lacrymas per tenebras. Gerit & aures immani-
tate barrinas, quarum fiſtulam biforem pellis vlceroſa
circumuenit, ſaxeis nodis & tophoſis humore verrucis
per marginem curuum protuberantibus. Portat & na-
ſum, qui cum ſit amplus in foraminibus, & ſtrictus in
ſpina, ſic pateſcit horrori, quod anguſtatur olfactui.
Prætendit os etiam labris plumbeum, rictu ferinum,
gingiuis purulentum, dentibus buxeum, quod ſpurcat
frequenter exhalatus è concauo molarium computreſ-
centium mephiticus odor, quem ſuper cumulat eſculẽta
ructatio de dapibus heſternis, & redundantium ſen-
tina cœnarum. Promit & frontem, quæ fœdiſſimo geſtu
cutem plicat, ſupercilia diſtendit. Nutrit & barbam E
quæ iam ſenectute caneſcens, fit tamen morbo nigra
Syllano. Tota deniq; eſt miſero facies ita pallida, veluti
per horas vmbris mœſtifica larualibus. Taceo reliquã
ſui molem, vinctam podagra, pinguedine ſolutam.
Taceo cerebrum crebra vibice peraratum, quod parũ
amplius tegi conſtat capillis quàm cicatricibus. Taceo
pro breuitate ceruicis occipiti ſupinato ſcapularum ad-
hærere confinia. Taceo quòd decidit honor humeris, de-
cor brachijs, robur lacertis. Taceo chiragricas manus
vnctis cataplaſmatum pannis, tanquam ceſtibus in-
uolutas. Taceo quòd alarum ſpecubus hircoſis atque
aceſcentibus



aceſcentibus latera captiua vallatus, nares circunſe-
dentium ventilata duplicis An ſancti peſte funeſtat.
Taceo fractas pondere aruinæ iacere mammas, quasq;
fœdum eſſet in pectore virili vel prominere, has vt vbe-
ra materna cecidiſſe. Taceo ventris inflexi pendulos
caſſes, partium genitaliumq; debilibus pudendæ tur-
F pibus rugis turpius præbere velamen. Iam quid hîc
tergum ſpinãq; commemorem? de cuius licet interno-
diorum fomitibus erumpẽs, aream pectoris texat cur-
uatura coſtarum, tota nihilominus hæc oſſium ramoſa
compago ſub vno velut exundantis abdominis pelago
latet. Taceo lumborum corpulentiam, cluniùmque, cui
craſſitudini comparata cenſetur aluus exilis. Taceo
femur aridum & pandum, genua vaſta, poplites deli-
catos, crura cornea, vitreos talos, paruos digitos, pedes
grandes, Cumq; diſtortis horreat ita liniamentis, per
quæ multiplicem peſtilentiam exanguis ſemiuiuusque,
nec portatus ſentiat, nec ſuſtentatus incedat, verbis
tamen eſt ille quam membris execrabilior. Nam quã-
quam pruritu laboret ſermonis inhoneſti, tum patrono-
rum eſt præcipue cauendus arcanis, quorum eſt landa-
tor in proſperis, delator in dubijs. At ſi ad occulta fa-
G miliarũ publicanda temporis ratio ſollicitet, mox per
hunc Spartacum quæcũq; clauſa ſunt frãguntur quæ-
cunq; obſerata reſerantur. Ita vt quas domorum ne-
quiuerit machinis apertæ ſimulatis impetere, cuniculis
clandeſtinæ proditionis impugnet. Hoc fabricatu
Dædalus noſter amicitiarum culmen ædificat, qui
ſicut ſodalibus velut Theſeus inter ſecunda ſocia-
tur, ſic ab ijs poſtmodum velut Proteus inter aduer-
ſa dilabitur. Igitur ex voto meo feceris, ſi talium
ſodalitati ne congreſſu quidem primore ſociêre, maxi-
me illorum quorum ſermonibus proſtitutis, ac theatra-

libus, nullas habenas, nulla permittit repagula pudor. Nam quibus citra honeſtatis nitorem iactitabundis loquacis face petulantiæ lingua polluitur infrenis, his conſcientia quoque ſordidatiſſima eſt. Denique facilius obtingit, vt quiſpiam ſeria loquens viuat obſcœne, quam valeat oſtendi, qui pariter exiſtat improbus dictis, & probus moribus. Vale.

## EPIST. XIIII.

SIDONIVS PLACIDIO SVO S.

QVanquam te tua tenet Gratianopolis, comperi tamẽ hoſpitum veterum fido relatu, quod meas nugas ſiue confectas opere proſario, ſeu poëtarum ſtylo cantilenoſas, plus voluminum lectione dignere repoſitorum. A Gaudeo hoc ipſo, quòd recognoui chartulis occupari noſtris otium tuum. Sed probè intelligo, quòd moribus tuis hanc voluptatem nõ operis effectus excudit, ſed autoris affectus. Ideoq; plus debeo, quia gloriæ punctum, quem dictioni negares, des amicitiæ. De cæteris verò ſtudij noſtri derogatoribus quid ex aſſe pronuntiem nondum deliberaui. Nam qui maxime ſibi doctus videtur, dictionem ſanam & inſanam fermè appetitu pari reuoluit, non amplius concupiſcens erecta quæ laudet, quam deſpecta quæ rideat. Atque in hunc modũ ſcientia, pompa, proprietas linguæ latinæ iudicijs otioſorum maxime ſpretui eſt, quorum ſcurrilitati negligentia comes, hoc volens tantum legere quod carpat, ſic non vtitur literis, quod abutatur. Vale.

C. SOLII



# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER IIII.

## EPIST. I.

SIDONIVS PROBO SVO SALVTEM.

A SOror mihi quæ uxor tibi, hinc inter nos, ſumma, & principalis neceſſitudo, & ea quidem patruelis non germana fraternitas, quę plerunque ſe purius, fortius, meracius amat. Nam facultatum inter germanos prius lite ſopita, iam qui naſcuntur ex fratribus, nihil inuicem controuerſantur: & hinc ſæpe caritas in patruelibus maior, quia deſiſtit ſi-
B multas à diuiſione, nec ceſſat affectus à ſemine. Secundus nobis animorum nexus acceſſit de ſtudiorum paritate, quia idem ſentimus, culpamus, laudamus, in literis, & æquè nobis qualibet dictio placet, improbaturque. Quanquã mihi nimis arrogo meum iudicium conferens tuo. Quis enim neſciat iuuenum ſeniorumq; te mihi magiſtrum fuiſſe proprium, cum videremur habere communem? & ſi quid Heroicus arduum, Comicus lepidum, Lyricus cantilenoſum, orator maturum, hiſtoricus verum, ſatyricus ſiguratũ grãmaticus regulare panegyriſta plauſibile, ſophiſta ſeriũ, epigrãmiſta laſciuum, commentator lucidum iuriſconſultus obſcurum, multifariam condiderunt, id te omnifariamſingu-

lis,niſi cui ingenium ſibiq; quis defuit tradidiſſe? Deus bone,quàm ſibi hinc patres noſtri gloriabantur, cum viderent (ſub ope Chriſti) te docere poſſe,me diſcere:& C non ſolum te facere quod poſſes,ſed & velle quod faceres. Ideoq; non minus te bonum quàm peritum pronuntiari,& vere intra Euſebianos lares talium te quadam moneta ſuſceperat diſciplinarum,cuius philoſophica incude formatus,nunc varias nobis rerum ſermonumq; rationes, ipſo etiam qui docuerat probante, pandebas: Nunc vt Plato diſcipulus iam prope potior ſub Socrate,ſic iam tu ſub Euſebio noſtro inter Ariſtotelicas cathegorias artifex dialecticus atticiſſabas, cum ille adhuc ætatulam noſtram,mobilem, teneram, crudam,modo caſtigatoria ſeueritate decoqueret,modo mandatorum ſalubritate condiret: At qualium, deus bone,quamq; pretioſorum,quæ ſi quis deportaret philoſophaturus, aut ad paludicolas Sicambros, aut ad Caucaſigenas Alanos,aut ad equimulgas Gelonos, beſtialium rigidarumq; nationum corda cornea,fibræq; D glaciales proculdubio emollirentur egelidarenturq;: neque illorum ferociam ſtoliditatemq;, quæ ſecundum beluas ineptit,bruteſcit,accenditur, rideremus, contemneremus,pertimeſceremus. Igitur quia nos vt affinitas,ita ſtudia iunxerunt,precor quoquo loci es, amicitiæ iura inconcuſſa cuſtodias: longumq; tibi & ſi cede abſumus, aſſimus affectu: cuius intemeratæ partes, quantum ad nos ſpectat,à nobas in æuum,ſi quid eſt vitæ reliquum,perennabuntur. Vale.

## EPIST. II.

CLAVDIANVS SIDONIO PAPAE SALVTEM

SI poſſibile factu eſſet,vt te dominum meum,vel aliquotiens aliquantulum conuenirem, non vndeun- A

de qua



de quarumpiam perſonarum,aut voluntates, aut neceſſitates inquirere, ſed quæ in rem debiti mei vſui mihi eſſe poſſent: Quippe reuiſionis poteſtas multis modis ac miſeris perinde cauſis intercluditur. Enimuerò ſcribẽdi facultas,aut raro idonea ſuppetit aut nec ſuppetit. Iſta hæc eadem remiſſibilia ſint necne, tute iudicaris. Porrò autẽ quòd ſæpe numerò ſcriptis veſtris alij impartiuntur,qui id ipſum nec ambiunt,quàm egomet forſan, nec merentur amplius; nõ arbitror amicitiæ legibus impune committi. Illud etiam non dolenter faxo tacitum quòd libellos illos,quos tuo nomine nobilitari non abnuis,nullo vnquam impartiuiſti reſcripto,ſed vacuum forte non ſuppetit,quòd tute modicum magnæ admodum impendas amicitiæ. Ecquo tam ex occupatu vnquam vſpiam ve implicabere, quin illud in aliorum commoda reuergat? cum precatu deum placas,eundem non modo amicis, ſed ignotis quoque concilias. Cum ſcripturarum cœleſtium myſteria rimaris, quo te ſtudioſius imbuis,eo doctrinam cæteris copioſius infundis. Cum tuas opes in vſus pauperum prodigis,tibi quidem B maxime,ſed alijs quoque conſultum facis. Proinde nihil videlicet,profecto nihil eſt,tam infœcundum actionum tuarum omnium,quòd tibi vni ſoli tantum,& nõ alijs quoque multis [tecum] vberem fructũ ferat. Nulla ergo cuiuſquã præpedimẽti occaſio prætẽdi vel falſo poteſt,cur egomet ſpecialis atq; intimus nihil ab ſpeciali meo fructus feram,à quo ignoti quoq; multũ capiãt plurimi. Sed vti ego autumo iuxta formã Euãgelici largitoris,quòd nõ das amico eſuriẽti,dabis improbo pulſatori. Porrò ſi etiã nũc ſolito obdurueris, faxim egomet quòd tete pœnitebit: quoniã ſi peccaris vltra reticẽdo,ego protinus vlciſcar ſcribẽdo. Porrò enim ambiguo caret,tã te puniẽdũ ſcripto meo,quã punior egomet ſilẽtio tuo. Vale.

# EPIST. III.

## SIDONIVS CLAVDIANO SVO S.

COmmitti, domine maior, in neceßitudinis iura A
pronuncias, cur quòd ad Salue tibi debitũ ſpectat,
à ſtylo & pugillaribus diu temperem quodq; deinceps
nullas viantum volas mea papyrus onerauerit, quæ vos
cultu ſedulæ ſoſpitatis impartiat. præter æquum iſta
coniectas ſi reare quẽquam mortalium (cui tamẽ ſermo
cinari latialiter cordi eſt) non pauere cum in examen
aurium tuarum, quippe ſcriptus, adducitur, tuarum
inquam aurium, quarum peritiæ, ſi me decurſorum
ad hoc æui temporum prærogatiua non obruat, nec Frõ-
tonianæ grauitatis aut ponderis Apuleiani flumẽ æqui-
parem, cui Varrones, vel Atacinus vel Terentius,
Plinij vel auunculus, vel Secundus, compoſiti, inpræ-
ſentiarum rusticabuntur. Aſtipulatur iudicio meo
volumen illud, quod tute ſuper ſtatu animæ rerum ver-
borumq; ſcientia diuitißimus propalauiſti. In quo dũ
ad meum nomen procœmiaris, hoc munus potiſſimum B
cœpi, vt meæ fama perſonæ, quam operæ precium non
erat librorum ſuorum titulis inclareſcere, tuorum per-
petuaretur beneficio. At quod, deus magne, quantumq;
opus illud eſt? materia clauſum declamatione conſpi-
cuum, propoſitione obſtructum, diſputatione reſeratũ,
& quanquã propter hamata ſyllogiſmorũ puncta tri-
buloſum, vernantis tamen eloquij flore mollitum. Noua
ibi verba, quia vetuſta: quibusq; collatus merito etiã
antiquarum ſtylus literarum antiquaretur: quódque
pretioſius, tota illa dictio ſic cæſuratim ſuccincta, quod,
profluens: quàm rebus amplam, ſtrictamq; ſententijs
ſentias plus docere quàm dicere. Deniq; & quondam
nec iniuria hæc principalis facundia computabatur,
cui paucis



cui paucis multa cohibenti, curæ fuit cauſam potius
implere quàm paginam. At verò in libris tuis iam
illud quale eſt? quod & teneritudinem quanquam cõ-
tinuata maturitas admittit, interſeritq; tempeſtiuam
cenſura dulcedinem, vt lectoris intentionem per euen-
C tilata diſciplinarum philoſophiæ membra laſſatam re-
pẽte voluptuoſis exceſſibus quaſi quibuſdam pelagi ſui
portubus foueat. O liber multifariam pollens, ô eloquiũ
non exilis ſed ſubtilis ingenij, quòd nec per ſcaturigi-
nes hyperbolicas intumeſcit, nec per tapinomata depre
ſſa tenuatur: Ad hoc vnica ſingularisq; doctrina, &
in diuerſarum rerum aſſertione monſtrabilis, cui mo-
ris eſt de ſingulis artibus cum ſingulis artificibus phi-
loſophari: quæq; ſi fors exigit, tenere non abnuit cum
Orpheo plectrum, cũ Aeſculapio baculum, cum Ar-
chimede radium, cum Euphrate horoſcopium, cum
Perdice circinum, cum Vitruuio perpendiculum: quæq;
nunquã inueſtigare deſtiterit, cum Thalete tempora, cũ
Atlante ſydera, cum Zeto pondera, cum Chryſippo nu-
meros, cum Euclide menſuras. Ad extremum nemo
ſeculo meo, quæ voluit affirmare, ſic valuit, ſiquidem
D dum ſeſe aduerſus eum quem contrà loquitur, exertat,
morum ac ſtudiorũ linguæ vtriuſq; ſymbolam iure ſibi
vindicat, Sentit vt Pythagoras, diuidit vt Socrates, ex-
plicat vt Plato, implicat vt Ariſtoteles, blãditur vt Ae
ſchines, iraſcitur vt Demoſthenes, vernat vt Hortẽſius,
æſtuat vt Cethegus, incitat vt Curio, moratur vt Fabius,
ſimulat vt Craſſus, diſſimulat vt Cæſar, ſuadet vt Ca-
to, diſſuadet vt Appius, perſuadet vt Tullius. Iã ſi ad
ſacroſanctos patres pro cõparatione veniatur, inſtruit
vt Hieronymus, deſtruit vt Lactãtius, aſtruit vt Au-
guſtinus, attollitur vt Hilarius, ſummittitur vt Ioan-
nes, vt Baſilius corripit, vt Gregorius cõſolatur, vt Oro-
ſius affluit,

*ſius affluit vt Rufinus ſtringit, vt Euſebius narrat, vt
Eucherius ſollicitat, vt Paulinus prouocat, vt Ambro-
ſius perſeuerat. Iam verò de hymno tuo ſi percunctere
quid ſentiā, cōmaticus eſt, copioſus, dulcis, elatus, & E
quoſlibet Lyricos dithyrambos, amœnitate poetica, &
hyſtorica veritate ſupereminet. Idq; tuum, in illo pecu-
liare, quòd ſeruatis metrorum pedibus, pedum ſyllabis,
ſyllabarumq; naturis intra ſpacij ſui terminum, verba
ditia verſus pauper includit: nec arctati carminis bre-
uitas, longitudinem falerati ſermonis eliminat: ita tibi
facile factu eſt minutis trochæis, minutioribusq; pyr-
rhichijs, non ſolum moloſſicas, anapeſticasque ternarias
ſed epitritorum etiam pæonumque quaternas ſuperue-
nire iuncturas. Excreſcit amplitudo prologuij angu-
ſtias regulares, & tanquam paruo auro grandis gemma
vix capitur: emicatq; vt equi potentis animoſitas, cui
frementi ſi inter teſqua vel confraga frænorum lege te-
neatur, intelligis non tam curſum deeſſe quàm campū.
Quid multis? Arbitror me in vtroque genere dicendi
nec Athenæ ſic Atticæ, nec Muſæ ſic muſicæ iudicabū-
tur, ſi modo mihi vel cenſendi copiam deſidia longior
non ademit. Nam dum impactæ profeſſionis obtentu
nouum ſcribendi morem gradatim appeto, & veterem
ſaltuatim dediſco, de bono oratore nil amplius ha- F
beo quàm quod malus poeta plus eſſe cœpi. Proin
quæſo delicti huius mihi gratiam facias, quod ali-
quantiſper mei meminens, arentem venulam rarius
flumini tuo miſceo. Tuam tubam totus, qua patet,
orbis iure venerabitur: quam conſtat geminata fe-
licitate ceciniſſe, quando nec æmulum reperit, nec æ-
qualem, cum pridem aures & ora populorum, me etiā
circunferente, peruagaretur. Nobis autē grādis auda-
cia, ſi vel apud municipales, & cathedrarios oratores,
aut*



*aut forenſes rabulas garriamus, qui etiam cum perorāt
(ſalua pace potiorū) turba numeroſior, illiteratiſſimis
literis vacant. Nam te, cui ſeu liberum ſeu ligatū pla-
ceat alternare ſermonem, intonare ambifariā ſuppetit,
pauci quos æquus amauit Iupiter imitabuntur. Vale.*

## EPIST. IIII.

### SIDONIVS SIMPLICIO ET APOLLINARI SVIS S.

A ECcum, *vel tandem adeſt promiſſio mea, expectatio
veſtra. Fauſtinus paterfamilias domi nobilis, & in-
ter maxima patriæ iā mihi ſibiq; cōmunis ornamēta nu
merādus hic meus frater naталiū parilitate, amicus ani
morū ſimilitudine, ſæpe cū hoc ſeria, ſæpe etiā ioca mi-
ſcui: cumq; abhinc retro iuueneſeramus, in pilæ, in teſſe-
ris, in ſaltibus, curſu, venatu, natatu, ſancta ſemper am-
bobus, quia manente caritate, contentio. Mihi quidem
maior hic natu, tantum tamen vt eum non honorari
neceſſe eſſet quàm delectaret imitari, ſimul & ipſe hinc
amplius capiebatur, quòd ſe diligi magis, quàm quaſi
coli intelligebat. Sed prouectu ætatis ex militia clerica-
B li, cum eſſet amabilis prius, cœpit modo eſſe venerabilis.
Per hunc ſalutē dico, videre vos (ſub ope Chriſti) quàm
maturiſſime ſi per ſtatum publicum liceat, cupiens. Quo
circa niſi deſiderium meum videtur oneroſum, remean-
te præfato, fiam locorum veſtrorum & temporum gna-
rus. Stat Sententia eluctari oppoſitas priuatarum oc-
cupationum difficultates, & complectendis pectoribus
veſtris quamlibet longum officium deputare: ſi tamen,
quod etiam nunc veremur, non vis maior diſpoſita con
fundat, quæ vos quoque non perindignum eſt cum fra
tre Fauſtino, prout tempora monent, tractatu cōmuni-
cato deliberare: Quem egò quia diligo, tāquam qui me
diligat, miſi. Si reſpōdet iudicio meo, gratias ago: Porrò
autem*

à item cum vir bonus ab omnibus cenſeatur, non eſt homo peior, ſi non eſt optimus. Valete.

## EPIST. V.

### SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM

ITerat portitorem ſalutationis iteratio: Gozolas veſter (deus tribuat vt noſter) apicum meorum ſecundo gerulus efficitur. Igitur verecundiam vtriq; eximite communem. Nam ſi etiam nunc ſilere meditemini omnes, & me cui & illum per quem ſcribere debeatis indignum arbitrabũtur. De temporum ſtatu iam nihil vt prius conſulo, ne ſit moribus tuis oneri, ſi aduerſa ſignificem, cum proſpera non ſequãtur. Nam cum te non deceat falſa mandare atq; item deſint votiua memoratu, fugio quicquid illud mali eſt, per bonorum indicia cognoſcere. Vale.

## EPIST. VI.

### SIDONIVS APOLINARI SVO S.

PEr Fauſtinum antiſtitem, non minus mihi veteris cõturbernij ſodalitate, quàm nouæ profeſſionis communione deuinctum, verbo quæpiam cauenda mandaueram; dicto paruiſſe vos gaudeo. Siquidem prudentibus cordicitus inſitum eſt, vitare fortuita: ſicut itidem abſurdũ eſt, ſi cœptis audacibus aduerſetur euentus, conſurgere in querimonias, & inconſultarum diſpoſitionum culpabiles exitus ad infamãda caſuum incerta conuertere. Quorſum iſta hæc? ais. Fateor me nimis veritum ne tempore timoris publici non timeres; & ſolidæ domus ad hoc æui inconcuſſa ſecuritas, ad tempeſtuoſos hoſtium incurſus per intempeſtiua deuotione trepidaret, incoaretq; apud animorum matronalium teneritudinem ſolennitas expetita vileſcere, quã-



quam in pectoribus earũdem ita ſibi ſit gemina ſanctitas peculiare metata domicilium, vt ſi quid ſecus viantibus accidiſſet, letaturæ fuerint quoddam ſe pro martyre toleraſſe martyrium. Aſt ego cui maiorem diffidentiam minor innocentia facit: ſuper hoc ambiguo ſententiæ cautiori libentius adhæreſco, nec difficulter applicor etiam tuta metuentibus. Proinde factum bene eſt, quòd anceps iter ſalubriter diſtuliſtis neq; intra iactum tantæ aleæ, ſtatus tantæ familiæ fuit. Et licet inchoata via potuerit proſperari, ego tamen huiuſmodi conſilio album calculum minime apponam, cuius temeritas abſolui nequit, niſi beneficio felicitatis. Dabit quidem talia vota diuinitas dignis ſucceſſibus promoueri: licebitq; adhuc horumce terrorum ſub pacis amœnitate meminiſſe: ſed præſentia faciunt cautos, quos videbunt futura ſecuros. Interim ad præſens, apicum oblator damna ſibi quæpiam per Geneſiũ veſtrum inflicta ſuſpirat. Si perſpicis à vero non diſcrepare querimoniam, tribui quæſo conuincenti reformationem, peregrino celeritatem. Si verò calumniam plectibilis ſufflammat inuidia, in eo iam præceßit vindicta pulſati, quod procax petitor ſumptu & itinere confectus, temere propoſitæ litis exſudat incommoda; atq; hoc in maximo hyemis accentu, ſummiſq; cumulis niuium, cruſtiſq; glacierum: quod tempus quantum ad ſectatores litiũ ſpectat, breue quidem ſæpe eſt audientiæ, ſed diuturnũ ſemper iniuriæ. Vale.

## EPIST. VII.

### SIDONIVS SIMPLICIO SVO SALVTEM

SOlet dicere, currentem mones, qui rogatur vt faciat quòd facturus fuerat etiam non rogatus. Percũctere forſitan, quo ſpectet iſta præmitti. Baiulus apicũ ſedulo precatur,

*precatur, vt ad vos à me literas ferat, cuius à nobis itinere comperto idipſum erat vtique ſi tacuiſſet orandus, namq; hoc officium veſter potius amor, quàm geruli reſpectus elicuit. Cæterùm hic ipſe beneficium ſe cõputat meruiſſe, qui præſtitit: quanquam identidem quòd popoſcit, acceperit: ſed quæ nobis amicitiarũ iura minime agnoſcens vnde, quanquam abſens, facilè coniecto, quo repente ſtupore ferietur cum intuitu noſtri dignanter admiſſus, intellexerit ſe paginam meam magis ocioſe flagitaſſe, quàm tradere. Videre mihi videor,* B *vt homini non vſque ad inuidiam perfaceto, noua erũt omnia, cum inuitabitur peregrinus ad domicilium, trepidus ad colloquium, ruſticus ad lætitiam, pauper ad menſam. Et cum apud crudos ceparumque crapulis eſculentos hic agat vulgus, illic ea comitate tractabitur, ac ſi inter Apicios epulones, & Byzantinos chironomantas, hucuſque ructauerit. Attamen qualis ipſe quantusque eſt, percopioſe me officij votiui compotem fecit. Sed quanquam huiuſcemodi ſæpe perſonæ deſpicabilis formæ ſunt, in ſodalibus tamen per literas excolendis, diſpendij multum caritas ſuſtinet ſi ab vſu frequentioris alloquij portitorum vilitate reuocetur. Vale.*

## EPIST. VIII.

### SIDONIVS EVODIO SVO SALVTEM

*CVm tabellarius mihi literas tuas reddidit, qui te* A *Rege mandante, Toloſam mox profecturum certis amicis confitebatur, nos quoq; ex oppido, longe remotum rus petebamus. Me quidem mane primo remoratum vix è tenaci caterua proſecutorum, paginæ tuæ occaſio excuſſit, vt ſatisfacere mandato ſaltim viator, ſaltim eques poſſem. Cæterum diluculo familia præceſ-*

*ſerat, ad*



*ſerat, ad duodeuiginti millia paſſuum fixura tentoriũ, quo quidem loci ſarcinulis relaxandis multa ſucedũt conducibilia: Fons gelidus in colle nemoroſo, ſubditus ager herbis abundans, fluuius ante oculos auibus, ac piſce multo refertus: præter hæc iunctam habens ripæ domum nouã vetus amicus, cuius immenſæ humanitati, nec ſi acquieſcas, nec ſi recuſes, modũ ponas. Igitur huc noſtris antecedentibus, cum tui cauſa ſubſti-* B *tiſſemus, quo puer ocyus vel è capite vici remitteretur, iam duæ ſecundæ horæ facile proceſſerant iam ſol adultus roſcidæ noctis humorem radio creſcente ſorbuerat, æſtus & ſitis conualeſcebant, atq; in profunda ſerenitate contra calorem ſola quæ tegeret nebula de puluere. Tum longinquitas viæ per virens æquor campi patentis expoſita viſentibus, quippe ob hoc ipſum ſero pranſuris, ingemebatur. nam viaturos, et ſi nondum terebat labor iam, tamen expectatio terrebat. Quæ cũcta præmiſſa, domine frater, huc tendunt, vt tibi probẽ, neq; animo vacaſſe me multum neq; corpore, neque tempore, quo poſtulatis obtemperaui. Illicet vt ad epiſtolæ veſtræ tenorem iam reuertamur, poſt verba quæ primum Salue ferebant, hoc popoſciſti, vt epigranma tranſmitterem, duodecim verſibus terminatum, quod poſſet aptari conchæ capaci, quæ per anſarum latus vtrũque, in extremum giri a rota fundi ſenis cauatur* C *ſtriaturis. Quarum puto deſtinas vel ventribus pandis ſingulos verſus, vel curuis meliore conſilio, ſi id magis deceat capitibus inſcribere: iſtoq; cultu expolitam reginæ Ranachildæ di ſponis offerre. Votis nimirũ tuis pariter atq; actibus patrociniũ inuictũ properaturus famulor iniunctis quomodocũq;, nõ vt volebã: ſed tuæ culpæ primus ignoſce, qui ſpacij plus præſtiti, argẽtario quã poetæ, cũ proculdubio nõ te lateret intra*

*officinam*

*çinam literatorum, carminis ſiquid incus metrica produxerit, non minus forti & aſprata lima poliri. Sed iſta vel ſimilia quorſum? ecce iam canta.*

*PRiſtigero quæ concha vehit Tritone Cythæren,*
*Hac ſibi collata cædere non dubitet,*
*Poſcimus inclina pauliſper culmen herile:*
*Et munus paruum magna patrona cape.*
*Euodiumq́; libens non aſpernare clientem,*
*Quem faciens grandem, tu quoque maior eris.*
*Sic tibi qui rex eſt genitor, ſocer atque maritus,*
*Natus rex quoque ſit cum patre poſtq́; patrem.*
*Felices lymphæ, clauſæ quæ luce metalli,*
*Ora tamen dominæ lucidiora fouent.*
*Nam cum dignatur regina hic tingere vultus.*
*Candor in argentum mittitur à facie.*

*Si tantum amore noſtro teneris, vt ſcribere has nugas non erubeſcas, occule autorem, de tua rectius parte ſecurus. Namque in foro tali, ſiue Atheneo, plus veſtra charta quàm noſtra ſcriptura laudabitur. Vale.*

## EPIST. IX.

### SIDONIVS INDVSTRIO SVO SALVTEM

*INterueni proxime Vectio illuſtri viro, & actiones* A
*eius cottidianas penitiſſime & veluti ex ocio inſpexi. Quas quoniam dignas cognitu inueni, non indignas relatu exiſtimaui. Primore loco (quod iure cæteris laudibus anteponemus) ſeruat illæſam domino domus par pudicitiam, ſerui vtiles, ruſtici morigeri, vrbani, amici, obedientes, patronoq́; contenti. Menſa, non minus paſcens hoſpitem, quàm clientem, humanitas grandis, grā-* B
*dioráq́; ſobrietas. illa leuiora, quod ipſe quem loquimur in equis, canibus, accipitribus inſtituendis, ſpectandis, circunferēdis, nulli ſecundus. Sūmus nitor in veſtibus, cultus in cingulis, ſplendor in phaleris, pompoſus inceſſus, animus ſerius; iſte publicam fidem, priuatam aſſerit dignitatem; remiſſio non vitians, correptio non cruentans, & ſeueritas eius temperamenti, quæ non ſit tetra ſed tetrica. Inter hæc ſacrorum voluminum lectio frequens, per quam inter edendum ſæpius ſumit animæ cibum, pſalmos crebro lectitat, crebrius cantat, nouoq́; genere viuendi, monachum complet, non ſub pallio, ſed paludamento, ferarum carnibus abſtinet, curſibus acquieſcit, itaq́; occultè delicateq́; religioſus venatu vtitur, nec vtitur venatione. Filiam vnicam paruā, poſt obitū vxoris relictā, ſolacio cœlibatus alit, auita teneritudine, materna diligētia, paterna benignitate. Erga familiam ſuā nec in proferēdo alloquio minax, nec in admitten-*
C *do cōſilio ſpernax, nec in reatu inueſtigando perſequax. ſubiectorum ſtatum conditionemq́; non dominio ſed iudicio regit, putes eum domum propriam non poſſidere, ſed potius adminiſtrare. Qua induſtria viri, ac temperantia inſpecta, ad reliquorum quoque cenſui pertinere reformationem, ſi vel ſummotenus vita talis cæteris publicaretur. Ad quam ſequendam præter habitum, quo interim præſenti ſeculo imponitur, omnes noſtræ profeſſionis homines vtiliſſime incitarentur. Quia quod pace ordinis mei dixerim, ſi tantum bona ſingula in ſingulis erunt plus ego admiror ſacerdotalem virum quàm ſacerdotem. Vale.*

## EPIST. X.

### SIDONIVS FELICI SVO SALVTEM

A *ERumpo in ſalutationem licet ſeram, domine meus, annis ipſe iam multis inſalutatus, frequentiam veteris officij ſeruare non audens, poſtquam me ſoli*

patrijs finibus eliminatum peregrinationis aduerſa fre-
gerunt. quapropter ignoſcere vos quoque decet erubeſ-
centibus, ſiquidem cõuenit humiliatos humilia ſectari,
neque cum illis parem familiaritatis tenere cõſtantiã,
quibus forte ſit improbum plus amoris quàm reuerẽtiæ
impendere, propter hæc denique iã diu taceo, vosq́; ta-
cuiſſe cũ filius meus Heliodorus huc venit, magis tole-
ranter quàm libenter accepi. Sed dicere ſolebas ( quã-
quã fatigãs ) quòd meã quaſi facundiã vererere. Excu-
ſatio iſta hæc etiam ſi fuiſſet vera, tranſierat: quia poſt
terminatũ libellũ epiſtolarum, in quo parũ cultior eſt,
reliquas denuo literas vſuali (licet accuratus, mihi me-
lior nõ ſit) ſermone cõtexo. Non enim tãti eſt poliri for-
mulas editione carituras. Cæterùm ſi caritatis tuæ mo-
rẽ priſtino coloquiorũ curſu reddis: & nos vetuſtæ lo-
quacitatis orbitas recurremus. Præter hæc auidè (præ-
uio Chriſto) ſicubi locorum fueritis (modo redux patro-
nus indulgeat) aduolaturi, vt rebus amicitia vegete-
tur, quæ verbis infrequentata torpuerat. Vale.

## EPIST. XI.

SIDON. PETREIO SVO S.

ANgit me nimis damnũ ſeculi mei, nuper erepto A
auunculo tuo Claudiano, oculis noſtris ambigo
an quempiam deinceps parem conſpicaturis. Vir ſi-
quidem fuit prouidus, prudens, doctus, eloquens, acer,
& hominum æui, loci, populi ſui ingenioſiſſimus: qui-
que indeſinenter ſalua religione philoſopharetur: &
licet crinem, barbámque non paſceret, pallium & cla-
uam nũc irrideret, nunc etiam execraretur, à collegio
tamen complatonicorum ſolo habitu & fide diſſocia-
batur. Deus bone, quid erat illud, quotiens ad eum ſola B
conſolationis gratia conueniebamus! Quam ille omni-
bus ſtatum totũ non dubitãs, non faſtidiens aperiebat,
voluptuo



voluptuoſiſſimum reputans, ſi forte oborta quarumpiã
quæſtionum inſolubilitate labyrinthica ſcientiæ ſuæ
theſauri euentilarentur. Iam ſi frequentes conſedera-
mus officium audiẽdi omnibus, vni ſolum, quem forſitã
elegiſſemus, deputans ius loquendi, viritim, viciſſimq́;
non tumultuatim, nec ſine ſchematis cuiuſpiam geſtu
artificioſo doctrinæ ſuæ opes erogaturus. Deinde quæcũ-
que dixiſſet protinus reluctantium ſyllogiſmorum con-
trarietatibus excipiebamus; Sed repellebat omniũ no-
ſtrũ temerarias oppoſitiones: Itaque nihil non perpen-
ſum probatumq́; recipiebatur. Hinc etiã illi apud nos
maxima reuerentia fuit, quod non ſatis ferebat ægrè,
pigram in quibuſpiam ſequacitatem. Hæc apud eũ cul-
pa veniabilis erat, quo fiebat, eſſet vt nobis patientia
C eiuſdem ſine imitatione laudabilis. Quis enim virum
ſuper abditis conſuleret inuitus, à cuius diſputationis
cõmunione ne idiotarum quidem imperitorũq́; ſciſci-
tatio repudiaretur? hæc pauca de ſtudijs. Cæterùm cæte-
ra quis competenti præconio extollat? quod conditionis
humanæ per omnia memor, clericos opere, ſermone po-
pulares, exhortatione mœrentes, deſtitutos ſolatio, capti-
uos pretio, ieiunos cibo, nudos operimento, conſolabatur.
Pariter & ſuper his plura replicare ſuperforaneum
ſtatuo. Nam merita ſua quibus diuitem conſcientiam
cenſu pauperatus locupletauit, ſpe futuræ retributionis
celare plus ſtuduit. Epiſcopum fratrem maiorem natu,
affectuoſiſſimè obſeruans, quem diligebat vt filiũ, cùm
tãquã patrem veneraretur. Sed & ille ſuſpiciebat hũc
granditer, habens in eo conſiliariũ in iudicijs, vicariũ
in eccleſijs, procuratorem in negocijs, villicũ in prædijs,
tabulariũ in tributis, in lectionibus comitẽ, in expoſitio-
D nibus interpretẽ, in itineribus contubernalẽ. Sic vtri-
que ab alterutro vſq; ad inuidiã exẽpli, mutua fide ger-

 manita

manitatis officia reſtituebantur. Sed quid dolorem noſtrum moderaturi cauſis potius doloris fomenta ſufficimus? Igitur vt dicere inſtitueramus, huic etiam vt eſt illud Maronianum, cineri ingrato [id eſt, gratiam non relaturo] næniam condidimus triſtem, luctuoſamq; propemodum laborioſe, quia faceret dictandi deſuetudo difficultatem, niſi quod animum natura deſidioſiſſimum, dolor fletu grauidus accendit, eius hoc carmen eſt.

*Germani decus, & dolor Mamerci,*
*Mirantum vnica gemma epiſcoporum,*
*Hoc dat ceſpite membra Claudianus.*
*Triplex bibliotheca, quo magiſtro*
*Romana Attica chriſtiana fulſit:*
*Quam totam monachus virente in æuo*
*Secreta bibit inſtitutione.*
*Orator, dialecticus, poëta,*
*Tractator, geometra, muſicuſq;,*
*Doctus ſoluere vincla quæſtionum,*
*Et verbi gladio ſecare ſectas,*
*Si quæ catholicam fidem laceſſunt.*
*Pſalmorum hic modulator & phonaſcus,*
*Ante altaria fratre gratulante*
*Inſtructas docuit ſonare claſſes.*
*Hic ſolennibus annuis parauit,*
*Quæ quo tempore lecta conuenirent.*
*Antiſtes fuit ordine in ſecundo,*
*Fratrem faſce leuans epiſcopali.*
*Nam de pontificis tenore ſummi,*
*Ille inſignia ſumpſit, hic laborem.*
*At tu quiſque doles amice lector*
*De tanto quaſi nil viro ſuperſit,*
*Vdis parce genis rigare marmor,*

Mens.



*Mens & gloria non queunt humari.*

Ecce quod carmen cum primum affui, ſuper vnanimi fratris oſſa conſcripſi. Namque tunc abſui cum funeraretur: nec ob hoc tamen perdidi in totum deſideratiſſimam flendi occaſionem. Nam dum forte meditaret lacrymis habenas anima parturiente laxaui, feciq; ad epitaphium, quod alij fecerunt ad ſepulcrum. Hæc ergo ſcripſimus tibi ne forte arbitrare ſolam nos colere viuorum ſodalitatem, reiq; tuo iudicio eſſemus, niſi amicorum vita carentum ſemper æque vt incolumium reminiſceremur. Namque ex hoc quod vix reſeruatur imaginaria fides vel ſuperſtitibus, non præter æquum opinabere, ſi per paucos eſſe conijcias, qui mortuos ament. Vale.

## EPIST. XII.

### SIDONIVS SIMPLICIO ET APOLLINARI SVIS S.

A DEus bone quantum naufragioſo pelago conformis eſt motus animorum: quippe cum nuntiorum turbinibus aduerſis quaſi propria tempeſtate confunditur. Nuper ego filiuſq; communis Terentianæ Hecyræ ſales ruminabamus, ſtudenti aſſiſtebam naturæ meminens & profeſſionis oblitus. Quoque abſolutius rythmos comicos incitatæ docilitate ſequeretur, ipſe etiam fabulam ſimilis argumenti, id eſt, Epitrepontem Menandri in manibus habebam, legebamus pariter, ludebamus, iocabamurq;. & quæ vota ſunt communia, illum lectio, me ille capiebat, cum repente puer familiaris aſtitit vultuoſus. cui nos, quid ita? & ille, lectorem, inquit, Conſtantem nomine, pro foribus vidi à dominis Simplicio & Apollinare redeuntem, dedit inquit, literas
B quas acceperat, ſed perdidit quas recipit. Quibus agnitis ſerenitas lætitiæ meæ, confeſtim, nubilo ſuperducti

 mœro

*mœroris inſorduit, tantamq; mihi bilem nuntij huiuſce contrarietas excitauit, vt per plurimos dies illum ipſum hermam ſtolidiſſimum venire ante oculos meos inexoratus arcuerim, laturus ægrè, ſi mihi apices, aut quoſcunque aut quorumcunque non redderet, taceam veſtros, qui mihi dum recti compos animus durat, minime frequentes, maxime deſiderabiles iudicabuntur. At poſtquam noſtra ſenſim temporis interuallo ira defremuit percontor, num verbo quippiam præterea detuliſſet: Reſpondit ipſe, quanquam eſſet trepidus & ſternax, & præ reatu balbutiret ore, cecutiret intuitu, totum quo inſtrui, quo delectari valerem, paginis, quæ intercidiſſent fuiſſe mandatum. quocirca recurrite ad pugillares, replicate membranas, & ſcripta reſcribite. Tandiu enim æquanimiter admitto, vt deſiderio meo ſiniſter euentus officiat, donec ad vos noſtro ſermone perueniat, ad nos veſtrum non perueniſſe ſermonem. Valete.*

## EPIST. XIII.

### SIDONIVS VECTIO SVO SALVTEM.

NVper rogatu Germanici ſpectabilis viri Cantilenſem eccleſiam inſpexi. *Eſt ipſe loco ſitorum facile primus, quiq; poſt tergum cum iam duodecim luſtra tranſmittat, cottidie tamen habitu cultuq; conſpicuo non iuueneſcit ſolum, ſed quodammodo repueraſcit. Enimuero veſtis aſtricta, tenſus cothurnus, crinis in rotæ ſpecimen acciſus, barba intra rugarum latebras merſis ad cutẽ ſecta forpicibus ad hoc & munere ſuperno membrorum ſolida coniunctio, integer viſus, amplus in celeri greſſus inceſſu, incorruptæ lactea dentium compage gingiuæ. Non illi ſtomachus nauſeat, non vena flammatur, non cor incutitur, nõ pulmo* A

*ſuſpi*



B *ſuſpirat, non riget lumbus, non iecur turget, non molleſcit manus, non ſpina curuatur, ſed præditus ſanitate iuuenili, ſolam ſibi vindicat de ſenectute reuerentiam. Propter quæ beneficia peculiaria Dei, quoniam vobis iura amicitiæ grandia vigent, quippe vicinis, obſecro ac moneo, vt conſilio tuo cui ſequendo per conſciẽtiam magnam maximam tribuis autoritatem, non multum fidat ambiguis, nec nimis nimiæ credat incolumitati. Sed tandem profeſſione religionis arrepta viribus potius reſurgentis innocentiæ conualeſcat: faciat ſe vetuſtum annis, meritis nouum. Et quoniam nemo ferme eſt, qui plectibilibus careat occultis, ipſe ſuper his quæ clam commiſſa reminiſcitur, palam fuſa ſatisfactione ſoluatur. Nam ſacerdotis pater, filiúſque Pontificis, niſi ſanctus eſt, rubo ſimilis efficitur, quem de roſis natum roſaſq; parientem & genitis gignentibúſque floribus medium pungentibus comparanda peccatis, dumorum vallat aſperitas. Vale.*

## EPIST. XIV.

### SIDON. POLEMIO SVO S.

A CAius Cornelius Tacitus vnus è maioribus tuis, Vlpianorũ tẽporum conſularis, ſub verbis cuiuſdam Germanici ducis in hiſtoria ſua retulit dicẽs: [Cũ Veſpaſiano mihi vetus amicitia, & dum priuatus eſſet amici vocabamur.] *Quo reſpicit ais iſta præfari? vt ſcilicet memineris eo tempore quo perſonam publicã portas, gratiæ te priuatæ memorem ſemper eſſe oportere. Biennium prope clauditur, quod te Præfectum prætorio Galliarum non noua veſtra dignatione, ſed noſtro affectu adhuc vetere gaudemus. Qui ſi Romanarũ rerum ſineret aduerſitas, ægrè toleraremus niſi ſingulæ perſonæ non dicam prouinciæ variis per te beneficiis amplificarentur, & nunc cum id quod poſſibilitas tua*

*non habet verecundia non petatur, dicas velim, quali-
ter futurus fueris humanus in factis; qui perduras aua-
rus in verbis. Nã tuorum peritiæ comparatus, non* B
*ſolum Cornelios oratores, ſed Auſonios quoque poetas
vincere potes. Si te hactenus philoſophantem, noua ſu-
bito ob iuriſdictionem gloria capit, & nos aliquod no-
menq́; decusq́; geſſimus. At ſi videtur humilitas noſtræ
profeſſionis habenda comtemptui, quia Chriſto res hu-
manas vitasq́; medicaturo putrium conſcientiarum
cultro ſqualẽs vlcus apperimus: quod in noſtri ordinis
viris etſi adhuc aliquid de negligentia fœtet, nihil
iam tamen de ſuperbia tumet: noueris volo non vt eſt
apud præſulem fori, ſic eſſe apud iudicem mundi. Nãq́;
vt is qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur,
ita nobiſcum qui eadẽ, Deo fuerit confeſſus, abſoluitur.
Vnde liquido patet, incongrue à partibus veſtris nimis
reum pronuntiari, cuius cauſa plus ſpectat tribunal
alienum. Quapropter imminentem querelam noſtri
doloris nequaquam valebis vlterius effundere; quia* C
*ſuccedentibus proſperis, ſiue obliuiſcare, ſiue negligas
gratiam antiquam, iuxta eſt acerbum. Proinde ſi fu-
tura magni penſitas, ſcribe clerico: ſi præſentia, ſcribe
collegæ. Et hanc ipſe in te virtutem, ſi naturalis eſt,
excole. Si minus, vt inſititiã appone, qua ſodales vetuſ-
tos, nunquam pro conſequentũ nouitate faſtidias. Porrò
autem videbere ſic amicis vti quaſi floribus, tam diu
gratis donec recentibus. Vale.*

## EPIST. XV.

### SIDONIVS ELAPHIO SVO SALVTEM.

*EPulum multiplex, & capaciſſima lectiſternia para
plurimis viis, pluribus turbis ad te venitur. Ita bo-* A
*norum conturbernio ſedit: quippe, poſtquam omnibus
tempus*



*tempus futuræ dedicationis inclaruit. Nam baptiſ-
teriũ quod olim fabricabamini, ſcribitis iam poſſe con-
ſecrari. Ad quæ feſta vos voti, nos miniſterij, officij*
B *multos, fidei totos cauſa ſollicitat. Siquidem res eſt
grandis exempli, eo tempore à vobis noua eccleſiarum
culmina ſtrui, quo vix auderet alius vetuſta ſarcire.
Quod reſtat optamus, vt deo noſtro per vberes annos,
ſicut vota redditis, ita reddenda voueatis: Idque non
ſolum religione cælata, ſed & conuerſione manifeſta,
mitigatoq́; temporum ſtatu, tam deſiderio meo Chri-
ſtus indulgeat, quàm Rutenorum vt poſſitis & pro illis
offerre ſacrificia, qui iam pro vobis offertis altaria. De
cætero quanquam & extremus autumnus iam diem
breuiat, & viatorum ſollicitas aures, foliis toto nemore
labentibus, crepulo fragore circunſtrepit; inq́; caſtel-
lum ad quod inuitas, vt pote alpinis rupibus cinctum
ſub vicinitate brumali difficilius aſcenditur: nos tamẽ
(deo præuio) per tuorum montium latera confragoſa
venientes, nec ſubiectas cautes, nec ſuperiectas niues
expaueſcemus, quãuis iugorum profunda decliuitas
aggere cocleatim fracto, ſæpe redeunda ſit: quia & ſi
nulla ſolemnitas, tu ſatis dignus, (vt eſt Tulianum
illud) propter quem Theſpiæ viſantur. Vale.*

## EPIST. XVI.

### SIDONIVS RVRICIO SVO S.

A *ACcepi per Paterninũ paginam veſtram; quæ plus
mellis an ſalis habeat incertum eſt. Cæterum elo-
quij copiam hanc præfert, hos olet flores, vt bene ap-
pareat non vos manifeſta modo, verum etiam furtiua
lectione proficere, quãquam & hoc furtum quod de-
precaris exemplati libelli, non venia tam debeat reſ-
picere, quàm gloria. Quid tu enim facias abſque vir-
tute, qui nec ipſa peccata ſine laude committis? Ego
vero*

verò quicquid impoſitum eſt mihi fraudis, vtpote abſenti, libens audio, principaliq; pro munere amplector, qui quodammodo damnum indemne toleraui. Neque enim quod tuo acceſſit vſui, deceſſit noſtræ proprietati, B aut ad incrementa ſcientiæ veſtræ, per detrimenta veniſtis aliena. Quin potius ipſe iure ab hinc vberi præconio non carebis, qui magis igneo ingenio naturam decenter ignis imitatus es, de quo ſi quid detrahere velis, remanet totus qui transfertur. Vnde iam parce trepidare, déque moribus amici pluſculum recto ſecus credere. Namque in hoc facto, nos magis vulnus polluit culpæ, ſi feriat ictus inuidiæ. Vale.

## EPIST. XVII.

### SIDONIVS ERVAGASTI SVO S.

A EMinentius amicus tuus, domine maior, obtulit mihi quas ipſe dictaſti literas, literatas, & gratiæ trifariam renidẽtis cultu refertas: quarum vtique virtutum charitas prima eſt, quæ te coëgit in nobis, vel peregrinis, vel iam latere cupientibus, humilia dignari. Tum verecundia, cuius inſtinctu dum immerito trepidas, merito prædicaris. Tertia vrbanitas, quia te ineptire facetiſſime allegas, & Quirinalis impletus fonte facundiæ, potor Moſellæ, Tyberim ructas: Sic barbarorum familiaris, quòd tamen neſcius barbariſmorum: Par ducibus antiquis lingua manúque: ſed quorum dextera ſolebat non minus ſtylum tractare, quàm gladium. Quocirca ſermonis pompa Romani, ſi qua adhuc vſpiam eſt, Belgicis olim ſiue Rhenanis abolita terris, in te reſedit: quo vel incolumi, vel perorãte, & ſi apud ipſum limitem latina iura ceciderũt, verba non titubãt. Quapropter, alternum ſalue rependens, granditer lætor ſaltem in illuſtri pectore tuo vaneſceniiũ literarum remãſiſſe veſtigia: quæ ſi frequenti lectione continuas, experiere per dies, quanto antecellunt beluis homines, tanto anteferri ruſticis inſtitutos. De paginis ſane quod ſpiritalibus vis vt aliquid interpres improbus garriam, iuſtius hæc poſtulabuntur à ſacerdotibus lo- C co propinquis, ætate grandæuis, fide claris, opere vulgatis, ore promptis, memoria tenacibus, omni denique meritorum ſublimiũ dote potioribus. Nanque vt antiſtitem ciuitatis veſtræ relinquam, conſummatiſſimum virum, cunctarúmque virtutum conſcientia, & fama iuxta beatum, multo opportunius de quibuſcũque quæſtionibus tibi interrogantur inclyti Galliarum patres, & protomyſtæ, nec ſatis poſitus in longinquo Lupus, nec parum in proximo Auſpicius: Quorum doctrinæ abundanti euentilandæ, nec conſultatio tua ſufficit. Proinde quòd ſuper hac precum parte non parui, benignus quidem, ſed & iuſtus ignoſce, quia ſi vos imperitiam fugere par eſt, me quoque decet vitare iactantiam. Vale.



## EPIST. XVIII.

### SIDONIVS LVCONTIO SVO SALVTEM.

A OBliuiſceris quod rogaris, eq; contrario ſi quid iniungas, ex aſſe meminiſti repetere. Per longum eſt, de cito reditu quæ tu tuiq; promiſeritis mihi meiſq;, quorum omnium non ſunt vel minima completa: Quin potius, cum fugam à nobis machinaremini, quo reuerſuros ad ſacrum paſcha vos putaremus, nullæ graues ſarcinæ ad prædium ex oppido ductæ, nulla ſerraca, nulla eſſeda ſubuehendis oneribus attrahebantur: Vtque de matronalium partium nil querar fraude, quas cũ expeditis tuliſtis impedimẽtis, tuque fratérque communis Voluſianus, vix ſingulorum clientum puerorúmque comitatu ambiebamini, per quod ſolicitudinẽ proſequentiũ vana mox recurrendi ſpe fefelliſtis. Certe frater

*frater Voluſianus, qui forte pergens in prædia Baiocaſſina, totamq; prouinciam Lugdunenſem ſecundam peruagaturus; expectationem noſtram ſpecie breuioris itineris eluſit; & nunc ipſe ſic multis contrà fidem diebus ociabundus, ais, tibi; ſi quas poſtea luſerim metro nænias, mitti oportere annuo iniunctis; quia dignus es,* B
*vt talia legas, nam carmen ipſum quod nunc è manibus elabitur; tam ruſticanum eſt; tamq; impolitum, vt me non illud ad villam, ſed potius è villa mittere putes. Baſilicam ſancti Pontificis confeſſoriſq; Martini Perpetuus Epiſcopus digniſſimus tanto prædeceſſore ſucceſſor; multum priori, quæ fuit hactenus, capatiorem nouauit. Magnum eſt (vt ferunt) opus nominandumq;, quod in honorem talis viri factum; talis vir feciſſe debuerit. huius me parietibus inſcribere; ſupradictus ſacerdos hoc epigramma cõpulit: quod recenſebis, vt eſt in his quæcunq; depoſcit priuilegio caritatis imperioſiſſimus. Atq; vtinam molis illius pompam, ſiue donaria; nihil huius obſequij turpet oblatio, quod ſecus fore plurimum timeo, niſi forſitan inter omnia venuſta, ſic epigrammatis iſtius fœditas placeat; vt niger næuus candido in corpore, qui quidem ſolet ſic facere riſum, quod accipere ſuffragium. Sed quid hinc* C
*amplius? pone fiſtulas ipſe paſtorias, & elegiæ noſtræ, quia pede claudicat, manum porrige.*

*Martini corpus totis venerabile terris,*
*In quo poſt vitæ tempora viuit honor;*
*Texerat hic primum plebeio machina cultu;*
*Quæ confeſſori non erat æqua ſuo:*
*Nec deſiſtebat ciues onerare pudore*
*Gloria magna viri; gratia parua loci:*
*Antiſtes, ſed qui numeratur ſextus ab ipſo*
*Longam Perpetuus ſuſtulit inuidiam:*

*Inter*



*Internum remouens modici penetrale ſacelli,*
*Amplaq; tecta leuans interiore domo.*
*Creueruntq; ſimul valido tribuente patrono,*
*In ſpacijs ædes, conditor in meritis:*
D *Quæ Salomoniaco potis eſt confligere templo,*
*Septima quæ mundo fabrica mira fuit.*
*Nam gemmis, auro argento ſi ſplenduit illud,*
*Iſtud tranſgreditur cuncta metalla fide,*
*Liuor abi mordax, abſoluanturq; priores,*
*Nil nouet, aut addat garrula poſteritas.*
*Dumq; venit Chriſtus, populos qui ſuſcitet omnes,*
*Perpetuo durent culmina Perpetui.*

*Obtulimus, vt cernis, quod cantilenæ recentis obuiã manui fuit: ſed nec hoc minus, ſi moras nectis, aſtra quatienus, verſibus quoq; ſatyrographis, ſi res exegerit vſuri: quos huic carmini lenitate adæquãdos falſo putabis. Nanq; efficacius, citius, ardentius natura mortalium culpat aliqua, quàm laudet. Vale.*

## EPIST. XIX.

### SIDONIVS FLORENTIO SVO S.

A *ET moras noſtras, & ſilentiũ accuſas, vtrumq; purgabile eſt. Namq; & venimus, & ſcribimus. Vale.*

## EPIST. XX.

### SIDONIVS DONITIO SVO SALVTEM

A *TV cui frequenter arma, & armatum, & armatos inſpicere iocundum eſt, quam voluptatem putamus mente conciperes, ſi Sigiſmerem regium iuuenem, ritu atque cultu gentilicio ornatum, vtpote ſponſum, ſeu petitorem, prætorium ſoceri expetere vidiſſes? Illum equus quidem phaleris comptus, imò equi radiantibus gemmis onuſti antecedebant, vel etiam ſubſequebantur: cum tamen hoc magis ibi decorum conſpiciebatur,*

*tur, quod præcurſoribus ſuis ſiue pediſequis, pedes & & ipſe medius inceſſit, flammeus cocco, rutilus auro, lacteus ſerico. Tum cultu tanto, coma rubore cuti concolor. Regulorum quoque ſociorúmque comitantum forma & in pace terribilis: quorum pedes primi, perone ſetoſo, talos aduſque vinciebantur. Genua, crura, ſuræq́; ſine tegmine. Præter hoc veſtis alta, ſtricta, verſicolor, vix* B *appropinquans exertis poplitibus. Manicæ ſola brachiorum principia velantes. Viridantia ſaga limbis marginata puniceis, penduli ex humero gladij balteis ſuper currentibus ſtrinxerant clauſa bullatis latera rhenonibus. Eo quo comebantur ornatu muniebantur, lãceis vncatis, ſecuribúſque miſſibilibus dextræ refertæ, clypeis læuam partem adumbrantibus, quorum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus, ita cenſum prodebat, vt ſtudium. Cuncta prorſus huiuſmodi, vt in actione thalamorum non appareret minor Martis pompa quàm Veneris. Sed quid hæc pluribus? Spectaculo tali ſola præſentia tua defuit. Nam cum viderem quæ tibi pulchra ſunt, non te videre, ipſam eo tempore deſiderij tui impatientiam deſideraui. Vale.*

## EPIST. XXI.

SIDONIVS APRO SVO SALVTEM.

*ESt quidem princeps in genere monſtrando partis* A *paternæ prærogatiua, ſed tamen multum eſt, quod debemus & matribus. Non enim à nobis aliquid exilius fas eſt honorari, quod pondera illarum quàm quod iſtorum ſemina ſumus. Sed originis noſtræ definiendæ materia vel ratio ſit penes phyſicos. Nos vnde hæc ipſa præmiſimus perſequamur: Heduus pater tibi, mater Aruerna eſt. Primus Heduis deberis, ergo non ſolis;*

*vel*



*vel propter illud exemplum noſtri Maronis, quo teſte, Pallas ſic habitus Archas quod pariter & Samnis, in Mezentium mouere potuiſſet, vt peregrinus, arma Hetruſcorum, ni mixtus matre Sabella, partem quoque patriæ inde traxiſſet. Ecce habes magnum maximo autore documentum, quod patriæ pars computanda ſit, & regio materna, niſi poëtas, & cum ab hiſtoria non* B *recedunt, mentiri exiſtimabis. Igitur Aruerni portionem tui, ſaltim viciſſim, iure ſibi vindicant, patienter admitte querimoniam deſiderantum, qui tibi per vnius oris officium, non vnius pectoris profudere ſecretum, quos palam & coram dicere puta. Quid in te mali tantum, ingrate, commiſimus, vt per tot annos quondam humum altricem nunc velut hoſticum ſolum fugias? Hic incunabula tua fouimus, hic vagientis infantiæ lactentia membra formauimus, hic ciuicarum baiulabare pondus vlnarum. hinc auus Fronto blandus tibi, ſibi ſeuerus, qui exemplo eſſe potuiſſet his, quos habemus nos in exemplo. hinc auia Auſpicia, quæ tibi poſt tuæ matris orbata deceſſum, dependit vna curam duarum. Sed & matertera tua hinc, & hinc fuit ſanctior ſanctis Frontina virginibus, quàm verebatur mater, pater venerabatur, ſummæ abſtinentiæ puella, ſummi rigoris, ac fidei ingentis, ſic Deum timens, vt ab hominibus ti-* C *meretur. hîc te imbuendũ liberalibus diſciplinis, grammatici rethoriſq́; florentia ſtudia monitu certante fouerunt: vnde tu non tam mediocriter inſtitutus exiſti, vt tibi liceat Aruernos, vel propter ſtudia non amare. Taceo territorij peculiarem iocunditatẽ, taceo illud æquor agrorum, in quo ſine periculo quæſtuoſæ fluctuant in ſegetibus vndæ: quod induſtrius quiſq́; quo plus frequentat, hoc minus naufragat: viatoribus molle, fructuoſum aratoribus, venatoribus voluptuoſum: quod montium*

*cingunt*

ingunt dorſa paſcuis,latera vinetis,terrena villis, ſa-
xoſa caſtellis,opaca luſtris, aperta culturis, concaua
fontibus abrupta fluminibus,quod denique huiuſmodi
eſt,vt ſemel viſum aduenis,multis patriæ obliuionem
ſæpe perſuadeat.Tacco ciuitatem ipſam tui ſemper ſic
amantiſſimam,vt ſolo nobilium contubernio præferre
nil debeas:cui tu manu iniecta feliciter raptus inſere-
bare:ſicq; omnis præſentiæ veſtræ voluptas, quod tamen
nullum ſatias cœpit.Iam quid iſtic de re familiari tua D
dicam,cuius hic ſtatus eſt,vt tuam expenſam hoc ſit fa-
cilius toleratura quod crebrius? Nam dominus agrico-
la ſi larem hîc foueat,ſic facit ſumptum quod auget &
reditum.Hæc vnus tibi omnium ciuium certe bonorum
voto, petitu, vice garrio:qui cum tanto honore te poſ-
cant,tanto amore deſiderēt, intelligi datur:gaudij plus
te,dum tribuis quod rogaris,aſſequuturum. Vale.

## EPIST. XXII.

### SIDON. LEONI SVO S.

VIr magnificus Heſperius,gemma amicorum lite- A
rarumque,nuper vrbe cùm redijt è Tholoſatium,
præcipere te dixit vt epiſtolarum curam iam terminatis
libris earum conuerteremus ad ſtylum hiſtoriæ. Reue-
rentia ſummo ſtudio & affectu talem atque tantam ſen-
tentiam amplector.idoneum quippe pronuncias,ad ope-
ra maiora,quem mediocria putas deſerere debere. Sed
quod fatendum eſt, facilius audeo huiuſmodi ſuſpicere
iudiciū,quàm ſuſcipere conſilium.res eſt quidem digna
quam tu iuberes,ſed non minus digna quàm faceres.
Namque & antiquitus cùm C. Cornelius Tacitus C.
Plinio Secundo paria ſuaſiſſet,ipſe poſtmodum quod
iniunxit arripuit. idque ab exemplo nunc melius
aggrederis, quia & ego Plinio vt diſcipulus aſſur-
go, & tu vetuſto genere narrandi iure Cornelium
ante



anteuenis,qui ſeculo noſtro ſi reuiuiſceret,teq; qualis in
literis,& quantus habeare conſpicaretur, modo verius
Tacitus eſſet. Itaque tu molem thematis iuſſi recte ca-
peſſis,cui præter eloquentiam ſingularem,ſcientiæ ingē-
tis magna opportunitas.Quotidie namque per potentiſ-
ſimi conſilia regis,totius ſolicitus orbis,pariter eius ne-
gocia,& iura,fœdera, & bella,loca, ſpacia,merita co-
gnoſcis. Vnde quis iuſtius ſeſe ad iſta ſuccinxerit,
C quàm ille quem conſtat gētium motus, legationum va-
rietates,facta ducum,pacta regnantium, tota denique
publicarum rerum ſecreta didiciſſe? quiq; præſtanti po-
ſitus in culmine,nec neceſſe habet vel ſupprimere verū,
vel concinnare mendacium? At noſtra longe conditio
diſpar,cui dolori peregrinatio noua,nec vſui lectio ve-
tuſta:tū religio profeſſioni eſt, humilitas appetitui,me-
diocritas obſcuritati: nec in præſentibus rei tantum,
quantum in futuris ſpei locatū. Poſtremo lāguor impe-
dimēto:iamq; vel ſero propter hunc ipſum deſidia cor-
di æquæua.Certè,iam ſuper ſtudijs nulla laus curæ, ſed
ne poſthuma quidem. præcipuè gloriam nobis paruam
ab hiſtoria petere fixū,quia per homines clericalis of-
ficij temerariè noſtra,iactanter aliena,præterita infru-
ctuoſe,præſentia ſemiplenè,turpiter falſa periculosè ve-
ra dicūtur.Eſt enim huiuſmodi thema vel opus, in quo
D bonorum ſi facias mentionem modica gratia paratur:ſi
notabilium,maxima offenſa.Sic ſe ille protinus dictio-
ni color odorq; ſatyricus admiſcet. Ilicet ſcriptio hiſto-
rica videtur ordine à noſtro multum abhorrere, cuius
inchoatio inuidia,cōtinuatio labor,finis eſt odium. Sed
tunc iſta proueniunt clericis,ſi aliquid dictetur autori-
bus,qui colubrinis obtrectatorum molaribus fixi,ſi quid
ſimpliciter edamus,inſani,ſi quid exactè præſumptuoſi
vocamur. At ſi tuipſe, cui datum eſt ſaltibus gloriæ

proterere poſſe ceruices vituperonum, ſeu ſupercurrere,
materiæ iſtius libens prouinciam ſortiare, nemo te cel-
ſius ſcripſerit, nemo antiquius, etiam ſi placeat recen-
tia loqui, quando quidem ſermonum copia impletus
ante, nunc rerum, non reliquiſti, cur venenato morſu
ſecere. Atque ideo te in poſterum conſuli vtilitas, audi-
ri voluptas, legi autoritas erit. *Vale.*

## EPIST. XXIII.

### SIDONIVS PROCVLO SVO S.

*FIlius tuus imò communis ad me cucurrit, qui te* A
*relicto deliquiſſe ſe mœret, obrutus pœnitendi pu-
dore transfugij. Igitur audito culpæ tenore, corripui la-
titabundum verbis amaris, vultu minaci, & mea qui-
dem voce, ſed vice tua: dignum abdicatione, cruce, cu-
leo clamans, cæteriſq́; ſupplicijs parricidalibus. Ad
hæc ille confuſus irrubuit, nil impudenti excuſatione
deprecatus errorem, ſed ad cuncta conuictum cum re-
darguerem, verecundiæ iunxit comites lacrymas, ita
profluas vbertimq́; manantes, vt ſecuturæ correctioni
fidem fecerint. Rogo ergo ſis clemens in ſe ſeuero: &
dominum ſequens, non habeas te iudice reum, ſe profi-
tente damnabilem: quem ſi inaudita genera pœnarum
iubeas inexoratus excipere, non poteſt amplius per te
dolore, quàm per ſe pudore torqueri, libera metu deſpe-
rationem ſuam, libera confidentiam meam, & pietatis* B
*paternæ neceſſitate, ſi bene interpretor, te quoque abſol-
ue, qui cōficeris occulto angore, quòd filius publico mœ-
rore conficitur, cui feciſſe me conſtat plurimum iniu-
riæ, ſi tu tamen vel parum feceris, quam certè vt ſpero
non facies, niſi ſcopulis durior duras, aut adamanti-
bus rigidior perſeueras inſecabilibus. Ergo ſi de mori-
bus tuis, deq́; amicitijs iuſtè meliora præſumo, excuſa-
to propitius indulge, quem reconcilians fore fidelem*

*conſtan*



*conſtanter in poſterum ſpondeo: quoque velociter culpa
ſoluto, ego beneficio ligor, magnopere depoſcens, non vt
ignoſcas modo, verum vt protinus, & reuertentem non
domo ſolū ſed & pectore admittas. Deus magne, quàm
lætus orietur tibi dies, mihi nuntius, animus illi, cum
paternis pedibus affuſus, ex illo ore læſo, ore terribili
conuitium expectans, oſculum exceperit. Vale.*

## EPIST. XXIIII.

### SIDONIVS TVRNO SVO SALVTEM.

A *BEne nomini, bene negocio tuo congruit Mantua-
num illud:*

*Turne quod optanti diuum promittere nemo*
*Auderet, voluenda dies en attulit vltro.*

*Pecuniam pater tuus Turpio vir Tribunitius mutuam
pridem, ſi recordaris, à Maximo Palatino poſtulauit,
impetrauitq́; nil quidem loco fiduciæ pignoriſq́; vel ar-
genti ſequeſtrans vel obligans prædiorum: ſed vt chiro-
grapho facto docetur, cauta centeſima eſt fœneratori,
quæ per biluſtre producta tempus modum ſortis ad du-
plum adduxit. Sed cum pater tuus morti propinqua
morbo incumbēte ſuccūberet atq; ob hoc ipſum publica
autoritas male valentem patremfamilias violentius
ad reformandum debitum arctaret, nec ſuſtineri va-
leret improbitas exequutorum, proficiſcenti mihi Tolo-*
B *ſam, iam deſperatus literis imperauit, vt me rogante
creditor veſter modicas ſaltem largiretur inducias:
Precibus orantis citius annui, quia cum Maximo mi-
hi non notitiæ ſolum, verū & hoſpitij vetera iura. Igi-
tur ad amicū libens ex itinere perrexi, quamquā villa
nō paucis aggere à publico milibus abeſſet. Vt veni oc-
currit mihi ipſe, quē nouerā anterius corpore erectum,*

 *greſſu*

*greſſu expeditum, voce liberum, facie liberalem, multũ
ab antiquo diſſimilis inceſſu. habitus viro, gradus, pu-
dor, color, ſermo religioſus: tum coma breuis, barba pro-
lixia, tripodes ſellæ, cilicum vela foribus appenſa, lectus
nil habens plumæ, menſa nil purpuræ, humanitas ipſa
ſic benigna, quod frugi, nec ita carnibus abundans, vt
leguminibus. Certe ſi quid in cibis vnctius, non ſibi ſed
hoſpitibus indulgens. Cum ſurgeremus clam percontor
aſtantes, quot genus vitæ de tribus arripuiſſet ordini-
bus, monachum ageret, an clericum, pœnitentem ne; di-
xerunt nuper impacto ſacerdotio fungi, quo recuſantem* C
*factioſe ligaſſet ciuicus amor. Luce reuoluta dum pueri
clientesq; capiendis animalibus occuparentur, ſecretæ
collocutionis peto copiam. Præſtat. Amplector nil opi-
nantem gratulariq; me primum pro ſui ſtatus apice af-
firmo. Tum conſequẽtes miſceo preces. Turpionis noſtri
rogata profero, allego neceſſitates, extrema deploro, quæ
duriora mœrentibus amicis hinc viderentur, quod fœ-
nore ligatus corpore ſolueretur: meminiſſet ergo profeſ-
ſionis nouæ, ſodalitatis antiquæ, exactorumq; circunla-
trantum barbaram inſtãtiam indultis tantiſper indu-
ciis moderaretur: & ſi deceſſiſſet æger, tribueret hæredi-
bus annui luctus tempus immune: Si (quod optarem)
priſtinam Turpio ſalutem recuperaſſet, indulgeret ex-
hauſto per ocium facultatẽ conualeſcendi. Adhuc ro-* D
*gabã, cũ repente vir charitatis flere grãditer cœpit nõ
morã debiti, ſed periculum debitoris: frænatoq; ſingul-
tu: Abſit à me, inquit, vt hæc repoſcã ab ægro clericus,
quæ vix petiſſem miles à ſoſpite. Sed & liberos eius ita
diligo, vt etiam ſiquid aduerſum ceſſerit ægro, nil ſim
ab eo amplius poſtulaturus quàm mei officii ratio per-
mittit. Quapropter ſcribe ſolicitis: quoque plus credant
literis tuis, meas iunge, quiſquis ille fuerit languoris
euentus*



*euentus (quem tamen fratri proſperum optamus) quod
& annuum ſolutionis ſpacium prorogabo, & ſuperpo-
ſitam medietatem quæ per vſuræ nomẽ accreuit, indul-
geã, ſola ſimpli reſtitutione contentus. Egi ad hæc gra-
tias Deo maximas, hoſpiti magnas, qui ſic amaret tam
ſuam famam, quàm conſcientiam: confirmans amicum
promittere ſibi, quod dimitteret vobis: atque hinc ſu-
perna mercari, quod beneficia terrena non venderet.*
E *Ergo quod reſtat, enitere, vt autore te protinus ſaltem
commodata ſumma ſoluatur, ſic ingentes nihilominus
gratias agas etiam nomine ipſorum, qui tibi germani-
tate coniuncti, fors per ætatem ſapere non poſſunt, quid
muneris cõſequãtur. Nõ eſt cur dicere incipias, Habeo
conſortes, nec dum celebrata diuiſio eſt, auarius cõſtat
me eſſe tractatum quàm cohæredes, frater & ſoror ſub
annis adhuc tutelaribus agũt, nec dum ſorori maritus,
fratri necdum curator, curatori necdum ſatiſdator in-
uentus eſt. Quod quidem totum creditoribus bene, ſed
malis dicitur: At cum habet talis perſona contractum,
quæ velit medium relaxare, cum totum poſſit exigere,
ſi moram patitur: quicquid propter miſericordiam cõ-
ceſſerat piè, inſtè repoſcit propter iniuriam. Vale.*

## EPIST. XXV.

SIDONIVS DVMNVLO SVO S.

A NEqueo differe, quin grandis communione te gau-
*dii feſtinus impartiam, nimirum noſſe cupiẽtem,
quid pater noſter in Chriſto, pariter & Põtifex Patiẽs,
Cabillonũ præfectus: more religionis, more cõſtantiæ ſuæ
fecerit. Cum veniſſet in oppidum ſupraſcriptum, pro-
uincialium ſacerdotum præuio partim, partim comi-
tante collegio, ſcilicet, vt municipio ſummus aliquis
antiſtes ordinaretur, cuius eccleſiæ diſciplina nutabat.
Poſtquam epiſcopus Paulus iunior diceſſerat, deceſſe-*

 *ratq;*

ratq́;, exceperunt Pontificale conſilium variæ volunta-
tes oppidanorũ, nec nõ & illa quæ bonum publicũ ſem-
per euertunt ſtudia priuata, quæ quidem triumuiratus
accenderat competitorum: quorum hic antiquam nata-
lium, prærogatiuam reliqua deſtitutus morũ dote ru-
ctabat. hic per fragores paraſiticos, culinarũ ſuffragio
comparatos, Apicianis plauſibus ingerebatur, hic apice B
votiuo ſi potiretur, tacita pactione promiſerat, eccleſia-
ſtica ploſoribus ſuis prædæ prædia fore. Quod vbi vide-
runt ſanctus Patiens, & ſanctus Euphronius, qui rigo-
rem firmitatémque ſententiæ ſanioris, præter odiũ gra-
tiámque, primi tenebant, conſilio cum coepiſcopis prius
clam communicato, quàm palam prodito, ſtrepitúque
furentis turbæ deſpecto, iactis repente manibus arre-
ptũ, nihilq́; tum minus quàm quæ machinabãtur optan-
tem, ſuſpicantémque, ſanctũ Ioannem, virum honeſtate,
humanitate, manſuetudine inſignẽ (lector hic primum,
ſic miniſter altaris, idq́; ab infantia: poſt laborum tem-
porúmque proceſſu, archidiaconus, in quo ſeu gradu, ſeu
miniſterio multum retentus propter induſtriã, diu di-
gnitate non potuit augeri, ne poteſtate poſſet abſolui: at-
tamen hunc iam ſecundi ordinis ſacerdotẽ, diſſonas in-
ter partium voces, quæ differebãt, laudare non ambien-
tem, ſed nec audebant culpare laudabilem) ſtupenti- C
bus factioſis, erubeſcentibus malis, acclamantibus bo-
nis, reclamantibus nullis, collegam ſibi conſecrauere.
Nunc ergo virentia ſi te remittunt, iam monaſteria, in
quæ libenter ſolitus aſcendere, iam cœleſtibus ſuperniſ-
que præludis habitaculis, gaudere te par eſt de com-
munium patrum vel patronorum ſeu ſic ſentiente con-
cordia, ſeu ſic concordante ſententia. Illius quoq́; nomi-
ne exulta, quem creauerũt. Euphronius teſtimonio, Pa-
tiẽs manu, ambo iudicio; In quo fecit Euphronius quod
conueni-



conueniret non ſenectutis modo ſuæ, verumetiam di-
gnitatis longæuitati: fecit & Patiens vir quamlibet
magnis par cum laudibus, quod ſatis decuit facere
perſonam quæ caput eſt ciuitati noſtræ per ſacerdo-
tium, prouinciæ verò per ciuitatem. Vale.

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER V.

## EPISTOLA I.

### SIDONIVS PETRONIO SVO SALVTEM.

A A VDIO quòd lectitandis epiſtolis meis
voluptuoſam patientium impẽdas. Ma-
gnum hoc eſt, & literarum viro conue-
nientiſſimum cum ſtudijs ipſe maximis
polleas, ea & in alijs etiam minima complecti: ſed ex
hoc ipſo conſummatiſſima tibi gloria reponderatur:
Nam ſatis eminet ingenij proprij meritis, qui fuerit
fautor alieni. Commendo Vindicium neceſſariũ meum
virum religioſum, & Leuiticæ dignitati, quam nuper
indeptus eſt, accommodatiſſimum. Cui meis è pugilla-
ribus transferre, quæ iuſſeras, non vacans, per quã pro-
B uinciam fuit, hic vobis aliquid næniarum munuſculi
vice detulit, quanquã, quæ tua ſanctitas, ſemper grãdia
literas meas munera putes. Interea neceſſitatẽ præfati
portitoris inſinuo, quem traxit iſtò negotij oborti bi-
partita conditio. Siquidem hac diffinitione perrexit, vt

*aut ineat litem, aut adeat hæreditatem. Nam patrueli paterno cœlibi inteſtatoq; defuncto; per agnationis prærogatiuã ſuccedere parat, niſi tamen ceptis factioſæ vis obuiet, cõtrà quas tamen cunctas difficultates ſolus poſt opẽ Chriſti ſupplici tuo ſufficis, cuius cõfido quod ſi meruerit perſona gratiã cõſequetur, cauſa victoriã. Vale.*

## EPIST. II.

SIDONIVS NYMPHIDIO SVO S.

*LIbrum de ſtatu animæ tribus voluminibus illuſtrẽ* A
*Mamercus Claudianus, peritiſſimus Chriſtianorum philoſophus, & quorumlibet primus eruditorum, totis ſectatæ philoſophiæ membris, artibus, partibusq; comere & excolere curauit, nouem, quas vocãt Muſas, diſciplinas aperiens eſſe non fœminas. Namque in paginis eius vigilax lector inueniet, veriora nomina camœnarum, quæ propriam de ſe ſibi pariunt nũcupationem. Illic enim & grammatica diuidit, & oratoria declamat, & arithmetica numerat, & geometria metitur, & muſica põderat, & dialetica diſputat, & aſtrologia prænoſcit, & architectoria ſtruit, & metrica modulatur. Huius lectionis nouitate lætatus, excitusq; maturitate, raptim recenſendam transferendamq;, vt videres, petiſti, vt petieras impetraſti ſub ſpõſione citæ redhibitionis. Nec me falli, nec te fallere decet. Tempus eſt cõmodata reſtitui, quia liber ipſe ſi placuit, exhibere ſatietatem, ſi diſplicuit debuit mouere faſtidium. Tu autem quicquid illud eſt fidem tuam celeriter abſolue: ne ſi repetitum libellum ſerius reddere paras, membranas potius videaris amare quàm literas. Vale.*

## EPISTOL. III.

SIDONIVS APOLLINARI SVO S.

*PAr erat quidem garrulitatem noſtram ſilentij ve-* A
*ſtri talione frenari. Sed quoniam perfecta dilectio*

non



*non tam debet recolere, quid officiorũ ſoluat, quàm meminiſſe, quid debeat, etiã nunc laxatis verecundiæ habenis obſequiũ alloquij impudentis iteramus. Cuius improbitas vel hinc maxime dignoſcitur, quod tacetis. Ergo ne quid tempore hoſtilitatis ageretis, frater noſſe non*
B *meruit? Diſſimulaſtis trepido pro vobis amico vel ſecuritatẽ prodere, vel timorem? Quid eſt aliud ſi requirenti tuas ſupprimis actiones, quàm ſuſpicari eum, qui tui ſolicitus exiſtat, aut certe non gauiſurum cõperiis proſperis, aut triſtem ſi diuerſa acciderint, nõ futurum? Faceſſat hæc à bonis moribus impietatis opinio, & à candore ſuo vera caritas næuum tam miſeræ ſuſpitionis eliminet. Nanq; vt Criſpus noſter affirmat. Idẽ velle atq; idem nolle ea demum firma amicitia eſt. Interea ſi vel vos valetis bene eſt. Ego autẽ infelicis conſcientiæ mole depreſſus, vi febriũ nuper extremum ſalutis acceſſi, vtpote cui indigniſſimo tantæ profeſſionis põdus impactum eſt, qui miſer ante cõpulſus docere, quã diſcere, & ante præſumens bonũ prædicare, quàm facere, tãquam ſterilis arbor, cum non habeã opera pro pomis, ſpargo verba pro folijs. Quod reſtat, orate vt operæpretium ſit, quod*
C *ab inferna propemodum ſede remeauimus: ne ſi in præteritis criminibus mãſerimus, incipiat ad animæ potius mortem pertinere, quòd viuimus. Ecce quod agimus indicauimus, ecce adhuc quid agatis inquirimus. Fit à noſtra parte quod pium eſt, vos deinceps facite quod videtur. Illud ſanè velut Atticas leges ita in ære credite inciſum, nos ſub ope Chriſti nunquã admiſſuros amoris terminum, cuius ſtuduimus fundare principium. Vale.*

## EPIST. IIII.

SIDONIVS SIMPLICIO SVO S.

A *QVod non recepi ſcripta qui miſeram, imputo amicitiæ, ſed deputo plus pudori. Nam (niſi præter*

 æquum

*æquum autumo) vt ſalutatio mihi debita dißimularetur, non illud cõtumacia, ſed verecundia fuit. At ſi vlterius paginæ garrienti forem claudis, peſſulũ opponis, quieti quidem tuæ nõ inuitus indulgeo, ſed nõ procul à te reos meos inuenturũ me eſſe denuntio. Nam totam ſilentij veſtri inuidiam verti non iniuriam eſt ad ſuperbiam filiorũ, qui ſe diligi ſentientes quoddã patiuntur de noſtra ſedulitate faſtidium: quos monere pro patria autoritate debes, vt contractæ apud nos offenſæ amaritudinem politis affatibus dulcare non deſinant. Vale.* B

## EPIST. V.

### SIDONIVS SISAGRIO SVO S.

A *CVm ſis cõſulis pronepos, idq; per virilem ſucceſſionem (quamquã id ad cauſam ſubyciendam minus attinet) cum ſis igitur è ſemine poëtæ, cui proculdubio ſtatuas dederant literæ, ſi trabeæ nõ dediſſent, quod etiã nunc autoris culta verſibus verba teſtantur, à quo ſtudia poſterorum, ne parum quidem, quippe in hac parte, degenerauerunt: immane narratu eſt, quantũ ſtupeam ſermonis te Germanici notitiã tanta facilitate rapuiſſe: atqui pueritiam tuã competenter ſcholis liberalibus memini imbutam, & ſæpenumero acriter eloquenterq; declamaſſe coram oratore ſatis habeo compertũ. Atque* B *hæc cũ ita ſint, velim dicas, vnde ſubito hauſerunt pectora tua euphoniam gentis alienæ, vt modo mihi poſt ferulas lectionis Maroniꝰ næ, poſtq; deſudatam varicoſi Arpinatis opulentiã, loquacitatemq;, quaſi de Siagrio vetere nouus Franco prorumpas? Aeſtimari minime poteſt, quãto mihi cæteriſq; ſit riſui, quoties audio, quòd te præſente formidet facere linguæ ſuæ barbarus barbariſmũ. Adſtupet tibi epiſtolas interpretãti, curua Germanorũ ſenectus, & negocijs mutuis arbitrum te diſceptatoremq; deſumit. Nouus Burgundionũ Solon in legibus diſſerẽdis, nouus Amphion in citharis, ſed tricordibus tẽperãdis, amaris, frequẽtaris, expeteris, oblectas,* C *adhiberis, eligeris, decernis, audiris. Et quanquã æquè corporibus ac ſenſu rigidi ſint, indocileſq;, amplectũtur in te pariter & diſcunt ſermonẽ patrium, cor latinum. Reſtat hoc vnũ, vir facetiſſime, vt nihilo ſegnius, vel cũ vacabit aliquid lectioni operis impẽdas, cuſtodiaſq; hoc, provt elegãtiſſimus es, temperamentũ, vt iſta tibi lingua teneatur, ne ridearis: illa exerceatur, vt rideas. Vale.*



## EPIST. VI.

### SIDONIVS APOLLINARI SVO S.

A *CVm primum æſtas deceſſit autumno, & Aruernorum timor potuit aliquantiſper ratione temporis temperari, Viennam veni, vbi Thaumaſtũ germanum tuum, quem pro iure vel ſanguinis vel ætatis, reuerẽda familiaritate complector, mœſtiſſimũ inueni. Qui quanquam recenti cœlibatu grãditer afficiebatur, pro te tamẽ parum minus anxius erat. Timebat enim verebaturq;, ne quã tibi calumniã turbo barbaricus, aut militaris concinnaret improbitas. Nanque cõfirmat magiſtro militũ Chilperico victorioſiſſimo viro, relatu venenato quorumpiã ſceleratorũ fuiſſe ſecreto inſuſurratum tuo præcipue machinatu, oppidum Vaſionenſe partibus noui principis applicari. Si quid hinc tibi tuiſq; ſuſpitionis incutitur, raptim doce recurſu familiarũ paginarum, ne vobis ſollicitudinis, aut præſentiæ meæ oportunitas pereat. Curæ mihi peculiariter erit, ſi quid tamen cauendũ exiſtimabis, vt te faciat aut gratia impetrata ſecurum, aut explorata iracundia cautiorem. Vale.*

## EPIST. VII.

### SIDONIVS THAVMASTO SVO S.

A *INdagauimus tandem, qui apud tetrarcham noſtrũ germani tui, & è diuerſo partium, noui principis amicitias*

amicitias criminarētur, ſi tamen fidā ſodalium ſagaci-
tatem clandeſtina delatorum nō fefellere veſtigia. Hi B
nimirum ſunt, ut idem corā poſitus audiſti, quos ſe iam
dudum perpeti inter clementiores Barbaros Gallia ge-
mit. Hi ſunt, quos timent, etiam qui timentur. Hi ſunt,
quos hæc peculiariter prouincia moeret, inferre calum-
nias, deferre perſonas, afferre minas, auferre ſubſtātias.
Hi ſunt, quorū laudari audis in ocio occupationes, in
pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias. Hi
ſunt, qui cauſas morātur adhibiti, impediunt permiſſi,
faſtidiūt admoniti, obliuiſcūtur locupletati. Hi ſunt, qui
emunt lites, vēdunt interceſſiones, deputāt arbitros, iu-
dicāda dictant, dictata cōuellunt, attrahūt litigaturos,
protrahunt audiēdos, trahunt addictos, retrahūt tranſi-
gentes. Hi ſunt, quos ſi petas etiā nullo aduerſante be-
neficium, piget promittere, pudet negare, pœnitet præ-
ſtitiſſe. Hi ſunt, quorum comparationi, digitum tolle-
rent, Narciſus, Aſiaticus, Maſſa, Marcellus, Carus, C
Parthenius, Licinius, & Pallas. Hi ſunt, qui inuident
tunicatis otia, ſtipendia paludatis, viatica veredarijs,
mercatoribus nundinas, munuſcula legatis, portoria
quadruplatoribus, prædia prouincialibus, flamonia
municipibus, arcarijs pondera, menſuras allectis, ſala-
ria tabularijs, diſpoſitiones munerarijs, prætorianis
ſportulas, ciuitatibus inducias, vectigalia publicanis,
reuerentiam clericis, originē nobilibus, confeſſum prio-
ribus, congreſſum æqualibus, cinctis iura, diſcinctis pri-
uilegia, ſcholas inſtituendis, mercedes inſtituentibus, li-
teras inſtitutis. Hi ſunt, qui nouis opibus ebrij, & ut mi-
nima cognoſcas, per utendi intemperantiam, produnt
imperitiā poſſidendi: Nam libenter incedūt armati ad
epulas, albati ad exequias, pelliti ad eccleſias, pullati ad
nuptias, caſtorinati ad lætanias. Nullū illis genus homi-
num



D num, ordinū, temporum, cordi eſt. In foro Scythæ, in cu-
biculo viperæ, in conuiuio ſcurræ, in exactionibus har-
pyiæ, in collocutionibus ſtatuæ, in quæſtionibus beſtiæ, in
tractatibus cocleæ, in contractibus trapezitæ, ad intel-
ligendum ſaxei, ad iudicādum lignei, ad ſuccēſendum
flammei, ad ignoſcendum ferrei, ad amicitias pardi, ad
facetias vrſi, ad fallendum vulpes, ad ſuperbiendū tau-
ri, ad conſumendum minotauri. Spes firmas in rerum
motibus habēt, dubia tempora certius amant, & igna-
uia pariter conſcientiaq; trepidantes, cum ſint in præ-
torijs leones, in caſtris lepores, timent fœdera ne diſcu-
tiantur, bella ne pugnēt: Quorum ſi nares afflauerit vſ-
piam rubiginoſi aura marſupij, confeſtim videbis illic
& oculos Argi, & manus Briarei, & Sphingarū vn-
gues, & periuria Laomedontis, & Vlyſſis argutias, &
Sinonis fallacias, & fidem Polymneſtoris, & pietatem
Pygmalionis adhiberi. His moribus obruūt virum non
E minus bonitate, quàm poteſtate præſtantem. Sed quid
faciat vnus vndique venenato vallatus interprete?
Quid inquam faciat, cui natura cum bonis, vita cum
malis eſt? Ad quorum conſilia Phalaris cruētior, Mi-
da cupidior, Ancus iactantior, Tarquinius ſuperbior,
Tiberius callidior, Caius periculoſior, Claudius ſocor-
dior, Nero impurior, Galba auarior, Otho audacior,
Vitellius ſumptuoſior, Domicianus truculentior redde-
retur. Sanè quòd principaliter medetur afflictis, tem-
perat Lucumonem noſtrū Tanaquil ſua, & aures ma-
riti viroſa ſuſurronum fæce completas, oportunitate falſi
ſermonis eruderat, cuius ſtudio factum ſcire vos par eſt,
nihil interim quieti fratrum communium apud ani-
mum communis patroni iuniorum cyberatorum vene-
na nouiaſſe, neque quicquam (Deo propitiante) nocitu-
ra, ſi modo quandiu præſens poteſtas Lugdunēſem pro-
uinciam

*uinciam regit, noſtrum ſuúmque Germanicum præſens Agrippina moderetur. Vale.*

## EPIST. VIII.

### SIDONIVS SECVNDINO SVO S.

A *DIu quidem eſt, quòd te hexametris ſimularius inſeruientem ſtupentes prædicantéſque lectitabamus. Erat ſiquidem materia iocunda, ſeu nuptiales tibi thalamorum faces, ſiue perfoſſæ regiis ictibus feræ deſcriberentur. Sed triplicibus trocheis nuper in metrum hendecaſyllabum compaginatis nihil ne tuo quidem iudicio ſimile feciſti. Deus bone, quid illic ineſſe mellis, leporis, piperatæq́; facundiæ minime tacitus inſpexi? niſi quod feruentis fulmen ingenij, & eloquij ſalſa libertas, plus perſonis forte quàm cauſis, impediebantur: vt mihi non figuratius Conſtantini domum vitámque videatur vel pupugiſſe verſu gemello conſul Ablauius, vel momordiſſe diſticho tali clam palatinis foribus appenſo.*

*Saturni aurea ſecla quis requirat?* B
*Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana,*

*Quia ſcilicet prædictus Auguſtus iiſdem ferè temporibus extinxerat coniugem Fauſtam calore balnei, filium Criſpum frigore veneni. Tu tamen nihilo ſegnius operam ſaltem facetis ſatyrarum coloribus intrepidus impende. Nam tua ſcripta, noſtrorum vitiis proficientibus tyrannopolitarum locupletabuntur. Non enim tam mediocriter intumeſcunt, quos noſtra iudicia, ſecula, loca, fortunatos putant, vt de nominibus ipſorum quandoque reminiſcendis ſit poſteritas laboratura. Namque improborum probra æquè vt præconia bonorum, immortalia manent. Vale.*

EPIST.



## EPIST. IX.

### SIDONIVS AQVILINO SVO S.

*IN meo ære duco, vir omnium virtutum capaciſſime, ſi dignum tu quoque putas, vt quãtas habemus amicitiarum cauſas, tantas habeamus ipſi amicitias. Auitum eſt quod repoſco, teſtes mihi in præſentiarum aut* B *noſtri ſuper hoc negocio Apollinaris, & Ruſticius aduocabuntur, quos laudabili familiaritate coniunxerat literarum, dignitatum, periculorum, conſcientiarum ſimilitudo: cum in Conſtantino inconſtantiam, in Iouino facilitatem, in Geroncio perfidiam, ſingula in ſingulis, omnia in Dardano crimina ſimul execrarentur. Aetatéque media, patres noſtri ſub vno contubernio, vixdum à pueritia, in totam adoleſcentiam euecti, principi Honorio tribuni notarijq́; militauere, tanta caritate peregrinantes, vt inter eos minima fuerit cauſa concordiæ, quod filij amicorum commemorabãtur. In principatu Valentiniani imperatoris vnus Galliarum præfuit parti, alter ſoliditati. Sed ita ſe quodã modo tituli amborum compenſatione fraterna ponderauerunt, vt prior fuerit faſcium tempore, qui erat poſterior digni-* C *tate. Ventum ad nos, id eſt, ad nepotes, quos nil decuerit plus cauere, quàm ne parentum antiquorúmque noſtrorum per nos forte videatur antiquata dilectio. Ad hoc in ſimilem familiaritatem præter hæreditariã prærogatiuam, multifaria oportunitate compellimur, ætas virtuſque non minus iuncta, quã patria. Vnus nos exercuit ludus, magiſter inſtituit, vna nos lætitia diſſoluit, ſeueritas coërcuit, diſciplina formauit. De cætero, ſi Deus annuit, in annis iã ſenectutis initia pulſantibus, ſimus niſi reſpuis animæ duæ, animus vnus: imbuamúſque liberos inuicem diligentes, idem velle, nolle, refugere, ſectari. Hoc patrum verò iam ſupra vota,*

*ſi per*

i per Ruſticium Apollinaremq; proauorum prædicabilium, tam reformentur corda, quàm nomina. Vale.

## EPIST. X.

SIDON. SAPAVDO SVO S.

SI quid omnino bene Pragmacius illuſtris, hoc inter reliquas animi virtutes optime facit, quod amore ſtudiorum te ſingulariter amat, in quo ſolo vel maxime animaduertit veteris peritiæ diligentiæq; reſediſſe ve- B ſtigia: & quidem non iniuria tibi fautor eſt: nam debetur ab eo percopioſus literis honor. hūc olim perorantem & rhetorica ſedilia plauſibili oratione frangētem, ſocer eloquens vltro in familiam patritiam adſciuit, licet illi ad hoc (vt ſileam de genere vel cenſu) ætas, venuſtas, pudor, patrocinarentur. Sed vt comperi erubeſcebat iam etiam tunc vir ſerius formæ dote placuiſſe, quippe cui merito ingenij ſuffeciſſet adamari, & vere optimus quiſque, morum præſtantius pulchritudine placet. Porrò autem præteruolātia corporis decoramenta currentis æui profectu defectúque labaſcunt. Hunc quoque manente ſententia, Gallijs poſt præfectus Priſcus Valerianus, conſiliis ſuis tribunalibúſque ſociauit, iudicium antiquum perſeuerantiſſime tenens, vt cui ſcientiæ obtentu iunxerat ſobolem, iungeret & dignitatem. C Tua verò tam clara, tam ſpectabilis dictio eſt, vt illi diuiſio Palæmonis, grauitas Gallionis, abundantia Delphidij, Agrœcij diſciplina, fortitudo Alcimi, Adelphij teneritudo, rigor Magni, dulcedo Victorij, non modo non ſuperiora, ſed vix æquiparabilia ſcribantur. Sanè ne videar tibi ſub hoc quaſi hyperbolico rhetorū catalogo blanditus quippiam gratificatúſque, ſolam tibi acrimoniam Quintiliani, pompam Palladij comparari non ambigo, ſed potius adquieſco. Quapropter ſi quis poſt vos Latiæ fauet eruditioni, huic amicitiæ gratias agit,





agit, & ſodalitati veſtræ, ſi quid hominis habet tertius optat adhiberi: quanquam quod eſt grauius non ſit ſatis ambitus iſte faſtidium vobis excitaturus, quia pauci ſtudia nunc honorant. Simulque naturali vitio fixum eſt radicatumq; pectoribus humanis, vt qui non intelligunt artes, non mirentur artifices. Vale.

## EPIST. XI.

SIDONIVS POTENTINO SVO S.

A MVltum te amamus, & quidem huiuſce dilectionis non eſt erroneus aut fortuitus affectus. Namque vt ſodalis tibi deuinctior fierem, iudicaui. Eſt enim conſuetudinis meæ, vt eligam antè, pòſt diligam. Quænam inquis in me tibi probanda placuere? Dicam libenter & breuiter, quorum vnum fieri gratia, alterum charta compellit. Veneror in actionibus tuis, quod multa bono cuiq; imitabilia geris. Colis, vt qui ſolertiſſimè: ædificas, vt qui diſpoſitiſſimè: venaris, vt qui efficaciſſimè: paſcis, vt qui exactiſſimè: iocaris, vt qui facetiſſimè: iudicas, vt qui æquiſſimè: ſuades, vt qui ſinceriſſimè: commoueris, vt qui tardiſſimè: placaris, vt qui celerrimè: redamas, vt qui fideliſſimè. Hæc omnia exempla viuendi iam hinc ab annis puberibus meus Apollinaris ſi ſequitur, gaudeo, certè ſequatur, admoneo: in quo docendo, inſtituendoq;, modo, ſub ope Chriſti, diſpoſita ſuccedant, plurimum lætor, maximam me formulam vitæ de moribus tuis mutuaturum. Vale.

## EPIST. XII.

SIDONIVS CAMINIO SVO S.

A QVod rarius ad vos à nobis pagina meat, non noſtra ſuperbia, ſed aliena impotētia facit. Neque ſuper his quicquam planius quæras, quippe cum ſilentij huius neceſſitatem par apud vos metus interpre-

tetur. Hoc ſolum tamen libere gemo, quod turbine diſſidentium partium ſegreges facti, mutuo minime fruimur aſpectu. Neque vnquam patriæ ſolicitis offerris obtutibus, niſi forſitam cum ad arbitrium terroris alieni, vos loricæ, nos propugnacula tegunt. Vbi ipſe in hoc ſolum captiuus adducis, vt pharetras ſagittis vacuare, lacrymis oculos implere cogaris, nobis quoque non recuſantibus, quod tua ſatis aliud moliuntur vota, quàm iacula. Sed quia interdum, etſi non per fœderum veritatem, ſaltem per induciarum imaginem, quædam ſpei noſtræ libertatis feneſtra reſplendet, impenſe flagito vti nos, cum maximè potes, affatu paginæ frequentis impertias: ſcias tibi in animis obſeſſorum ciuium illam manere gratiam, quæ obliuiſcatur obſidentis inuidiam. Vale.

## EPIST. XIII.

### SIDONIVS PANNYCHIO SVO SALVTEM.

SEronatum Toloſã noſti redire ſi nondum, (& credo quod nondum) vel per hæc diſce. Iam pergit Clauſeciam Euanthius, iamq; contractas operas cogit eruderare, ſi quid forte deiectu caducæ frondis ager inſorduit. Certe ſi quid voraginoſum eſt, ipſe humo aduecta ſcrobibus oppletis trepidus exæquat, vtpote beluam ſuam de valle Tarnis ducaliter anteceſſurus, muſculis ſimilis, inter ſaxoſa vel breuia balenarum corpulentiam prægubernantibus. At ille ſic ira celer, quòd piger mole, ceu draco è ſpecu vix euolutus, iam metu exanguibus Gabalitanis, è proximo infertur: quos ſingulos ſparſos, in oppidula, nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc flexuoſa calumniarum fraude circumretit, ne tum quidem domum laborioſos redire permittens, cum tributum annuum datauere.





Signum & hoc certum eſt imminentis aduentus, quod cateruatim quo ſe cunque conuerterit, vincti trahuntur vincula trahentes: Quorum lætatur dolore, paſcitur fame, præcipuè pulchrum arbitratus, ante turpare, quàm punire damnandos, crimen viris nutrit, mulieribus incidit: è quibus tamen, ſi rara quoſdam venia reſpexerit, hos venalitas ſoluit, vanitas illos, nullos miſericordia. Sed explicandæ beſtiæ tali, nec oratorum princeps M. Arpinas, nec poëtarum P. Mantuanus, ſufficere poſſunt. Proinde quia dicitur hæc ipſa pernicies appropinquare (cuius proditionibus Deus obuiet) præueni morbum prouidentiæ ſalubritate, contraq; lites iurgiorum, ſi quæ mouentur, pactionibus conſule, contra tributa, ſecuritatibus: ne malus homo rebus bonorum, vel quod noceat, vel quod præſtet inueniat. In ſumma de Seronato vis accipere quid ſentiam? Cæteri affligi per ſupraſcriptum damno verentur. mihi latronis & beneficia ſuſpecta ſunt. Vale.

## EPIST. XIIII.

### SID. APRO SVO S.

A CAlenſes te nunc Baiæ, & ſcabris caueruatim ructata pumicibus aqua ſulphuris, atque iecoroſis ac phtiſiſcentibus languidis medicabilis piſcina delectat. An fortaſſe montana ſedes circum caſtella, & in eligenda ſede perfugij, quandam pateris ex munitionum frequentia difficultatem? Quicquid illud eſt, quod vel otio vel negocio vacas, in vrbem tamen (ni fallimur) rogationum contemplatione reuocabere: Quarum nobis ſolennitatem primus Mamercus, pater & pontifex, reuerendiſſimo exemplo, vtiliſſimo experimento, inuenit, inſtituit, inuexit. Erant quidem prius (quod ſalua fidei pace ſit dictum) vagæ, tepentes, infrequentéſque, vtq; ſic dixerim, oſcitabundæ ſupplicationes,

quæ ſæpè interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres, aut ſerenitatem deprecaturæ, ad quas (vt nil amplius dicam) figulo pariter atque hortulano non oportuit conuenire. In his autem quas ſuprafatus ſummus ſacerdos nobis & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, pſallitur, fletur. Ad hæc te feſta, ceruicum humilitarum & ſternacium ciuium ſuſpirioſa contubernia, peto, & ſi ſpiritalem animum tuum bene metior, modo citus venies, quod non ad epulas, ſed ad lacrymas inuitaris. Vale.

## EPISTOL. XV.

### SIDONIVS RVRICIO SVO S.

Officij ſermone præfato bibliopolam veſtrum non gratioſe, ſed iudicialiter expertus inſinuo, cuius vt fidem in pectore, ſic in opere celeritatem, circa dominum te, mihi ſibiq; communem ſatis abunde probaui. Librum igitur iam ipſe deportat Heptateuchi, ſcriptum velocitate ſumma, ſummo nitore, quanquam & à nobis relectum & retractatum. Defert & volumen prophetarum, licet me abſente decurſum, ſua tamen cura maniuque de ſuperuacuis ſententijs eruderatum, nec ſemper illo contra legente, qui promiſerat operam ſuam: credo quod infirmitas fuerit impedimento, quo minus pollicita compleret. Reſtat vt exhortatio veſtra, ſiue ſponſio, famulum ſic vel ſtudentem placere, vel meritum, gratia competenti remuneretur: Quæ vtique pro tali labore ſi ſoluitur, incipiet veſtram reſpicere ad mercedem. Sed cum hoc ego de ſola gratia precer vos, quid mereatur aſpicite, quem conſtat affectum domini magis ambire, quàm præmium. Vale.





## EPIST. XVI.

### SIDONIVS PAPIANILLAE SVAE SALVTEM.

A Rauenna veniens quæſtor Licinianus, cum primum tetigit, Alpe tranſmiſſa, Galliæ ſolum, literas aduentus ſui præuias miſit, quibus indicat eſſe ſe gerulum codicillorum, quorum in aduentu fratri etiam tuo Hecdicio, cuius æquè titulis, ac meis gaudes, honor patricius accedit, celerrimè, ſi cogites eius ætatem, ſi merita, tardiſſimè. Namque ille iam pridem ſuffragiũ dignitatis ineundæ non ſoluit in lance, ſed in acie: perſoluit ærariumq; publicum ipſe priuatus non pecunijs, ſed manubijs locupletauit. Hoc tamẽ ſancte Iulius Nepos, armis pariter ſummus Auguſtus & moribus, quod deceſſoris Anthemij fidem fratris tui ſudoribus obligatam, quò citerior hoc laudabilior abſoluit, ſiquidem iſte cõpleuit, quod ille ſæpiſſimè pollicebatur. Quo fit, vt deinceps pro republica optimus quiſq; poſſit ac debeat
B (ſi quid cuipiam virium eſt) quia ſecurius, hinc auidius impendere, quandoquidem mortuo quoque imperatore, laborantum deuotioni quicquid ſpoponderit princeps, ſemper redhibet principatus. Interea tu (ſi affectum tuũ bene colligo) hiſce compertis, magnum ſolatium inter aduerſa maxima capis, nec animum tuum à tramite communium gaudiorum vicinæ quoque obſidionis terror exorbitat. Noui enim probè, ne meo quidem te, quẽ ex lege participas, ſic honore lætatam, quia licet ſis vxor bona: ſoror optima es. Quæ de re propitio Deo Chriſto ampliatos proſapiæ oue titulos, ego feſtinus gratatorijs apicibus inſcripſi, pariter abſoluens ſolicitudinem tuam, fratris pudorem: quem nil de propria dig-
C nitate indicaturum, ſi verecundum fortè neſcires: ſic impium iudicares. Ego verò non tantum inſignibus

veſtris, quæ tu hactenus quanto liberius, tanto impatientius præſtolabare quanquam iis quoque granditer, quantum concordia fruor, quam parem noſtris ſuiſq; liberis in poſterum exopto, votis in commune depoſcẽs, vt ſicut nos vtramque familiam noſtram præfectoriam nacti, etiam patritiam diuino fauore reddidimus: ita ipſi quam ſuſcipiunt patritiam, faciant conſularem. Roſcia te ſalutat, cura communis: quæ in auiæ amitarúmque indulgentiſſimo ſinu (quod raro nepotibus contingit aliis) & cum ſeueritate nutritur, qua tamen tenerum non infirmatur æuum, ſed informatur ingenium. Vale.

## EPIST. XVII.

### SIDON. ERIPHIO SVO S.

A ES Eriphi meus ipſe qui ſemper: nunquámque te tantum venatio, ciuitas, ager auocat, vt non obiter voluptate literarum teneare. ſitq; eo ſtudio vt nec noſtra faſtidias, qui tibi, vt ſcribis, muſas olemus. Quæ ſententia tamen large probatur vero carere, quãquam & apparet, aut ex ioco venire ſi lætus es, aut ex amore, ſi ſerius. Cæterùm à iuſto longè reſultat, cùm mihi aſſi-
B gnas quæ vix Maroni, vix aut Homero competenter accommodarentur. Hæc relinquamus: idque, vnde cauſa, ſermocinemur. Dirigi ad te præcipis verſus, quos viri ampliſſimi ſoceri tui precibus indulſi: qui cõtubernio mixtus æqualium, viuit moribus ad iubendũ obſequendúmque iuxta paratis. Sed quia ſcire deſideras & locum, & cauſam, quo facilius intelligas rem perexiguam, tibi potius vitio verte, quod loquacior erit opere præfatio. Conueneramus ad ſancti Iuſti ſepulcrum, ſed tibi infirmitas impedimento, ne tunc adeſſes, proceſſio fuerat antelucana, ſolemnitas anniuerſaria, populus ingens ſexu ex vtroque, quem capaciſſima baſilica



lica non caperet, & quamlibet cincta diffuſis crypta porticibus. Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericiq; pſalmicines concelebrauerant, quiſque in diuerſa ſeceſſimus, non procul ta-
C men, vtpote ad tertiam præſto futuri cum ſacerdotibus res diuina facienda. De locis ſane turbarúmque compreſſu, déque numeroſis luminibus illatis, nimis anheli: ſimul & æſtati nox adhuc proxima, tacito clauſos vapore torruerat: etſi iam primo frigere, tamen autumnalis auroræ detepeſcebat. Itaque cum paſſim varia ordinum corpora diſpergerentur, placuit ad conditorium Syagrij conſulis, ciuium primis vnà coire, quod nec impleto iactu ſagittæ ſeparabatur. Hîc pars ſub vmbra palmitis adulti, quàm ſtipitibus altatis cancellatimq; pendentibus pampinus ſuperducta texuerat: pars ceſpite in viridi, ſed floribus odoro conſederamus. Verba erant dulcia, iocoſa, fatigatoria, præterea (quod beatiſſimum) nulla mentio de poteſtatibus aut de tributis. nullus ſermo qui proderet, nulla perſona quæ proderetur. fabulam certe referre dignam relatu, dignisq; ſentẽtiis quiſque potuiſſet, audiebatur ambitioſiſſimè. Nec erat idcirco non diſtincta narratio, quia lætitia permixta. Inter hæc ocio diu marcidis aliquid agere viſum.
D Mox bipertitis: vt erat ætas acclamationibus efflagitata, profertur his pila, his tabula. Sphæræ primus ego ſigniſer fui, quæ mihi (vt noſti) non minus libro comes habetur. Altera ex parte frater meus Domnicius homo gratiæ ſummæ, ſummi leporis, teſſeras cœperat, quatiebátque, quo velut claſſico, ad pyrgum vocabat aleatores. Nos cum caterua ſcholaſticorum luſimus abundè, quantum membra torpore ſtatarij laboris hebetata, curſu ſalubri vegetarentur. Hîc vir illuſtris Philimachius, vt eſt illud Mantuani poëtæ:

*Auſus & ipſe manu iuuenum tentare laborem,*

*ſphæriſtarum ſe turmalibus conſtanter immiſcuit. Pulchrè enim hoc fecerat, ſed cum adhuc eſſent anni minores: Qui cum frequenter de loco ſtans turmæ diſcurrentis impulſu ſummoueretur, nunc quoque acceptus in aream tam pilæ coram præteruolantis, quàm ſuperiectæ:* E
*nec intercideret tramitem nec cauaret: ad hoc per cataſtropham ſæpe pronatus, ægrè de ruinoſo flexu ſe recolligeret, primus ludi ab accentu ſeſe remouit ſuſpirioſus extis incaleſcentibus. Namque & iecuſculi fibra tumente pungebant excercitatum crebri dolores. Deſtiti protinus & ipſe, facturus cõmunione ceſſandi rem charitatis, ne verecundiam laſſitudo fraterna pateretur. Ergo vt reſedimus, & illum mox aquã ad faciem petere ſudor admonuit, exhibita poſcenti eſt: pariter & linteum villis onuſtum, quòd pridiana ſquama politum caſu ſub ipſis ædiculæ valuis bipatentibus de ianitoris erecto trocleatim fune nutabat, quo dum per ocium genas ſiccat, Vellem, inquit, ad pannum ſimilis officij, aliquod tetraſtichon mihi ſcribi iuberes. Fiat inquam. Sed quod meum, dixit, & nomen metro teneret. Reſpondi poſſibilia factu, quæ popoſciſſet. Ait & ipſe,* F
*Dicta ergo. Tunc ego arridens, ilico ſcias muſas moueri, ſi choro ipſarum [ non ] abſque arbitris vacem. Reſpondit ille violenter, & perurbáne; vt eſt natura vir flammeus, quidamq́; facundiæ fons inexhauſtus: Vide, domine Solli, ne magis Apollo forte moueatur, quod ſuas alumnas ſolus ad ſecreta ſolicitas. Iam potes noſſe quem plauſum ſententia tam repentina, tam lepida, commouerit. Nec plus moratus mox ſuo ſcriba, qui pugillarem iuxta tenebat, ad me vocato ſubditum ſic epigramma compoſui.*

*Mane nouo ſeu cum feruentia balnea poſcunt,*





*Seu cum venatu frons calefacta madet:*
*Hoc foueat faciem pulcher Philimachius vdam,*
*Migret vt in bibulum vellus ab ore liquor.*

*Epiphanius noſter vix ſupraſcripta perarauerat & nuntiatum eſt hora monente progredi epiſcopum de*
G *receptorio: Nosq́; ſurreximus? Da poſtulatæ tu veniam cantilenæ. Illud autem ambo, quod maius eſt, quodq́; mẽ nuper in quendam dies bonos male ferentem parabolicè ſeu figuratè dictare iuſſiſtis, quódque expeditum cras dirigetur; clam recenſete. Et ſi placet edentes fouete, ſi diſplicet; delentes ignoſcite. Vale.*

## EPIST. XVIII.

### SIDON. ATTALO SVO S.

A *HEduæ ciuitati te præſidere cœpiſſe, libens atque cum gaudio accepi; lætitiæ cauſa quadripartita eſt: Prima quòd amicus: ſecunda quòd iuſtus es: tertia, quòd ſeuerus: quarta, quòd proximus. Quo fit; vt noſtris, noſtrorúmque contractibus, plurimum velis, debeas, poſſis opitulari. Igitur amplectens in familiari venuſto nouum ius poteſtatis indeptæ; materiã beneficiis tuis iam diu quæro. Quibus me tantum fidere agnoſce, vt etſi non inueniam quæ poſcam, quæſiturus mihi videaris ipſe, quæ tribuas. Vale.*

## EPIST. XIX.

### SIDON. PVDENTI SVO S.

A *NVtricis meæ filiam filius tuæ rapuit, facinus indignum: quodq́; vos nóſque inimicaſſet, niſi protinus ſciſſem te neſciſſe faciendum. Sed conſcientiæ tuæ purgatione prælata, petere dignaris culpæ calentis impunitatem: ſub conditione concedo, ſi ſtupratorem pro domino iam patronus originali ſoluas inquilinatu. Mulier autem illa iam libera eſt, quæ tum demum videbitur non ludibrio addicta, ſed aſſumpta coniugio, ſi*

*reus noſter pro quo precaris, mox cliens factus è tributario, plebeiam potius incipiat habere perſonam, quàm colonariam. Nam meam hæc ſola ſeu compoſitio, ſeu ſatisfactio, vel non mediocriter contumeliam emendat: qui tuis votis atque amicitijs hoc adquieſco ſi laxat libertas maritum ne conſtringat pœna raptorem. Vale.*

## EPIST. XX.

### SIDONIVS PASTORI SVO SALVTEM.

*QVod die heſterno tractatui ciuitatis in concilio defuiſti, ex induſtria factum pars melior accepit, quæ ſuſpicata eſt id te cauere, ne tuis humeris onus futuræ legationis imponeretur. Gratulor tibi quòd iſtis moribus viuis, vt neceſſe habeas electionem tui timere laudo efficaciam, ſuſpicio prudentiam, proſequor laude felicitatem. Opto denique æqualia iis, quos æqualiter amo. Multi frequenter, quos execrabilis popularitas agit, ciuium maximos manu prenſant, déque conſeſſu publico abducunt, ac ſequeſtratis oſcula impingunt, operam ſuam ſpondent, ſed non petiti. Vtq́; videantur in negocij communis aſſertione legari, euectionem refundunt, ipſosq́; ſumptus vltro recuſant, & ab ambitu clam rogant ſingulos, vt ab omnibus palam rogentur. Sic quoque cum fatigatio (illorum) gratuita poſſit libenter admitti, libentius tamen atque amabilius verecundi leguntur, idq́; cum expenſa tantum impudentia ſeſe ingerentium ponderis habet, etiamſi faſcium tributario nomine ipſorū nil ſuperfunditur. Proinde quamquàm te non fefellit quid boni quiq́; meditarentur, redde te tamen expectantium votis, expetentiúmque charitatem proba, qui iam probaſti pudorem. Quòd defuiſti primum, modeſtiæ aſcribitur: Ad ignauiam reſpi-*

cit



*cit ſecunda dilatio. Præterea tibi Arelatem profectura eſt, venerabilis in itinere tuo mater, fratres, amantes, redamantisq́; patriæ ſolum, ad quod & præter occaſionem voluptuosè venitur. tum domus propria, cuius actorem, vineam, meſſem, oliuetum, tectum quoque ipſum tibi, vel dum præteruehar is, inſpicere commodi eſt. Quapropter miſſus à nobis, & tibi peruenis. Nanque erit talis via tuæ cauſæq́; noſtræ condi-*
C *tio (ni fallor,) atque opportunitas, vt pro beneficio ciuitati poſſis imputare quandocunque videaris, quod tuos videris. Vale.*

## EPIST. XXI.

### SIDONIVS SACERDOTI ET IVSTINO SVIS S.

A *VIctorius patruus veſter, vir vt egregius, ſic vndecunque doctiſſimus, cum cætera potenter, tum potentiſſimè cōdidit verſus. Mihi quoque ſemper à paruo cura fuit muſarum. Nunc vos parenti venitis hæredes, quàm iure, tam merito. Ilicet ego poëtæ proximus ſio profeſſione, vos ſemine. Ergo iuſtiſſimum eſt, vt defuncto ſic quiſq́; noſtrum ſuccedat, vt iungitur. Ideóque patrimonia tenete, date carmina.*

*Vale.*

C. SOLLII

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER VI.

## EPISTOLA I.

### SIDONIVS DONINO PAPAE LVPO SALVTEM.

*BENEDICTVS Spiritus ſanctus, & Pater Dei omnipotentis, quòd tu pater patrum, & epiſcopus epiſcoporum, & alter ſeculi tui Iacobus, de quadam ſpecula claritatis, nec de inferiore Ieruſalem, tota eccleſiæ Dei noſtri membra ſuper inſpicis, dignus qui omnes conſoleris infirmos, quiq; merito conſularis ab omnibus. Et quid nunc ego dignum dignationi huic putris & fœtida reatu terra reſpondeam? Colloquij ſalutaris tui, & indigentiam patiens, & timore recordatione vitæ plectibilis adducor, vt clamem tibi quod dixit Domino tuus ille collega: Exi à me quia homo peccator ſum domine. Sed ſi iſte timor non temperetur affectu, vereor ne Geneſarenorum deſtituar exemplo, & diſcedas à finibus meis. Quin potius illud quòd mihi conducibilius eſt, colleproſi mei te propoſita conditione conſtringam, vt dicam tibi: Si vis, potes me mundare. Qua ille ſententia non plus de Chriſto, quid peteret prodidit, quàm quid crederet publicauit. Ergo ne cum ſis procul ambiguo*



*ambiguo primus omnium toto, qua patet, orbe pontificum, cùm prærogatiuæ tuæ ſubijciatur, cùm cenſuræ tuæ attremat etiam turba collegij, cùm in grauitatis veſtræ comparationem, ipſa etiam grandæuorum corda puereſcant, cùm poſt deſudatas militiæ Lirinenſis excubias, & in apoſtolica ſede nouẽ iam decurſa quinquennia, vtriuſque ſanctorum ordinis quendam te conclamatiſſimum primipilarem ſpiritalia caſtra venerẽtur, tu nihilominus haſtatorum anteſignanorumq; pauliſper contubernio ſequeſtratus, vltimos calones tuos, lixasq; non deſpicis, & ad extremos trahariorum, qui per inſipientiam ſuam adhuc ad carnis ſarcinas ſedent, crucis diu portatæ vexilla circunfers, ac manum linguæ porrigis, in conſcientia vulneratus. Noſti (vt apparet) ex aduerſa acie ſauciatos Dux veterane colligere, & peritiſſimus tubicen ad Chriſtum à peccatis receptui canere, & euangelici paſtoris exemplo non amplius lætaris, ſi permaneant ſani, quàm ſi non remaneant vulnerati. Te ergo norma morum, te columna virtutum, te ſi blandiri reis licet, vera, quia ſancta, dulcedo, deſpicatiſſimi vermis vlcera, digitis exhortationis attrectari non piguit: tibi auaritiæ non fuit paſcere monitis animam fragilitate ieiunam, & de apotheca dilectionis altiſſimæ ſectandæ nobis humilitatis propinare menſurã. Sed ora, vt quandoque reſipiſcam, quãtum meas deprimat oneris impoſiti maſſa ceruices facinorum continuatione miſer eo neceſſitatis acceſſi, vt is pro peccato populi nũc orare compellar, pro quo populus innocentum vix debet impetrare, ſi ſupplicet. Nam quis bene medelã æger impartiat? Quis febriens, ægrotanti tactu pulſum diſtinguat incolumem? Quis deſertor ſcientiam rei militaris iure laudauerit? Quis eſculentus abſtemium competenter arguerit? Indigniſſimus mortalium, neceſſe*

*ceſſe habeo dicere, quod facere detrecto: & ad mea ipſe verba damnabilis, cum imperem quæ non impleo,* IDEM IN ME *cottidie cogor dictare ſententiam. Sed ſi tu inter me & illum, cui crucifigeris Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum pro ſcelerum meorum populo iunior mage, quàm minor Moſes, interceſſor aſſiſtas: non vlterius deſcendemus in infernum viuentes, nec per carnalium vitiorum incentiua flammati ad altare domini ignem diutius accendemus alienum. Quia quanquam nos, vtpote reos, gloriæ libra non reſpicit, ſatis tamen ſupérque gaudebimus, ſi precatu tuo leuare valeamus interioris hominis noſtri, & ſi non integrum ad remunerationem, certe vel cicatricatum pectus ad veniam. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. II.

### SIDONIVS PAPAE PRAGMATIO SALVTEM.

VEnerabilis *Eutropia matrona, quòd ad nos ſpectat, ſingularis exempli (quæ parſimonia & humanitate certantibus, non minus ſe ieiuniis, quàm cibis pauperes paſcit, & in Chriſti cultu peruigil, ſola in ſe compellit peccata dormire) mœroribus orbitatis, neceſſitate litis adiecta, in remedium mali duplicis perfectionem veſtræ conſolationis expetere feſtinat, gratanter habitura ſiue iſtud tibi peregrinatio breuis, ſeu longum computetur officium. Igitur præfata, venerabilis fratris mei, nunc iam præsbyteri, Agrippini, ne iniurioſum ſit dixiſſe, nequitiis, certè fatigatur argutiis: qui abutens imbecillitate matronæ non deſiſtit ſpiritalis animæ ſerenitatē ſecularium verſutiarū flatibus turbidare, cui filij nec poſt multo nepotis amiſſi duæ pariter plagæ recentes, ad diuturni viduuij vulnus adduntur. Tentauimus inter vtrunque componere, nos maximè, quibus in eos nouum ius profeſſio vetuſtumque faciebant amicitiæ, aliqua cenſentes, ſuadentes quæpiam, plurima ſupplicantes. Quódque miremini in omnem concordiæ ſtatum promptius à fœminea parte diſceſſum eſt. Et quanquam ſe altius profuturum filiæ paterna iactaret prærogatiua, nurui tamen magis placuit, munificentiæ ſocrualis oblatio. Iurgium interim ſemiſopitum veſtris modo finibus inſeritur. Pacificate certantes, & pontificalis autoritate cenſuræ ſuſpectis ſibi partibus indicite gratiam, dicite veritatem. Sancta enim Eutropia, ſi quid vadimonio meo creditis, victoriam computat, ſi vel poſt damna non litiget. Vnde & ſuſpicor vobis vnam pronuntiandam domum diſcordioſam, licet inueniatis vtranque diſcordem. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*



## EPIST. III.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE LEONTIO SALVTEM.

E*Tſi nullis hortatibus primordia noſtræ profeſſionis animatis, neque ſitim ignorātiæ hactenus ſecularis, vllo ſupernæ rigatis imbre doctrinæ, non ego tamen tantum mei meminens non ſum, vt à meis præſumam partibus æquali officiorū lance certandum. Nam cū noſtra mediocritas ætate vitæ, tēpore dignitatis, priuilegio loci, laude ſcientiæ, dono conſcientiæ veſtræ facilè vincatur, nullum meremur, ſi par expectamus, alloquium. Igitur non incuſantes ſilentium veſtrum, ſed loquacitatem noſtram potius excuſare nitentes, commendamus apicum portitorem: Cuius ſi peregrinationem prompto fauore foueatis, grandis actionibus illius campus ſecuritatis aperitur. Negociū huic teſtamentarium eſt, latent eum propriarum merita cartarum. Togatorum illic peroran*

perorantum peritiam conſulere perrexit, pro victoria cõputaturus ſi ſe intellexerit iure ſuperari, modo ne ſibi ſuiſq́; deſidiæ vitio perperam cauiſſe culpetur. Hunc eatenus commendare præſumo, ut ſi eum inſtruere dignanter aduocatio conſulta faſtidit, autoritas coronæ tuæ diſsimulantibus ſtudeat excudere reſponſi celeritatem. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.

## EPIST. IIII.

### SID. DOMINO PAPAE LVPO S.

PRæter officium quòd incomparabiliter eminenti apoſtolatui tuo ſine fine debetur, & ſi abſque intermiſſione ſoluatur, commendo ſupplicum baiulorum pro noua neceſſitate vetuſtam neceſſitudinem: qui in Aruernam regionem longum iter (his quippe temporibus) emenſi, caſſo labore venerunt. Nanque vnam fœminam de affectibus ſuis, quam fortè Vargorum (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) ſuperuẽtus abſtraxerat, iſtò deductam ante aliquot annos, iſticq́; diſtractam, cùm non falſo indicio comperiſſent, certis quidem ſignis, ſed non recentibus inquiſiuêre veſtigijs: atque ob iter hac eadem laborioſa, priuſquam ij adeſſent, in negotiatoris noſtri domo, dominioq́; palam ſanè venundata defungitur, quodam Prudente (hoc viro nomen, quẽ nunc Tricaſſibus degere fama diuulgat) ignotorum nobis hominum collaudante contractum, cuius ſubſcriptio intra formulam nundinarum, tãquam idonei aſtipulatoris, oſtenditur. Autoritas perſonæ, oportunitas præſentiæ tuæ, inter coràm poſitos facile valebit, ſi dignabitur, ſeriem totius indagare violentiæ. C Quæ quod grauius eſt, eo facinoris acceſſit (quantum portitorũ datur noſſe memoratu) vt etiam in illo latrocinio quẽdam de numero viantum conſtet extinctum. Sed quia indicij veſtri medicinã expetunt ciuilitatemq́;, qui negocium criminale

criminale parturiunt, veſtrarum (ſi bene metior) partium, pariter & morum eſt, aliqua indemni compoſitione iſtorum dolori, illorum periculo ſubuenire, & quodam ſalubris ſententiæ temperamento hanc partem minus afflictam, illam minus ream, & vtranque plus facere ſecuram: ne iurgij ſtatus (vt ſeſe fert temporis lociq́; ciuilitas) talem diſcedat ad terminum, quale cœpit habere principium. Memor noſtri eſſe dignare domine papa.

## EPIST. V.

### SID. DOMINO PAPAE THEOPLASTO S.

A CAuſam meam neſciens agit, qui à me ad vos literas portat. Nam dum votiui mihi ſit gerulus opportunus officij, beneficium præſtat, quod ſe arbitratur accipere, ſicuti nunc venerabilis Donidius dignus inter ſpectatiſſimos quoſque numerari, cuius cliẽtem pueroſq́; commendo, profectos, ſeu in patroni neceſſitatem, ſeu in domini laborem peregrinantium, qua poteſtis ope, humanitate, interceſſione tutamini: ac ſi in aliquo amicus ipſe per imperitiam nouitatemq́; publicæ conuerſationis videbitur minus efficax, vos hoc potius aſpicite, quid abſentis cauſa, non quid præſentis perſona mereatur. Memor noſtri eſſe dignare domine papa.

## EPIST. VI.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE EVTROPIO S.

A POſtquam fœdrifragam gentẽ rediſſe in ſuas ſedes comperi, neque quicquam viãtibus inſidiarũ parari, nefas credidi vlterius officiorum differre ſermonem, ne veſter affectus quandã vitio meo duceret vt gladius impolitus de curæ raritate rubiginẽ. Vnde miſſo in hoc ſolum negocij gerulo literarum, quàm nobis ſit corpuſculi ſtatus in ſolido, quam ve ex animi ſententia

*res agantur, ſolicitus inquiro: ſperans ne ſemel mihi a-
mor veſter indultus, aut interiecti itineris longitudi-
ne, aut abſentiæ communis diuturnitate tenuetur, quia
bonitas conditoris habitationem potius hominũ, quàm
charitatem finalibus claudit anguſtijs. Reſtat vt veſtra
beatitudo compunctorij ſalubritate ſermonis, auidam
noſtræ ignorantiæ paſcat eſuriem. Eſt eum tibi nimis
vſui, vt exhortationibus tuis interioris hominis maciẽ
ſæpe numero myſticus adeps & ſpiritalis aruina diſtẽ-
dat. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. VII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE FON-
### TELO SALVTEM.

*SI aliquid ad inchoandam gratiam compendij po- A
ſteris tribuat neceſſitudo præmiſſa ſeniorẽ, ego quo-
que ad apoſtolatus tui notitiam pleniorem, cum præ-
rogatiua domeſticæ familiaritatis, accedo. Nam ſic te B
familiæ meæ validiſſimum in Chriſto ſemper patronum
fuiſſe reminiſcor, vt amicitias tuas non tam expetendas
mihi, quàm repetendas putem. ijs adijcitur, quod in-
digniſſimo mihi impoſitum ſacerdotalis nomen officij
confugere me ad precum veſtrarum præſidia compel-
lit: vt adhuc vlceroſæ conſcientiæ nimis hiulca vulne-
ra veſtro ſaltem cicatricentur oratu. Quapropter me
meoſq́; commendans, & excuſans literas ſeriores, gran-
diter obſecro, vt interceſſione conſueta, cuius viribus
immane polletis, clericalis tyrocinij in nobis reptantia
rudimenta tueanimi: vt ſi quid dignabitur de morum
prauitate noſtrorum immutabilis Dei mutare cle-
mentia, totum id ſuffragiorum veſtrorum patrocinio
debeamus. Memor noſtri eſſe dignare domine
Papa.*

EPIST.



## EPISTOL. VIII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE
### GRAECO S.

A *APicum oblator pauperem vitam ſola mercandi
actione ſuſtentat: non illi eſt opificium quæſtui,
militia commodo, cultura compendio: hoc ipſum quod
mercenarijs proſecutionibas & locaticia fatigatione
cognoſcitur: fama quidem ſua, ſed facultas creſcit a-
liena: ſed tamen quoniam illi fides magna (etſi parua
ſubſtantia) quotiens cum pecunijs quorumptam cata-
pli recentis nundinas adit, creditoribus bene credulis
ſola deponit morum experimenta pro pignore. Inter
dictandum mihi iſta ſuggeſta ſunt, nec ob hoc dubito
audita fidenter aſſerere: quia non parum mihi intimos
agunt, quibus eſt ipſe ſatis intimus. Huius igitur tene-
ram frontem, dura rudimenta commendo: & quia no-
men eiuſdem: ſectorum nuper Albus accepit, agno-
ſcitis profecturo ciui me epiſtolam: clerico debuiſſe for-
matam: quem propediem non iniuria reor mercatorem
ſplendidum fore, ſi hinc ad veſtra obſequia feſtinans
frigoribus fontium ciuicorum ſæpe fontem mediatoris
anteferat. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. IX.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE
### LVPO SALVTEM.

A *VIr iam honeſtus Gallus, quia iuſſus ad cõiugem re-
dire non diſtulit, literarum mearum obſequium:
veſtrarum reportat effectum. Cui cùm pagina, quam
miſeratis, reſeraretur, actutum compunctus ingemuit:
deſtinatamq́; non ad me epiſtolam, ſed in ſe ſententiã
indicauit. Itaque confeſtim iter in patriam ſpopondit,
adornauit, arripuit. Quem nos propter hanc ipſam pœ-
nitudinis celeritatem, non increpatiuè, ſed conſolatoriè*

*potius compellare curauimus: quia vicinaretur inno[illegible]-tiæ feſtinata correctio. Neque enim quiſquam etiã ſibi bene conſcius plus facere præſumpſit (ſi quis tamen veſtræ correctionis orbitam non relinquit) quippe cùm ea ipſa, quæ legimus parcentis verba cenſuræ, maximæ emendationis incitamẽta ſint. Nam quid poteſt eſſe caſtigationis huiuſce tenore pretioſius, in qua forte peccato animus æger, reperit intrinſecus remedium, cùm non valeret extrinſecus inuenire conuitium? Quod ſupereſt, obſecramus, vt crebra oratione, per quàm vitiis omnibus immane dominamini, nos quoque ſicut Euangelicos Magos remeaſſe manifeſtum eſt, vel iam nunc per aliam viam morum in beatorum patriam redire faciatis. Penè omiſeram, quod prætereundum minimè fuit: Agite gratias Innocentio ſpectabili viro, qui vt præceperatis, grauiter morem geſſit iniunctis. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.* B

## EPIST. X.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE CENSERIO SVO S.

*Gerulum literarum Leuitici ordinis honeſtat officium. Hic cũ familia ſua deprædationis Gothicæ turbinem vitans, in territorium veſtrum delatus eſt, ipſo (vt ſic dixerim) pondere fugæ: vbi in re eccleſiæ, cui ſanctitas tua præſidet, paruam ſementem ſemi confecto ceſpiti aduena ieiunius iniecit: cuius ex ſolido colligendæ fieri ſibi copiam exorat. Quem ſi domeſticis fidei deputata humanitate foueatis, id eſt, vt debitũ glebæ canonem non petatis, tantum lucelli præſtitum ſibi computat (peregrini hominis vt cenſus, ſic animus anguſtus) ac ſi in patrio ſolo ruſticaretur. Huic ſi legitimam, vt mos eſt, ſolutionem perexiguæ ſegetis indulgeas, tanquam opiparè viaticatus, cum gratiarũ actio-* A



*ctione remeabit, per quem ſi me ſtylo ſolitæ dignationis impartias, mihi fraternitatiq; iſtic ſitæ pagina tua veluti polo lapſa reputabitur. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. XI.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE ELEVTHERIO SVO S.

A *Iudæum præſens charta commendat, non quòd mihi placeat error, per quem pereunt inuoluti, ſed quia neminem ipſorum nos decet ex aſſe damnabilem pronuntiare, dum viuit. In ſpe enim adhuc abſolutionis eſt, cui ſuppetit poſſe conuerti. Quæ ſit verò negocij ſui ſeries, ipſe rectius præſentanea coram narratione patefaciet. Nam prudentiæ ſatis obuiat, epiſtolari formulæ debitam concinnitatem plurifario ſermone porrigere. Sanè quia ſecundum vel negocia vel iudicia terrena, ſolent huiuſcemodi homines honeſtas habere cauſas, tu quoque potes huius laborioſi etſi impugnas perfidiam, propugnare perſonam. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. XII.

### SID. DOMINO PAPAE PATIENTI S.

A *Aliquis aliquem: ego illum præcipuè puto ſuo viuere bono, qui viuit alieno: quiq; fidelium calamitates, indigentiamq; miſeratus facit in terris opera cœlorum. Quorſum iſta hæc inquis? Te ſententia quàm maximè Papa beatiſſimè petit; cui non ſufficit illis tantum neceſſitatibus opem ferre, quas noueris; quiq; vſque in extimos terminos Galliarum charitatis indage porrecta, prius ſoles indigentum reſpicere cauſas, quàm inſpicere perſonas. Nullius obeſt tenuitati debilitatique, ſi te expetere non poſſit. Nam praeue-*

 *niis*

*nis manibus illũ. qui non valuerit ad te pedibus per-
uenire. Tranſit in alienas prouincias vigilantia tua, & 
in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, vt lõgè poſitorum
cõſoletur anguſtias: & hinc fit, vt quia crebro te nõ mi-
nus abſentũ verecundia, quàm præſentum querimonia* B
*mouet, ſæpe terſeris eorũ lacrymas, quorũ oculos non vi-
diſti. Omitto illa quæ cottidie propter defectionẽ ciuium
pauperatorũ, irrequietis toleras excubiis, precibus, ex-
penſis. Omitto te tali ſemper agere tẽperamento, ſic ſem-
per humanũ, ſic abſtemiũ iudicari: vt conſtet indeſinen-
ter regẽ præſentem prandia tua, reginã laudare ieiu-
nia. Omitto te tanto cultu eccleſiã tibi creditam cõue-
nuſtare, vt dubitet inſpector melius ne noua opera con-
ſurgant, an vetuſta reparentur. Omitto per te plurimis
locis baſilicarũ fundamenta conſurgere, ornamẽta du-
plicari. Cumq́; multa in ſtatu fidei tuis diſpoſitionibus
augeantur, ſolũ hæreticorum numerum minui, teq́; quo-
dam venatu apoſtolico, ferat Photinianorũ mentes ſpi-
ritalium prædicationũ caſſibus implicare, atque à tuo
barbaros iam ſequaces quotiens cõuincuntur verbo, non
exire veſtigio, donec eos à profundo gurgite erroris feli-* C
*ciſſimus animarum piſcator extraxeris, & horũ aliqua
tamen cum reliquis forſan cõmunicanda collegis. Illud
autem deberi tibi quodã, vt iuriſconſulti dicunt præci-
pui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias, quod poſt
Gothicam depopulationem, poſt ſegetes incẽdio abſum-
ptas, peculiari ſumptu inopiæ communi per deſolatas
Gallias gratuita frumenta miſiſti, cum tabeſcẽtibus fa-
me populis nimium contuliſſes, ſi cõmercio fuiſſet ſpecies
iſta non munere. Vidimus anguſtas tuis frugibus vias,
vidimus per Araris & Rhodani ripas, non vnum quod
vnus impleueras, horreum. Fabularum cedant figmẽta
gentiliũ, & ille quaſi in cœlum relatus pro reperta ſpi-*





*carum nouitate Triptolemus, quem Græcia ſua cemen-
tariis, pictoribus, ſignificibus illuſtris, ſacrauit templis,
formauit ſtatuis, effigiauit imaginibus. Illum dubia fa-
ma conciliat per rudes, adhuc, & Dodonigenas popu-*
D *los duabus vagum nauibus, quibus poëtæ deinceps for-
mam draconum deputauerint ignotam contuliſſe ſe-
mentem. Tu, vt de mediterranea taceam largitate, vi-
ctum ciuitatibus Tyrrheni maris erogaturus, grana-
riis tuis duo potius flumina quàm duo nauigia comple-
ſti. Sed ſi fortè Achaicis Eleuſinæ ſuperſtitionis exem-
plis, tanquam minus idoneis, religioſus laudatus offen-
ditur, ſepoſita myſtici intellectus reuerentia, venerabi-
lis patriarchæ Ioſeph hiſtorialẽ diligentiam compare-
mus, qui contra ſterilitatem ſeptem vberes annos inſe-
cuturam, facile prouidit remedium quod præuidit. Se-
cundum tamen moralem ſententiam nihil iudicio meo
minor eſt, qui in ſuperueniente ſimili neceſſitate nõ di-
uinat ſed ſubuenit. Quapropter & ſi ad integrũ conij-
cere non poſſum, quantas tibi gratias Arelatenſes, Re-
ienses Auenicus, Arauſionenſis quoque & Albenſis,*
E *Valentinæq́; necnon & Tricaſtinæ vrbis poſſeſſor exol-
uat, quia difficile eſt eorum ex aſſe vota metiri, quibus
noueris alimoniam ſine aſſe collatã. Aruerni tamen op-
pidi ego nomine, vberes per quàm gratias ago, cui vt
ſuccurrere meditauere, nõ te cõmunio prouinciæ, nõ pro-
ximitas ciuitatis, nõ opportunitas fluuij, nõ oblatio pre-
tij adduxit. Itaque ingentes per me referũt grates, qui-
bus obtigit per panis tui abundantiã, ad ſui ſufficiẽtiã
peruenire. Igitur ſi mandati officij munia ſatis videor
impleſſe, ex legato nuntius ero. Ilicet ſcias volo, per om-
nẽ fertur Aquitaniã gloria tua: amaris, laudaris, deſi-
deraris, excoleris, omnium pectoribus, omniũ votis. In-
ter hæc temporum mala, bonus ſacerdos, bonus pater,*

bonus annus es quibus operæprecium fuit, fieri famem ſuam periculo, ſi aliter eſſe non poterat tua largitas experimento. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER VII.

## EPISTOLA I.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE MAMERCO S.

RVMOR eſt Gothos in Romanum ſolum caſtra mouiſſe. Huic ſemper irruptioni nos miſeri Aruerni ianua ſumus. Nãque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta ſubminiſtramus, qui quod nec dũ terminos ſuos ab oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerunt, ſolã (ſub ope Chriſti) moram de noſtro tantum obice patiuntur. Circumiectarum verò ſpacia tractũmque regionũ iam pridem regni minacis importuna deuorauit impreſſio: ſed animoſitati noſtræ tam temerariæ, tamq; periculoſæ non nos aut ambuſtam murorum faciem, aut putrẽ ſudium cratem, aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura: ſolo tantum inuectarum te autore rogationum palpamur auxilio, quibus inchoandis inſtituendiſq; populus Aruernus, & ſi non effectu pari, affectu certe non impari cœpit initiari: & ob hoc circumfuſis nec dum dat terga terroribus. Non enim latet noſtram oſcitationem, primis temporibus harumſce ſupplicationum inſtitutarum, ciuitas cœlitus tibi credita per huiuſmodi prodigiorum terriculamenta vacuabatur: Nam modo ſcenæ mœnium publicorum crebris terræ motibus concuciebantur: nunc ignes ſæpe flammati caducas culminum criſtas ſuperiecto fauillarum monte tumulabãt: nunc ſtupenda foro cubilia collocabat audacium pauenda manſuetudo ceruorũ: cùm tu inter iſta, diſceſſu primorum populariũmque ſtatu vrbis exinanito, ad noua celer, veterum Niniuitarum exempla, decurriſti, ne diuinæ admonitioni tua quoque deſperatio conuitiaretur, & vere iam de Deo tu minime poteras abſque peccato poſt virtutum experimenta diffidere. Nam cum vice quadam ciuitas conflagrare cœpiſſet, fides tua in illo ardore plus caluit: & cùm in conſpectu pauidæ plebis, obiectu ſolo tui corporis ignis recuſſus in tergum fugitiuis flexibus ſinuaretur, miraculo terribili, nouo, inuſitato, affuit flammæ cedere per reuerentiam, cui ſentire defuit per naturam. Primum igitur & iis paucis noſtri ordinis viris indicis ieiunia, interdicis flagitia, ſupplicia prædicis, remedia promittis, exponis omnibus nec pœnam longinquam eſſe, nec veniam, doces denuntiatæ ſolitudinis minas orationum frequentia molliendas: mones aſſiduitatem furentis incendij, aqua potius oculorum quàm fluminum poſſe reſtingui: mones minacem terræ motuum conflictationem fidei ſtabilitate firmandum, cuius confeſtim ſequax humilis turba conſilij, maioribus quoque ſuis fuit incitamẽto, quos cùm non piguiſſet fugere, redire non puduit. Qua deuotione placatus inſpector pectorum Deus, fecit eſſe obſecrationem veſtram vobis ſaluti, cæteris imitationi, vtriſque præſidio. Denique illic deinceps non fuêre vel damna calamitati, vel oſtenta formidini. Quæ omnia ſciens populus iſte Viennenſibus tuis & accidiſſe prius, & non acceſſiſſe poſterius, veſtigia tam ſa-

*croſanctæ informationis amplectitur, ſedulo petens vt conſcientiæ tuæ beatitudo mittat orationum ſuarũ ſuffragia, quibus exempla tranſmiſit. Et quia tibi ſoli conceſſa eſt poſt auorum memoriam, vel confeſſorẽ Ambroſium duorum martyrum repertorem, in partibus orbis occidui, martyris Ferreoli ſolida translatio, adiecto noſtri capite Iuliani, quod iſtinc turbulento quondã perſecutori manus retulit cruenta carnificis: non iniurium eſt quod pro compenſatione depoſcimus: vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc redijt pars patroni. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. II.

### SID. DOMINO PAPAE GRAECO S.

*ONeras, conſummatiſſime pontificũ, verecundiam meam multifaria laude cumulando, ſi quid ſtylo ruſticante perarauero, atque vtinã reatu careat, quod apicum primore congreſſu quãquam circũſcriptus, veritati reſultãtia tamen & diuerſa connexui. Ignorãtia ſiquidẽ mea callidus viator impoſuit. Nam dum ſolùm mercatoris prætendit officium, literas meas ad formatæ vicem, ſcilicet vt Lector, elicuit, ſed quas aliquam gratiarũ actionẽ continere decuiſſet. Nãque (vt poſt comperi) plus Maſſilienſiũ benignitate profectus eſt quàm ſtatus ſui, ſeu per cenſum, ſeu per familiam forma pateretur: quæ tamẽ vt geſta ſunt, ſi quiſpiam dignus relator euolueret, fierent iocũda memoratu. Sed quoniã iubetis ipſe, vt aliquid vobis à me lætũ copioſumq́ pagina ferat: Date veniã ſi hãc ipſam tabellarij noſtri hoſpitalitatẽ comicis ſalibus cõparandã ſalua veſtrarum auriũ ſeueritate perſtringamus, ne ſecũdo inſinuatũ, nõ nunc primũ noſſe videamur: Simul & ſi moris eſt regularũ, vt ex materia omni vſurpẽtur principia dicendi, cur hic quoque quodcũque mihi ſermocinaturo materia longius quæratur expectaturq́, niſi vt ſermoni noſtro ſit ipſe pro cauſa, cui noſter ſermo erit pro ſarcina? Aruerni huic patria, parentes natalibus non ſuperbis* C *ſed abſolutis, & ſicut nihil illuſtre iactantes, ita nihil ſeruile metuentes, contenti cenſu modico, ſed eodem vel ſufficiente vel libero: militia illis in clericali potius, quã in palatino decurſa comitatu; pater iſti grãditer frugi, & liberis parũ liberalis: quique per nimiam parſimoniam iuueni filio plus prodeſſe quàm placere maluerit: Quo relicto tunc puer iſtè vos petijt nimis expeditus, quòd erat maximũ conatibus primis impedimentum: nihil eſt enim viatico leui grauius. Attamen primus illi in veſtra mœnia ſatis ſecũdus introitus. Sancti Euſtachij (qui vobis deceſſit) actutum dicto factóque gemina benedictio, hoſpitium breui quæſitum, iam Euſtachij cura facilè inuentum, celeriter aditũ, ciuiliter locatum. Iam primũ crebro accurſu excolere vicinos, idẽtidem ab ijs ipſe haud aſpernanter reſalutari. Agere cum ſingulis, prout ætatis ratio permitteret, grandæuos obſequijs, æquæuos officijs obligare, pudicitiã præ cæteris, ſobrietatémque ſectari quòd tam laudandũ in iuuentu-* D *te, quàm rarum. Summatibus deinceps & tunc comiti ciuitatis non minus opportunis quàm frequentibus excubijs agnoſci, innoteſcere, familiareſcere, ſicq́ eius in dies ſedulitas maiorũ ſedulitatibus promoueri, foueri: boni quiq́ certatim, votis omnes, plurimi cõſilijs, priuati donis, cuncti beneficijs adiuuare: perq́ hæc ſpes opesq́ iſtius raptim ſaltuatimq́ cumulari. Fortè accidit, vt diuerſorio cui ipſe ſucceſſerat, quædã fœmina non minus cenſu, quã moribus idonea, vicinaretur: cuius filia infantiæ iã tẽporibus emerſis, necdũ tamen nubilibus annis, appropinquabat. Huic hic blandus (ſiquidẽ ea ætas infantulæ, vt adhuc decẽter) nunc quædam friuola, nũc ludo*

*ludo apta virgineo ſcruta donabat: quibus iſti parum grandibus cauſis plurimum virgunculæ animus copulabatur. Anni obiter thalamo pares quid moror multis? adoleſcens ſolus, tenuis, peregrinus, filiusfamilias, & è patria patre non ſolùm non volente, verùm etiam ignorante diſcedens; puellam non inferiorem natalibus, facultatibus ſuperiorem, medio epiſcopo quia Lector, ſolatio comitis, quia cliens, ſocru non inſpiciente ſubſtantiam, ſponſa nō diſpiciente perſonā, vxorem petit, impetrat, duci; conſcribuntur tabulæ nuptiales: & ſi qua eſt iſtic municipioli noſtri ſuburbanitas, matrimonialibus illic inſerta documentis, inimica largitate, recitatur. Peracta circunſcriptione legitima, & fraude ſolenni, leuat diuitem coniugem pauper adamatus, & diligenter quæ ad ſocrum pertinuerant rimatis conuaſatiſq́;, non paruo etiam corollario facilitatem credulitatemq́; munificentiæ ſocrualis emungens, receptui in patriam cecinit præſtigiator inuictus. Quo profecto mater puellæ hypobolicis inſtrumentis cœpit actionem repetūdarum velle proponere, & tunc demum de mancipiorum ſponſalitiæ donationis paucitate mœrere, quando iam de nepotum numeroſitate gaudebat. Ad hanc placādam noſter Hippolitus perrexerat, cùm literas meas prius obtulit. Habetis hiſtoriam iuuenis eximij, fabulā militiæ velatricæ parem. Simul & ignoſcite præter æquū epiſtolarem formulam porrigenti, quam ab hoc ſtylo morante produxi: vt non tanquam ignotum reciperetis, quem ciuem beneficijs reddidiſtis. Pariter & natura comparatum eſt, vt quibus impendimus ſtudium, præſtemus affectum. Vos verò Euſtachium pontificem tunc ex aſſe digno hærede deceſſiſſe monſtrabitis, ſi vt propinquis teſtamenti, ſic clientibus patrocinij legata ſoluatis. Ecce parui, & obedientis officium garrulitate*

*compleui;*



*compleui, licet negotium indocto qui prolixitatis iniungit, ægrè ferre non debeat, ſi non tam eloquentes epiſtolas recipit, quàm loquaces. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. III.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE MIGECIO S.

A DIu multumq́; deliberaui, quanquam mihi affectus animo ſtudioq́; parendi ſolicitaretur, an deſtinarem, (ſicuti iniungis) conteſtatiunculas quas ipſe dictaui: vicit ad vltimum ſententia, quæ tibi obſequēdum definiebat. ergo petita tranſmiſi & quid modo dicemus? grandis ne hæc obedientia? puto grandis eſt: grandior impudentia tamē. hac enim frōte poſſemus, fluminibus aquas, ſyluis ligna tranſmittere. hac enim temeritate Apellem peniculo, cœlo Phidiam malleo Polycletū muneraremur. Dabis ergo veniā præſumptioni Papa ſancte, facūde, venerabilis, quæ doctiſſimo examini tuo naturali garrulitate deblaterat. Habet conſuetudo noſtra pro ritu, vt etſi pauca edit, multa conſcribat: veluti eſt canibus innatum vt etſi non latrant, tamen hirriant Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. IIII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE FONTELLO S.

A INſinuare quoſcunque iam paueo, quia commendatis nos damus verba, vos munera: tanquam non principalitas ſit cenſenda beneficij, quòd à me peccatore digreſſis ſanctæ communionis portio patet. Teſtis horum eſt Vindicius noſter, qui ſegnius domum præmunificentiæ veſtræ faſce remeauit, quoquo loci eſt conſtanter affirmans, cùm ſitis opinione magni, gradu maximi, non tamen eſſe vos amplius dignitate, quā dignatione lau-

laudandos

*dandos. Prædicat illas ſanctas, melleas & floridas, quæ procedunt de temperata communione, blanditias: nec tamen ex hoc quicquam pontificali deperire perſonæ, quòd ſacerdotij faſtigiũ non frangitis comitate ſed flectitis. Quibus agnitis ſic inardeſco, vt tũ me ſim feliciſſimum iudicaturus, cùm mihi coram poſito ſub diuina ope contigerit tam ſecurũ de Deo ſuo pectus, licet præſumptuoſis, arctis tamen fouere complexibus. Accipite confitentem: ſuſpicio quidem nimis ſeueros, & imbecillitatis meæ conſcius æquanimiter fero aſperos mihi: ſed (quod fatendum eſt) hiſce moribus facilius humilitate ſubmittimur, quàm familiaritate ſociamur. In ſumma, viderit, qua conſcientiæ dote turgeſcat, qui ſe ambientibus rigidũ reddit: ego tamen morum illius æmulator eſſe perlegerim, qui etiã longè poſitorũ incitare in ſe affectat affectũ. Illud quidem mihi inter maxima granditer cordi eſt, quòd apoſtolatus veſtri patrocinium copioſum veriſſimis dominis animæ meæ Simplicio, & Apollinari intermina interceſſione conferre vos comperi. Si verum eſt, rogo vt non habeat veſtra charitas finem: Si falſum eſt, peto, vt non differat habere principium. Præterea commẽdo gerulum literarum, cui iſtic, id eſt, in Vaſionenſi oppido quiddam neceſſitatis exortum ſanari veſtræ autoritatis reuerentiæ pondere poteſt. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. V.

SIDONIVS DOMINO PAPÆ AGRETIO SALVTEM.

*BIturicas decreto ciuium petitus adueni: cauſa fuit euocationis titubãs eccleſiæ ſtatus: quæ nuper ſummo viduata pontifice, vtriuſque profeſſionis ordinibus ambiendi ſacerdotij quoddã claſſicum cecinit: fremit populus per ſtudia diuiſus: pauci alteros, multi ſeſe non*

offerunt



*offerunt ſolùm, ſed inferunt. Si aliquid pro virili portione ſecundum Deum conſulas, veritatiq́ue, omnia occurrunt leuia, varia, fucata. & quid dicam? Sola eſt illic ſimplex impudentia. Et niſi me immeritò queri iudicaretis, dicere auderẽ tam præcipitis animi eſſe pleroſque, támque periculoſi, vt ſacroſanctã ſedem, dignitatémque affectare, pretio oblato nõ reformident: & rem iam dudum in nundinam mitti auctionémque potuiſ-*

B *ſe, ſi quàm paratus inuenitur emptor, venditor tã deſperatus inueniretur. Proinde quæſo vt officij mei nouitatem, pudorem, neceſſitatem, ſpectatiſſimi aduentus tui muneres indultu: & inter tantos motus partiũ factioſarum laborantem me fluctuantemque conſilio. confirmes collegio informes: ornes cõtubernio, tuteris auxilio. Nec te (quanquam Senoniæ caput es) inter hæc dubia ſubtraxeris intentionibus medendis Aquitanorũ: quia minimum refert, quòd nobis eſt in habitatione diuiſa prouincia, quando in religione cauſa coniungitur. Iis accedit, quòd de vrbibus Aquitanicæ primæ, ſolũ oppidum Aruernum Romanis reliquum partibus bella fecerit, Quapropter in conſtituendo præfatæ ciuitatis antiſtite, prouincialium collegarum deficimur numero: niſi metropolitanorum reficiamur aſſenſu. De cætero quod ad honoris veſtri ſpectat prærogatiuam, nullus à me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus eſt, omnia cenſuræ tuæ ſalua, illibata, ſolida ſer-*

C *uantur. Tantùm hoc meum duco, veſtras inuitare perſonas, expectare voluntates, laudare ſententias. Et cùm in locũ ſtatumq́ue pontificis quiſque ſufficitur, vt à vobis præceptum, à me procedat obſequium. Sed ſi (quòd tamen arbitror minimè fore) precibus meis apud vos maleſuadus obſtiterit interpres, facilius poteritis præſentiam veſtrã excuſare quàm culpã: ſicut è diuerſo, ſi*

venitis,

*venitis, oſtenditis, quia terminus potuerit poni veſtræ quidem regioni, ſed non potuerit caritati. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. VI.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE BASILIO S.

*SVnt nobis, munere Dei, nouo noſtrorum temporum exemplo, amicitiarum vetera iura, diuq́; eſt quòd inuicem diligimus ex æquo.* Porrò *autem quod ad communem conſcientiam pertinet, tu patronus, quanquam hoc ipſum præſumptuosè arroganterq́; loquar. Nãque iniquitas mea tanta eſt, vt mederi de lapſuum eius aſſiduitate vix etiam tuæ ſupplicationis efficacia queat. Igitur quia mihi es quàm patrocinio, tam dilectione bis dominus, pariter & quòd memini probè quo polleas igne ſenſuum, fonte verborum, qui viderim Modaharium ciuem Gothum Arrianæ hæreſeos iacula vibrantem, quo tu ſpiritualium teſtimoniorum mucrone confoderis, ſeruata cæterorum tam reuerentia quàm pace pontificum: non iniuria tibi defleo, qualiter eccleſiaſticas caulas iſtius ætatis lupus, qui peccatis pereuntium ſaginatur animarum, clandeſtino morſu necdum intellecti dentis arrodat. Nanque hoſtis antiquus quo facilius inſultet balatibus ouium deſtitutarum, prius dormitantum incipit ceruicibus imminere paſtorũ. Neque ego ita mei meminens non ſum, vt nequaquã me hunc eſſe reminiſcar, quem longis adhuc abluenda fletibus conſciẽtia premat: cuius ſtercora tamen (ſub ope Chriſti) quandoque myſticis orationũ tuarum raſtris eruderabuntur. Sed quoniam ſupereminet priuati reatus verecundiam publica ſalus, non verebor, etſi carpat zelum in me fidei ſiniſter interpres, ſub vanitatis inuidia cauſam prodere veritatis. Euarix rex Gothorum,*

*quod*



*quod limitem regni ſui rupto diſſolutoq́; fœdere antiquo, vel tutatur armorum iure, vel promouet: nec nobis peccatoribus hic accuſare, nec vobis ſanctis hic diſcutere permiſſum eſt: Quin potius ſi requiras, ordinis res eſt, vt & diues hic purpura byſſoq́; veletur, & Lazarus hic vlceribus & paupertate feriatur. Ordinis res eſt, vt dum in hac allegorica verſamur Aegypto, Pharao incedat cum diademate, Iſraëlita cum cophino. Ordinis res eſt: vt dum in hac figuratæ Babylonis fornace decoquimur, nos cum Ieremia ſpiritualem*
C *Ieruſalem ſuſpirioſis plangamus vlulatibus: & Aſſur faſtu regio tonans ſanctorum ſancta proculcet, quibus ego præſentum futurarumq́; beatitudinum viciſſitudinibus, communia patientius incommoda fero: Primum, quod mihi, quæ merear, introſpicienti, quæcunque aduerſa prouenerint leuiora reputabuntur, dein quod certum ſcio, maximum eſſe remedium interioris hominis, ſi in hac area mundi varijs paſſionum flagellis trituretur exterior. Sed, quod fatendum eſt, præfatum regem Gothorum, quanquam ſit ob virium merita terribilis, non tam Romanis mœnibus quàm legibus Chriſtianis inſidiaturum paueſco: tantum (vt ferunt) ori, tantum pectori ſuo, catholici mentio nominis acet, vt ambigas amplius ne ſuæ gentis an ſuæ ſectæ teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc ſolum patitur errorem, quod putat ſibi tractatuum, conſiliorumq́; ſucceſſum tribui pro religione legitima, quem potius aſſequi pro felicitate*
D *terrena. Propter quod diſcite cito catholici ſtatus valetudinem occultam, vt apertam feſtinetis adhibere medicinam. Burdegala, Petrogorij, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Heluſani, Vaſates, Conuenæ, Auſcenſes, multoq́; iam maior numerus ciuitatũ (ſummus ſacer-*

 *dotibus*

*dotibus ipſorum morte truncatis, nec vllis deinceps e-
piſcopis in defunctorum officia ſuffectis, per quos vtique
minorum ordinum miniſteria ſubrogabantur ) latum
ſpiritualis ruinæ limitem traxit, quam fere conſtat ſic
per ſingulos dies morientum patrum proficere defectu,
vt non ſolum quoſlibet hæreticos præſentum, verum etiã* B
*hæreſiarchas priorum temporum potuerit inflectere: ita
populos exceſſu pontificum orbatos, triſtis interciſæ fidei
deſperatio premit, nulla in deſolatis cura diœceſibus
parrochijsq;. Videas in eccleſijs aut putres culminum
lapſus, aut valuarum cardinibus auulſis, baſilicarum
aditus hiſpidorum veprium fruticibus obſtructos. Ipſa,* E
*proh dolor, videas armenta, non modo ſemipatentibus
iacere veſtibulis, ſed etiam herboſa viridantium alta-
rium latera depaſci. Sed iam nec per ruſticas ſolum
ſolitudo parrochias, ipſa inſuper vrbanarum eccleſia-
rum conuenticula rareſcunt. Quid enim fidelibus ſola-
tij ſupereſt, quando clericalis non modo diſciplina, ve-
rumetiam memoria perit? Equidem cum clericus quiſ-
que defungitur, ſi benedictione ſuccidua non accipiat
dignitatis hæredem, in illa eccleſia ſacerdotiũ moritur,
non ſacerdos. Atque ita quid ſpei reſtare pronũties, vbi
facit terminus hominis finem religionis? Altius inſpi-
cite ſpiritualium damna membrorum: profecto intelli-
getis quanti ſubripiuntur epiſcopi, tantorum nobis po-
pulorum fidem periclitaturam. Taceo veſtros Crocum
Simpliciumq; collegas, quos cathedris ſibi traditis eli-
minatos, ſimilis exilij cruciat pœna diſſimilis. Nanque
vnus ipſorum ſe dolet non videre quo redeat: alter ſe
dolet videre quo non redit. Tu ſacratiſſimorum ponti-
ficum Leontij, Fauſti, Græci, vrbe, ordine, charitate me-
dius inueniris. per vos mala fœderum currunt, per
vos regni vtriuſque pacta conditionesq; portantur.
Agite*



*Agite quatenus hæc ſit amicitia, concordia principa-
lis, vt epiſcopali ordinatione permiſſa, populos Gallia-
rum, quos limes Gothicæ ſortis incluſerit, teneamus ex
fide & ſi non tenemus ex fœdere. Memor noſtri eſſe
dignare domine Papa.*

## EPIST. VII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE GRAECOS. S.

A *ECce iterum Amantius nugigerulus noſter Maſ-
ſiliam ſuam repetit, aliquid vt moris eſt de manu-
biis ciuitatis domum reportaturus (ſi tamen & cata-
plus arriſerit) per quem iculariter plura garrirem, ſi
pariter vnus idemq; valeret animus excercere læta, &
triſtia ſuſtinere. Si quidem noſtri hic nunc eſt infelicis
anguli ſtatus, cuius (vt fama confirmat) melior fuit ſub
bello quàm ſub pace conditio, facta eſt ſeruitus noſtra
pretium ſecuritatis alienæ: Aruernorum proh dolor
ſeruitus, qui (ſi priſca replicarentur) audebant ſe quon-
dam fratres Latio dicere, & ſanguine ab Iliaco popu-
los computare. Si recentia memorabuntur, ij ſunt qui
viribus proprijs hoſtium publicorum arma remorati
ſunt: cui ſæpe populo Gothus non fuit clauſo intra
mœnia formidini, cùm viciſſim ipſe fieret oppugna-
toribus poſitis intra caſtra terrori. Ij ſunt qui ſibi ad-
uerſus vicinorum aciem tam duces fuere, quàm milites:
De quorum tamen ſorte certaminum, ſi quid proſperum
ceſſit, vos ſecunda ſolata ſunt: ſi quid contrarium, illos
aduerſa fregerunt. Illi amore reipublicæ Seronatum
barbaris prouincias propinantem, non timuere legi-
bus tradere, quem conuictum deinceps reſpublica vix
præſumpſit occidere. Hoccine meruerunt inopia, flam-
ma, ferrum, peſtilentia, pingues cædibus gladij, & ma-
cri ieiunijs præliatores? Propter huius tamen inclytæ*

*pacis expectationem, auulſas muralibus rimis herbas in cibum traximus: crebro per ignorantiam venenatis graminibus infecti, quæ indiſcretis folijs ſucciſq; viridantia, ſæpe manus fami concolor legit. Pro ijs tot tantiſq; deuotionis experimentis noſtris (quantum audio) facta iactura eſt. Pudeat vos, precamur, huius fœderis, nec vtilis, nec decori. Per vos legationes meant. Vobis primum (quanquam principe abſente) non ſolum tractata pax reſeratur, verumetiam tractanda committitur. Veniabilis ſit, quæſumus, apud aures veſtras veritatis aſperitas, cuius conuitij inuidiam dolor eripit. Parum in commune conſulitis: & cum in conſilio conuenitis, non tam cura eſt publicis mederi periculis, quàm priuatis ſtudere fortunis, quod vtique ſæpè diuq; facientes, iam non primi, comprouincialium cœpiſtis eſſe ſed vltimi.* C *At quouſque iſta poterunt durare præſtigia? Non enim diutius ipſi maiores noſtri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel conſilio, quo poteſtis, ſtatum concordiæ tam turpis incidite. Adhuc ſi neceſſe eſt, obſideri, adhuc pugnare, adhuc eſurire delectat. Si verò tradimur, qui non potuimus viribus obtineri, inueniſſe vos certum eſt quid barbarum ſuaderetis ignaui. Sed cur dolori nimio frena laxamus? Quin potius ignoſcite afflictis, nec imputate mœrentibus. Namque alia regio tradita ſeruitium ſperat, Aruerna ſupplicium. Sane ſi medicari noſtris vltimis non valetis, ſaltem hoc efficite prece ſedula vt ſanguis viuat, quorum eſt moritura libertas, parate exulibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. Si murus noſter aperitur hoſtibus, nō ſit clauſus veſter hoſpitibus. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

SIDÓ



## EPIST. VIII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE EVPHRONIO S.

A *QVandoquidem me clericalis officij vincula ligat, feliciſſimum mediocritatis meæ ſtatum pronuntiarem, ſi nobis haberentur tā territoria vicina, quam mœnia. De minimis videlicet rebus coronam tuam maximiſq; conſulerem: fieretq; actionum mearum quaſi cuiuſpiam fluuij placidiſſimus curſus atque inoffenſus: ſic è tractatu tuo veluti è ſaluberrimo fonte maneret. Proculdubio tunc ille non eſſet aut ſpumoſus per iactātiam, aut turbidus per ſuperbiam, aut cœnoſus per conſcientiam, aut præceps per iuuentutem. Quin potius in illo ſqualidum ſiquid ac putre ſorderet, totū id admixta conſilij tui vena dilueret. Sed quod huiuſcemodi votis ſpacia ſunt longa interpoſita præpedimento, ſedulo precor vt conſulentē de ſcrupulo incurſæ ambiguitatis expedias: & quia Simplicium ſpectabilem virum epi-*
B *ſcopum ſibi flagitat populus Biturix ordinari, quid ſuper tanto debeam negocio facere, decernas. Huius es namque vel erga me dignationis, vel erga reliquos autoritatis, vt ſi quid fieri voles (voles autem quicquid æquiſſimum eſt) non ſuadere tam debeas, quàm iubere. De quo tamen Simplicio ſcitote narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis: Quæ teſtimonia mihi prima fronte colloquij non ſatis grata, quia ſatis gratioſa iudicabantur. At poſtquam æmulos eius nihil vidi amplius quàm ſilere, atque eos maximè, qui fidem fouent Arrianorum (neque quippiam nominato, licet, necdum noſtræ profeſſionis illicitum opponi) animum aduerti exactiſſimum virum poſſe cenſeri, de quo quiuis malus loqui, bonus tacere non poſſet. Sed cur ego iſta hæc ineptus adieci, tanquàm darem conſilium, qui*

L 3 popoſci?

*popoſci? Quin potius omnia ex veſtro nutu, arbitrio, literiſq́; diſponentur, ſacerdotibus, popularibus manifeſtabuntur. Neque enim ita deſipimus in totum, vt euocandum te primum (ſi venire poſſibile eſt) deinde ſi quid ſecus, certè conſulendum decerneremus, niſi in omnibus obſequuturi. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. IX.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE PERPETVO S.

DEſiderio ſpiritualium lectionum (quarum tibi tam per autenticos, quàm per diſputatores, bibliotheca fidei catholicæ perfamiliaris eſt) etiam illa, quæ maximam tuarum ſcilicet aurium minime digna ſunt occupare cenſuram, noſcere cupis. Siquidem iniungis, vt orationem quam videor ad plebem Biturigis in eccleſia ſermocinatus, tibi dirigam: cui non rethorica partitio, non oratoriæ minæ, non grammaticales figuræ congruentem decorem diſciplinaq́; ſuppeditauerunt. Neque illic (vt exacte perorantibus mos eſt) aut pondera hiſtorica, aut poetica ſchemata, ſcintillásve controuerſialium clauſularum libuit aptari. Nam cùm me partiũ ſeditiones, ſtudia, varietates, in diuerſa raptarent, ſic dictandi mihi materiam ſuggerebat iniuria, quod tempus occupatio ſubtrahebat. Etenim tanta erat turba competitorum, vt cathedræ vnius numeroſiſſimos candidatos, nec duo recipere ſcamna potuiſſent. Omnes placebant ſibi, omnes omnibus diſplicebant. Neque enim valuiſſemus aliquid in commune conſulere, niſi iudicij ſui faciens plebs lenita iacturam, ſacerdotali ſe potius iudicio ſubdidiſſet, Presbyterorum ſanè paucis angulatim fringultiẽtibus, porrò autem palã ne muſſitantibus quidem, quia plerique non minus ſuum quàm reliquos ordines pertimeſcebant. Igitur dum publicè totos ſinguli cauent, factum eſt, vt omnes non aſpernanter audirent, quod deinceps ambienter expeterent. Itaque paginam ſume ſubditis voluminibus adiunctam, quam duabus vigilijs vnius noctis æſtiuæ (Chriſto teſte) dictatam, plurimum vereor, ne ipſi amplius lectioni, quæ hoc de ſe probat, quàm mihi credas. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.



### CONTIO.

REfert hiſtoria ſecularis, ô dilectiſſimi, quendam philoſophorum, diſcipulis aduenientibus prius tacendi patientiam, quàm loquendi monſtraſſe doctrinam, & ſic incipientes quoſque inter diſputantiũ conſectaneorum cathedras mutum ſuſtinuiſſe quinquennium, vt etiam celeriora quorumpiam ingenia non liceret antelaudari, quàm liceret agnoſci. Ita fiebat, vt eoſdem poſt longam taciturnitatem loquutos, quiſque audire ceperat, non taceret, quia donec ſcientiam natura combiberit, non maior eſt gloria dixiſſe quod noueris, quàm ſiluiſſe quod neſcias. At nunc mediocritatem meam manet longè diuerſa conditio, cui per ſuſpirioſas voragines, & flagitiorum volutabra gradienti profeſſionis huiuſce pondus impactum eſt. Et prius quàm vlli bonorum reddam diſcentis obſequium, cogor debere cæteris docentis officium. adijcitur huic impoſſibilitati pondus pudoris, quod mihi peculiariter paginæ decretalis oblatu, pontificis eligendi mandaſtis arbitrium, coram ſacroſancto & pontificatu maximo digniſſimo Papa: qui cum ſit ſuæ prouinciæ caput, ſit etiã mihi inſtitutione, facundia, priuilegio, tẽpore, ætate, præſtantior: ego deq́; coràmque Metropolitano verba facturus, & prouincialis, & iunior pariter,

ſero imperiti verecūdiam,procacis inuidiam.Sed quoniam veſtro ſic libitum errori , vt ipſe prudentia carens,prudētem vobis,in cuiuſque perſonam bona multa concurrant , ſub ope Chriſti epiſcopum exquiram: noueritis huiuſmodi aſſenſu multum me honoris , plus oneris excipere. Primore loco grandem publicæ opinionis ſarcinam penditote,quod iniunxiſtis incipiēti
E conſummata iudicia : atque ab hoc rectum conſilij tramitem poſtulatis,in quo recolitis adhuc nuper erratū.Igitur quia vobis id fuit cordi , obſecro vt quales nos fide creditis , tales interceſſione faciatis , atque dignemini humilitatem noſtram orationibus potius in cœlum ferre,quàm plauſibus. Primum tamen noſſe vos par eſt, in quas me obloquiorum ſcyllas, & in quos linguarum, ſed humanarum latratus , quorundam nos infamare conantum, turbo proiecerit. Eſt enim hæc quædam vis malis moribus, vt innocentiam multitudinis deuenuſtent ſcelera paucorum : cùm tamen è diuerſo bonorum raritas flagitia multorum nequeat excuſare virtutibus communicatis. Si quēpiam nominauero monachorum, quamuis illum Paulis, Antoniis , quamuis Hilarionibus,& Machariis conferendum ; ſectatæ anachoreſeos
F prærogatiua comitetur , aures ilico meas incondito tumultu circumſtrepitans ignobilium pumilionum murmur euerberat conquerentium:Hic qui nominatur,inquiunt , non epiſcopi , ſed potius abbatis complet officium , & intercedere magis pro animabus apud cœleſtem [iudicem poteſt] quàm pro corporibus apud terrenum iudicem poteſt.Sed quis non exacerbeſcat cùm videat ſordidari virtutum ſinceritatem criminatione vitiorum?Si eligimus humilem,vocatur abiectus.Si proferimus erectum, ſuperbire cenſetur : Si minus inſtitutum,propter imperitiam creditur irridendus:Si aliqua





tenus doctum,propter ſcientiam clamatur inflatus : Si ſeuerum,tanquam crudelis horretur : Si indulgentem, facilitate culpatur:Si ſimplicem,deſpicitur vt brutus: Si acrem,vitatur vt callidus: Si diligentem , ſuperſtitioſus decernitur:Si remiſſum,negligens iudicatur : Si ſolertem,cupidus : Si quietum, pronuntiatur ignauus:
G Si abſtemium producimus, auarus accipitur : Si eū qui prandendo paſcat,edacitatis impetitur.Si eum qui paſcendo ieiunet,vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant:Verecundiam pro ruſticitate faſtidiunt : Rigidos ob auſteritatem non habent charos. Blandi apud eos communione vileſcunt. Ac ſi vtrolibet genere viuatur , ſemper hîc tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum,veluti bicipitibus, hamis inuncabuntur. Inter hæc monaſterialibus diſciplinis ægrè ſubditur , vel popularium ceruicoſitas, vel licentia clericorum. Si clericum dixero , ſequentes æmulantur,derogant antecedentes. Nam ita ex iis pauci (quòd reliquorum pace ſit dictum) ſolum clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam, vt nos in antiſtite conſecrando , non vtilitatem velint eligere,ſed ætatem:tanquam diu potius, quàm bene viuere,debeat accipi ad ſummum ſacerdotium adipiſcendum,pro omnium gratiarum priuilegio , decoramento:
H lenocinamento. Et ita quipiam in miniſtrando ſegnes, in obloquendo celeres,in tractatibus otioſi,in ſeditionibus occupati,in charitate infirmi , in factione robuſti, in æmulationum conſeruatione ſtabiles, in ſentētiarum aſſertione nutantes,nituntur regere eccleſiam,quos iam regi neceſſe erat per ſenectam. Sed nec diutius placet propter paucorum ambitus, multorum notare perſonas, hoc ſolum aſtruo , quòd cum nullum proferam nuncupatim,ille confitetur repulſam,qui profitetur offenſam.

*Sanè id liberius dico, de multitudine circunſtantium
multos epiſcopales eſſe, ſed totos epiſcopos eſſe non poſſe,
& cum ſinguli diuerſorum chariſmatum proprietate
potiantur, ſufficere omnes ſibi, omnibus neminem. Si mi-
litarem dixero fortè perſonam, protinus in hæc verba
conſurgitur: Sidonius ad clericatum quia de ſeculari
profeſſione tranſlatus eſt, ideo ſibi aſſumere Metropoli-
tanum de religioſa congregatione diſſimulat, natalibus
turget, dignitatum faſtigatur inſignibus, cõtemnit pau-
peres Chriſti. Quapropter inpræſentiarum ſoluã, quàm
non tam bonorum charitati, quàm maledicorum ſuſpi-
cioni debeo fidem. Viuit Spiritus ſanctus, omnipotens
Deus noſter, qui Petri voce damnauit in Simone Ma-
go, cur opinaretur gratiã benedictionis pretio ſeſe poſſe
mercari, me in eo quem vobis opportunum cenſui, nec
pecuniæ fauore, nec gratiæ, ſed ſtatu ſatis ſuperq; truti-
nato perſonæ, temporis, prouinciæ, ciuitatis, virum, cuius
in conſequentibus raptim vita replicabitur, competen-
tiſſimum credidiſſe. Benedictus Simplicius, hactenus
veſtri, iamq; ab hinc noſtri (modo per vos Deus an-
nuat) habẽdus ordinis comes: ita vtrique parti vel actu
vel profeſſione reſpondet, vt & reſpublica in eo quòd ad-
miretur, & eccleſia poſſit inuenire quòd diligat. Si na-
talibus ſeruanda reuerentia eſt, quia & hos non omit-
tendos euangeliſta monſtrauit, (nã Lucas laudationem
Ioannis aggreſſus, præſtantiſſimũ computauit, quòd ſa-
cerdotali de ſtirpe veniebat: & nobilitatẽ vitæ prædica-
turus, prius tamẽ extulit familiæ dignitatem) parentes
ipſius, aut cathedris, aut tribunalibus præſederunt, illu-
ſtris in vtraque cõuerſatione proſapia, aut epiſcopis flo-
ruit, aut præfectis. ita ſemper huiuſce maioribus, aut
humanũ, aut diuinũ dictare ius vſui fuit. Si verò per-
ſonam ſuã tractatu conſilioſiore penſemus, inuenimus
illam*



*illam tenere iſtic inter ſpectabiles principes locum. Sed
dicitis: Illuſtres viri Eucherius & Panychius priores
huic ſunt ad hoc æui. Eſto. ſic fuerunt. ſed iam nunc ad
præſentem cauſſam, illi ex canone nõ admittuntur, quia
ambo ad ſecundas nuptias tranſierunt. Si annos ipſius
computemus, habet de iuuentute efficaciam, de ſenectu-
te conſilium. Si literas vel ingenium conferamus, certat*
L *naturæ doctrina. Si humanitas requirũda eſt, ciui, cle-
rico, peregrino, minimo, maximóque etiam ſupra ſuffi-
cientiam offertur, & ſuum ſæpius panem ille potius, qui
non erat redditurus, agnouit. Si neceſſitas arripiendæ
legationis incubuit, non ille ſemel pro hac ciuitate ſte-
tit antè pellitos reges, vel ante principes purpuratos. Si
ambigitur quo magiſtro rudimentis fidei fuerit imbu-
tus, vt prouerbialiter loquar, domi habuit vnde diſce-
ret. Poſtremo iſte eſt ille, chariſſimi, cui in tenebris er-
gaſtularibus conſtituto, multipliciter obſerata barbari-
ci carceris diuinitus clauſtra patuerunt. Iſtum (vt au-
diuimus) tam ſocero quàm patre poſtpoſitis, ad ſacer-
dotium duci oportere vociferabamini: quo quidẽ tem-
pore plurimum laudis domum retulit, quando honora-
ri parẽtum maluit dignitate, quàm propria. Penè tran-*
M *ſieram, quòd præteriri non oportuerat, ſub Moſe quon-
dam (ſicut pſalmographus ait) in diebus antiquis, vt
tabernaculi fœderis forma conſurgeret, totus Iſraël in
heremo ante Beſehelelis pedes, oblati ſymbolum coacer-
uauit impendij. Salomon deinceps, vt templum ædifi-
caret in Solymis, ſolidas populi vires in opere concuſ-
ſit, quamuis Paleſtinorum captiuas opes, & circumie-
ctorum regum tributarias functiones auſtralis reginæ
Sabaitis gaza cumulauerit. Hic vobis eccleſiam iuue-
nis, miles, tenuis, ſolus, adhuc filiusfamilias, & iam pa-
ter extruxit. Nec illum à propoſita deuotione ſuſpen-
dit*

*dit vel tenacitas ſenum, vel intuitus paruulorũ, & tamen fuit morum factura quæ iaceret. Vir eſt nãque (ni fallor) totius popularitatis alienus: gratiam non captat omnium ſed bonorum; non indiſcreta familiaritate vileſcens, ſed examinata ſodalitate precioſius: & bonouiratu æmulis ſuis magis prodeſſe cupiens quàm placere; ſeueris patribus cõparandus, qui iuuenum filiorum non tam cogitant vota, quàm cõmoda. In aduerſis conſtans, in dubiis fidus, in proſperis modeſtus, in habitu ſimplex, in ſermone comis, in contubernio æqualis, in cõſilio præcellens. Amicitias probatas enixè expetit, cõſtanter retinet, perẽniter ſeruat. Inimicitias indictas honeſtè excercet, tardè credit, celeriter deponit maximè ambiendus, quia minimè ambitioſus, non ſtudet ſuſcipere ſacerdotium, ſed mereri. Dicet [mihi] aliquis: Vnde tibi de illo tam cito tãta cõperta ſunt? Cui reſpondeo: Prius Bituriges nouerã, quàm Biturigas. Multos in itinere, multos in cõmilitio, multos in contractu, multos in tractatu; multos in ſua, multos in noſtra peregrinatione cognoſcimus. Plurima notitiæ dantur & ex opinione cõpendia, quia non tam paruos terminos poſuit natura famæ, quã patriæ. Quocirca ſi vrbium ſtatus non tam murorũ ambitu, quam ciuiũ claritate taxandus eſt, non modo primùm qui eſſetis, ſed vbi eſſetis, agnoui. Vxor illi de Palladiorum ſtirpe deſcendit, qui aut literarum, aut altarium cathedras cum ſui ordinis laude tenuerunt. Sanè quia perſona matronæ verecundam & ſuccinctam ſui exigit mentionem, conſtanter aſtruxerim reſpõdere illam fœminam, ſacerdotiis vtriuſque familiæ; vel vbi educata creuit, vel vbi electa migrauit. Filios ambo bene & prudenter inſtituit, quibus cõparatus pater inde felicior incipit eſſe, quia vincitur. Et quia ſententiam paruitatis meæ in hac electione valituram eſſe iuraſtis (ſi quidem non eſt validius dicere ſacramenta, quàm ſcribere) In nomine patris, & filÿ, & ſpiritus ſancti Simplicius eſt, quẽ prouinciæ noſtræ Metropolitanum, ciuitatis veſtræ ſummũ ſacerdotẽ fieri debere pronũtio. Vos autẽ de viro de quo loquimur, ſi nouam ſententiam meam ſequimini, ſecundum veſtrã veterem conſonate.*



## EPIST. X.

### SIDONIVS PAPAE AVSPICIO SALVTEM.

A *SI ratio temporum regionumq́; pateretur, non per ſola officia verborum amicitias ſemel initas excolere curarem. Sed quoniam fraternæ quietis voto ſatis obſtrepit conflictantium procella regnorum, ſaltim inter diſcretos ſeparatoſq́; literarÿ conſuetudo ſermonis iure retinebitur, quæ iam pridem charitatis obtentu merito inducta veteribus annuit exemplis. Supereſt vt ſolicito veneratori culpam raræ occurſionis indulgeas, quæ quo minus aſſiduæ conſpectus tui ſacroſancta contemplatione potiatur, nunc periculum de vicinis timet, nunc inuidiam de patronis. Sed de ÿs iſta hæc etiam multa ſunt. Interim Petrum Tribunitium virum portitorem noſtri ſermonis inſinuo, qui idipſum ſedulo expoſcit, quiq́; quid negocÿ ferat præſentaneo compendioſius po-*
B *teſt intimare memoratu: cui precor, quòd in vobis eſt opis, intuitu paginæ præſentis accedat, manẽte reſpectu nihilominus æquitatis: contrà quam nec magis familiarium cauſas commendare conſueui. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. XI.

### SID. DOMINO PAPAE GRAECO SALVTEM.

A *INuideo felicitati conſuetudinarÿ portitoris, à quo contingit ſæpius vos videri. Sed quid de Amantio loquar*

loquar cum ipſas quoque literas meas æmuler, quæ ſacroſanctis reſerabuntur digitis, inſpicientur obtutibus, Et ego iſtic inter ſemiuſtas muri fragilis clauſus anguſtias, belli terrore contigui, deſiderio de vobis meo nequaquam ſatisfacere permittor? Atque vtinam hæc eſſet Aruernæ forma vel cauſa regionis, vt minus excuſabiles iudicaremur. Sed quod eſt durius, per iniuſtitiæ noſtræ merita conficitur, vt excuſatio nobis iuſta non deſit. Quocirca ſalutatione præfata (ſicut mos B poſcit officij) magnopere depoſco, vt interim remittatis occurſionis debitum vel verba ſoluenti Nam ſi commeandi libertas pace reuocetur, illud magis verebor, ne aſſiduitas præſentiæ meæ ſit potius futura faſtidio. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.

## EPIST. XII.

### SIDONIVS FERREOLO SVO S.

SI amicitiæ noſtræ, potius affinitatisq́; quàm perſonæ A tuæ, tempus, ordinem, ſtatum cogitaremus, iure vobis in hoc opere (quantulumcunque eſt) primæ titulorum rubricæ, prima ſermonum officia dedicarentur. Iſſet per auitas tibi ſtylus noſter curules patritias nihilominus infulas enumeraturus, non tacuiſſet triplices præfecturas, & Syagrio tuo pro totiens mutatis præconibus præconia non negaſſet, patrem inde patruosq́; minime ſilẽdos percurriſſet, & quamlibet poſſet triumphalibus adoreis familiæ tuæ defatigari, non tamen eatenus explicãdis antiquorũ ſtemmatibus exinaniretur, vt ob hoc ad narrandam gloriam tuam fieret obtuſior: qui etiam ſi in ſcribendis maiorum tuorum virtutibus B fuiſſet hebetatus, tuis denuo meritis acuminaretur. Sed ſalutationem tibi debitam deſtinaturus, non quid fuiſſes, ſed quid potius nunc eſſes conſiderauit. Prætermiſit Gallias tibi adminiſtratas tunc, cùm maximè incolumes



mes erant. Prætermiſit Attilam Rheni hoſtem, Thoriſmodũ Rhodani hoſpitem Aetium Ligeris liberatorem ſola te diſpoſitionũ ſalubritate toleraſſe: propterq́; prudentiam tantã, prouidentiamq́;, currum tuum prouinciales cũ plauſuum maximo accentu ſpontaneis ſubiſſe ceruicibus, quia ſic habenas Galliarum moderarere, vt poſſeſſor exhauſtus tributario iugo releuaretur. Prætermiſit regẽ Gothiæ ferociſſimum, inflexũ affatu tuo mel-C leo, graui, arguto, inuſitato: & ab Arelatenſium portis quẽ Aethius non potuiſſet prælio, te prandio remouiſſe. Hæc omnia prætermiſit, ſperans cõgruentius tuũ ſalue, Pontificum quam ſenatorum iam nominibus adiungi: cenſuitq́; iuſtius fieri, ſi inter perfectos Chriſti, quàm ſi inter præfectos Valentiniani conſtituerere: neque te ſacerdotibus potius admixtum vitio vertat malignus interpres. nam grandis ordinum ignorantia tenet hinc aliquid derogaturos, quia ſicuti cùm epulum feſtiuitas publica facit, prior eſt in priore menſa conuiua, poſtremus ei qui primus fuerit in ſecũda: ſic abſque conflictatione præſtantior ſecundum bonorum ſententiam computatur honorato maxime, minus religioſus. Vale.

## EPIST. XIII.

### SIDONIVS SVLPICIO SVO S.

A HImerius antiſtes filius tuus, notus mihi hactenus parum vultu, ſatis opinione (quæ quidẽ in bonam partem porrigebatur,) Lugdunum nuper à Tricaſſibus venit, quo loci mihi raptim ac breuiter inſpectus, ſanctum epiſcopum Lupum, facilè principem pontificum Gallicanorum, ſuæ tam profeſſionis magiſtrum quàm B dignitatis autorem, morum nobis imitatione reſtituit. Deus bone, quæ viro cenſura cum venuſtate, ſiquid vel deliberet forte vel ſuadeat? abundat animi ſale cùm conſulitur, melle cùm conſulit. Summa homini cura de literis,

*literis, ſed maxime religioſis: in quibus eum magis occupat medulla ſenſuum, quàm ſpuma verborum. Tota illi actionum ſuarum intentio, celeritas, mora, Chriſtus eſt. Quodq; mirere, vel laudes, nihil ocioſum facit, cum nihil facit non quietum. Ieiunijs delectatur, edulijs adquieſcit, illis adhæret propter conſuetudinem crucis, iſtis flectitur propter gratiam charitatis: Summo vtrunque moderamine, quia comprimit quoties prandere ſtatuit, gulam: quoties abſtinere, iactantiam. officia multiplicat propria, vitat aliena. Cumq; ipſi viciſſim deceat occurri,* B *gratius habet ſi ſibi mutuus honor debeatur mage, quàm rependatur. In conuiuio, itinere, conſeſſu, inferioribus cedit; quo fit, vt ſe illi voluptuoſius turba poſtponat ſuperiorum. Sermonem maximo temperamento cum colloquente diſpenſat, in quo non patitur aut vllam verecundiam externus, aut familiaris iniuriam, aut credulus inuidiam, aut curioſus repulſam, aut ſuſpicioſus nequitiam, aut peritus calumniam, aut imperitus infamiam. Simplicitatem columbæ in eccleſia ſeruat, in foro ſerpentis aſtutiam, bonis prudẽs, malis cautus, neutris callidus iudicatur. Quid plura? Totum te nobis ille iam reddidit: totam tuam temperantiam, religionem, libertatem, verecundiã & illam delicatæ mentis pudiciſſimam teneritudinem iocunda ſimilitudine expreſſit, quapropter quantum volueris deinceps frui ſecreto, indulgere ſeceſſui, licebit indulgeas: quandoquidem nos in fratre meo Himerio, auum nomine, patrem* C *facie, vtrunque prudentia iam tenemus. Vale.*

## EPIST. XIIII.

### SIDONIVS PHILAGRIO SVO S.

PRoximè inter ſummates viros (erat & frequens ordo) veſtri mentio fuit.* A *Omnes de te boni in commune ſenſerunt omnia bona, cum tamen ſinguli quique*





*varia virtutum genera dixiſſent. Sanè cum ſibi quippiam de præſentia tua quaſi te magis noſſent, præter æquum gloriarentur, incandui: quippe eum dici non æquanimiter admitterem, virum omnium litterarum vicinantibus ruſticis, quàm inſtitutis fieri remotioribus notiorem, proceſſit in vlteriora contentio; & cùm aliqui ſuper hoc errore peruicaciter controuerſarentur, (idiotarum ſiquidem eſt, ſicut facile conuinci, ita difficile compeſci) conſtanter aſſerui, ſi eloquentibus amicis nunquam agnitio contemplatiua proueniat, eſſe a-* B *ſperum, vtcumque tolerabile tamen: quia præualeant ingenia ſua, coram quibus imperitia ciuica peregrinatur ad remotarum deſideria prouinciarũ, ſtylo adminiculante porrigere: per quem ſæpenumero abſentum, duntaxat inſtitutorum, tantus colligitur affectus, quantus nec præſentanea ſedulitate conficitur. Igitur ſi ita eſt, deſiſtant calumniari, communis abſentiæ, neceſſitatem, vultuum mage quàm morum prædicatores. Equidem ſi humana ſubſtantia rectius mole quam mẽte cenſenda eſt, plurimum ignoro quid ſecũdum corpulentiam, per ſpacia quamuis porrecta, finalem in homine miremur, quo nihil æquè miſerum deſtitutumq; naſcendi conditio produxit: quippe cum præbeat tanquam ab aduerſo, boui pilus, apro ſeta, volucri pluma veſtitum: quibus inſuper, vt vim vel inferant vel repellant, cornu, dens, vnguis, arma genuina ſunt, membra verò noſtra in hunc mundum ſola cenſeas eiecta, non edita, cumq; gignendis artubus animalium cæterorum multi-* C *fario naturæ præſidio, quaſi quodam ſinu patente mater occurrat, humana tantum corpora effudit, quorum imbecillitati quodammodo nouercaretur. Nam illud (ſicuti ego cenſeo, qui animum tuum membris duco potiorem) non habet æqualitatem, quod ſtatum noſtrum*

ſupra pecudes veri falſiq́; neſcias, ratiocinatio animæ
intellectualis euexit: cuius ſi tantiſper ſub moueant di-
gnitatem iſti, qui amicos ludificabundi non tam iudi-
cialiter quàm oculariter intuentur, dicant, velim, in
hominis forma quid ſatis præſtans, quid ſpectabile pu-
tent? proceritatem ne? quaſi non hæc ſæpe congruentius
trabibus aptetur. An fortitudinem? quæ valentior in
leoninæ ceruicis toris regnat. An decorem lineamen-
torum? quem crebro melius infigit, & argilla ſimula-
cris, & cæra picturis. An velocitatem? quæ cõpetentius
canibus aſcribitur. An vigilantiam? cui certat & no-
ctua. An vocem? cui non ceſſerit aſinus claritate. An
induſtriam? cui pro ſuo modulo comparari nec formica D
formidat. Sed forſitan præferunt vim videndi: tan-
quam non ſit eminentior viſus aquilarum. Præferunt
audiendi efficaciam: tanquam ſus hiſpidus non an-
tiſtet auditu. Præferunt odorandi ſubtilitatem: tãquam
non præcedat vultur olfactu. Præferũt guſtandi diſcre-
tionem: tanquam non plurimum hinc nos cedamus &
ſimio. Quid de tactu loquar, quinto ſenſu corporis no-
ſtri, quem ſibi indifferenter tam philoſophus quàm ver-
miculus vſurpant? Taceo hic de appetitibus illecebro-
ſis, quos in coitum motui beluino carnis humanæ volup-
tas inclinata communicat. Ecce quam miſeriã præfe-
runt excoluntq́;, qui mihi quod eis ſolo ſis obtutu notior,
turgidi inſultant. Aſt ego illum ſemper: Philagrium vi-
deo, cuius ſi tacentis viderẽ faciem, Philagrium nõ vi-
derem. Vnde illud ſimile vulgatum eſt, quod ait quidã E
in cauſa diſpari, ſententia pari: Filium Marci Cicero-
nis Populus Romanus non agnoſcat loquentem. Cõcla-
mata ſunt namque iudicio vniuerſalis ſcientiæ, digni-
tas, virtutis prærogatiua, cuius ad maximum culmen
meritorum gradibus aſcẽditur. Primum etiam beſtia-
le cor



le corpus, ſi iam fortè formatum eſt, dignitate tranſcen-
di materiam informem. Deinde formato præponitur
corpus animatum. Tertio præcedit animam pecudis
animus humanus. Quia ſicut inferior eſt caro vitæ, ſic
vita rationi: cuius aſſequendæ ſubſtantiam noſtram
compotem Deus artifex, ferinam verò impotem fecit.
Ita tamen, quod in ſtatu mentis humanæ pollet bipar-
tita conditio. Nam ſicut animæ humanitus licet ra-
tiocinantes, hebetes tamen pigrioresq́; prudentum acu-
tarũq́; calcantur ingenio: Ita ſi quæ ſunt, quæ naturali
ſola ſapientia vigent, hæ peritarum ſe meritis ſuper-
ueniri facilè concedunt. Quorum ego graduum diffe-
rentiam obſeruans, illum Philagrium cordis oculo ſem-
F per inſpicio, cui me animus potentialiter notum, mo-
rum ſimilitudine facit. Nam licet bonis omnibus pla-
ceas, nemo te valuit intrinſecus plus intueri, quàm qui
forinſecus affectat imitari. Sane qualiter ſtudiorũ tuo-
rum conſectaneus ſiam, cõſequa paginæ parte reſerabi-
tur. Amas vt comperi, quietos: ego & ignauos. Barbaros
vitas, quia mali putentur: etiam ego, ſi boni. Lectioni
adhibes diligẽtiam, ego quoque in illa parum mihi pa-
tior nocere deſidiam. Comples perſonã religioſi, ego vel
imaginem. Aliena nõ appetis, ego etiam refero ad quæ-
ſtum, ſi propria non perdam. Delectaris contuberniis
eruditorum, ego turbam quamlibet magnam literariæ
artis expertem, maximam ſolitudinem appello. Diceris
eſſe lætiſſimus: ego quoque lacrymas omnes perire de-
G finio, quas quisq́; profuderit, niſi quotiẽs Deo ſupplicat.
Humaniſſimus eſſe narraris: noſtrum quoque menſulã
nullus, vt ſpecum Poliphemi, hoſpes exhorruit. Summa
clementia tibi in famulos eſſe perhibetur: nec ego tor-
queor, ſi mei quoties peccauerint non [toties] torqueantur.
Ieiunandum alternis putas: nos piget ſi qui,


pran

*prandendum non pudet præuenire. De cætero ſi vos à me videri Chriſti munere datur, ita gaudeam, tanquam cui de te nec minora ſubtracta ſint. Porrò autem quæ ſint in te maiora, iam ſatis noui. Propter quæ fieri facilius poteſt, vt etſi quandoque faciem tuam coram poſitus inſpexero, aliqua de te recens mihi lætitia potius quàm ſententia accedat. Vale in Chriſto.*

## EPIST. XV.

### SIDONIVS SALONIO S.

*QVoties Viennam venio, emptum maximo velim,* A
*vt te fratremq; communem colonum ciuitatis habitatio plus haberet, qui non amore ſolum verumetiam profeſſione ſociamini. Sed & ille imputationem meam prætextu frequentatæ ſuburbanitatis eludit: per quam efficitur, vt nobis, nec præſens ipſe, nec reus ſit, &*
*tu habes, quo te interim excuſes, quia te diu poſſidet,* B
*vix recepta poſſeſſio. Quicquid illud eſt iam venite, hac deinceps conditione diſceſſum impetraturi, vt aut viciſſim redeatis, aut ſerius. Namque licet ruri poſiti ſtrenuos impleatis agricolas, tum verò propriam terram fœcundabitis, ſi eccleſiam quam plurimum colitis, plus colatis. Vale.*

## EPIST. XVI.

### SIDONIVS CHARIABALDO ABBATIS. S.

*FAcis, ô vnicè in Chriſto patrone, rem tui pari-* A
*ter & amoris & moris, quod peregrini curas amici litteris mitigas conſolatorijs, atque vtinã mei ſemper ſic recorderis, vt ſolicitudines ipſas angore ſuccidu concatenatas, qui exhortator attenuas, interceſſor incidas. De cætero libertos tuos cauſis quas iniunxeras expeditis, reuerti puto, quos ita ſtrenue conſtat rem peregiſſe, vt nec eguerint adiuuari: per quos nocturnalem cucullum, quo membra confecta ieiunijs, inter orandum cubandumq; dignanter tegare tranſmiſi: quanquam non opportune ſpecies villoſa mittatur hyeme finita, iamq; temporibus æſtatis appropinquantibus. Vale.*



## EPIST. XVII.

### SIDONIVS VOLVSIANO SVO SALVTEM.

A *IVbes me, domine frater, lege amicitiæ, quam nefas*
A *lædi, iam diu deſides digitos incudibus officinæ veteris imponere, & ſancto Abrahæ die functo næniam funebrem luctuoſis carminibus inſcribere. Celeriter iniunctis obſecundabo, cùm tua tractus autoritate, tum principaliter ampliſſimi viri Victorij comitis deuotione præuentus; quem iure ſeculari patronum,*
B *iure eccleſiaſtico filium, excolo vt cliens, vt pater diligo: Qui ſatis docuit, quæ ſibi aut qualis erga famulos Chriſti cura ferueret, cùm thorum circa decumbentis antiſtitis, non dignitatem minus quam membra curuatus, ac ſupra vultum propinqua morte pallentem, dolore concolor factus, quid viro vellet lacrymis indicibus oſtenderet. Et quia ſibi maximas humandi funeris partes ipſe præripuit, totum apparatum ſupercurrentis impendij, quod funerando ſacerdoti compe-*
A *teret, impartiens, ſaltim ad obſequium, quæ remanſerunt, verba conferimus, nihil aliud exaraturi ſtyli ſcalpentis impreſſu, quàm teſtimonium mutuæ dilectionis. Cæterùm viri mores, geſta, virtutes, indigniſſime mecũ vilitate dictorum ponderabuntur.*

*ABraham ſanctis merito ſociande patronis,*
*Quos tibi collegas dicere non trepidem?*
*Nam ſic præcedunt, vt mox tam ipſe ſequare:*
*Dat partem regni portio martyrij.*

*Natus ad Euphratem pro Chriſto ergaſtula paſſus,*
*Et quinquennali vincula laxa fame,*
*Elapſus regi truculento Suſidis oræ,*
*Occiduum properas ſolus adúſque ſolum.*
*Sed confeſſorem virtutum ſigna ſequuntur:*
*Spiritibúſque malis fers fugitiuè fugam.*
*Quáque venis, Lemurum ſe clamat cedere turba:*
*Dæmonas ire iubes exul in exilium.*
*Expeteris cunctis nec te capit ambitus vllus,*
*Eſt tibi delatus plus onerosus honor.*
*Romuleos refugis Byzantinóſque fragores,*
*Atque ſagittifero mœnia fracta Tito.*
*Murus Alexandri te non tenet, Antiochiq;*
*Spernis Eliſſeæ Byrſica tecta domus.*
*Rura paludicolæ temnis populoſa Rauennæ,*
*Et quæ lanigero de ſue nomen habet.*
*Angulus iſte placet, paupertinúſque receſſus,*
*Et caſa cui culmo culmina preſſa forent,*
*Aedificas hic ipſe Deo venerabile templum,*
*Ipſe Dei templum corpore facte prius.*
*Finiti curſus iſtic vitæq; viæq;,*
*Sudori ſupereſt dupla corona tuo.*
*Iam te circunſtant paradiſi milia ſacri,*
*Abraham iam te comperegrinus habet.*
*Iam patriam ingrederis, ſed de qua decidit Adam*
*Iam potes ad fontem fluminis ire tui.*

*Ecce, vt iniunxeras, quæ reſtant, ſepulto iuſta perſoluimus. ſed ſi viciſſim charitatis imperijs, fratres, amicos, commilitones, obſequi decet, ad vicem quæſo tu quoque quibus emines inſtitutis, diſcipulos eius aggredere ſolari: fluctuantémque regulam fratrum deſtitutorum, ſecundum ſtatuta Lirinenſium patrum vel Grinnicenſium feſtinus informa: cuius diſciplinæ ſi qui rebelles ipſe caſtiga: ſi qui ſequaces, ipſe collauda. Præpoſitus illis quidem videtur ſanctus Auxianus, qui vir (vt noſti) pluſculum iuſto & corpore infirmus, & verecūdus ingenio: eóque parendi quàm imperandi promptior, exigit te rogari vt tuo ipſe ſub magiſterio monaſterij magiſter accedat: & ſi, quis illum de iunioribus ſpreuerit tanquam imperitum vel puſillanimem, per te vnum ſentiat vtrumque non impune contemni. Quid multa? Vis vt paucis quid velim agnoſcas? quæſo vt Abbas ſit frater Auxianus ſupra congregationem, tu verò & ſuper Abbatem. Vale.*



## EPIST. XVIII.

### SIDONIVS CONSTANTIO SVO SALVTEM.

A *A Te principium tibi deſinet. nam petitum miſimus opus, raptim relectis exemplaribus, quæ ob hoc in manus pauca venerunt, quia mihi nihil de libri huiuſce conſcriptione meditanti, hactenus incuſtodita nequeunt inueniri.*
B *Sanè iſta pauca quæ quidem & leuia ſunt celeriter abſolui, quāquam incitatus ſemel animus nec dum ſcripturire deſineret, ſeruans hoc ſedulo genus temperamenti, vt epiſtolarum produceretur textus, ſi numerus breuiaretur. Pariter & cenſui librum, quem lector dedicatiſſimus deſiderares, & ſatis habilem nec purum excuſabilem fore: ſi, quoniam te ſenſuum ſtructurarúmque leuitas poterat offendere, membranarum certe faſcibus minus onerarere. Commendo igitur varios iudicio tuo noſtri pectoris motus, minime ignarus quod ita mens pateat in libro, veluti vultus in ſpeculo. dictaui enim quæpiam hortando, laudando plurima, aliqua ſuadendo, mœrendo pauca, iocādóque nonnulla. Et ſi me vſpiam lectitauiſti in aliquos conſcitatiorem, ſcias, nolo, Chriſti dextera opitulante, me nunquam tole*

toleraturum animi ſeruitutem, compertiſſimum tenens bipartitam ſuper ijs moribus hominum eſſe cenſuram. Nam vt timidi me temerarium; ita conſtantes liberum appellant. Inter quæ ipſe decerno ſatis illius iacere perſonam, cuius neceſſe eſt latere ſententiam. Ad propoſitum redeo: Interea tu ſi quid à lectionis ſacræ continuatione reſpiras, ijs licebit nænijs auocere. Nec faciet materia vt immenſa faſtidium, quia cum ſingulæ cauſæ ſingulis fermè epiſtolis finiantur, cito cognitis in quæ oculum intenderis, ante legere ceſſabis quam lecturire deſiſtas. Vale.

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER VIII.

## EPISTOLA I.

SIDON. PETRONIO SVO SALVTEM.

TV quidem pulchrè: mos hîc tuus: & perſeuera vir omnium bonorum, qui vſpiam degunt, laude digniſſime, quod amicorum gloriæ ſicubi locus, lenocinaris. Hinc eſt quod etiam ſcrinia Aruerna petis euentilari, cui ſufficere ſuſpicabamur ſiquid ſuperiore vulgatu protuliſſemus. Itaque morem geremus iniunctis, actiorem tamen ſtyli eatenus prorogaturi, vt epiſtolarum ſeriem nimirum à primordio voluminis inchoatarum, in extimo fine parui adhuc numeri ſumma protendat, opus videlicet explicitum quodam quaſi marginis ſui limbo coronatura. Sed plus cauendum eſt, ne ſera propter iam propalati augmenta voluminis, in aliquos forſitan incidamus vituperones, quorum fugere linguas cote liuoris naturaliter acuminatas, ne Demoſthenis quidem Ciceroniſq; ſententiæ artifices, & eloquia fabra potuere: quorum anterior orator Demadem, citerior Antonium tolerauere derogatores: qui liuidi cum fuerint, malitiæ claræ, dilectionis obſcuræ, tamen ad notitiam poſterorum per odia virtutum decurrerunt. Sed quia hortaris, repetitis laxemus vela turbinibus: & qui veluti varia tranſmiſimus, hoc quaſi ſtagnum pernauigemus. Nam ſatis habeo deliberatum, ſicut adhibendam in conſcriptione diligentiam, ita tenendam in editione conſtantiam. Demum verò medium nihil eſt. Namque aut minimum ex hiſce metuendum eſt, aut per omnia omninò conticeſcendum. Vale.



## EPIST. II.

SIDON. IOANNI SVO S.

CRedidi me vir peritiſſimè nefas in ſtudia committere, ſi diſtuliſſem proſequi laudibus, quòd aboleri tu literas diſtuliſti, quarum quodammodo iam ſepultarum ſuſcitator, fautor, aſſertor concelebraris, teq; per Gallias vno magiſtro ſub hac tempeſtate bellorum latina tenuerunt ora portum, cùm pertulerint arma naufragium. Debet igitur vel æquæui vel poſteri noſtri vniuerſatim feruentibus votis alterum te vt Demoſthenem, alterum te vt Tullium, nunc ſtatuis (ſi liceat) conſecrare, nunc imaginibus: qui te docente firmati inſtitutiq; iam ſinu in medio ſiti gentis inuictæ, quòd tamen aliena talium vetuſtorum ſigna retinebunt. Nam

iam remotis gradibus dignitatum, per quas ſolebat vltimo à quoque ſummus quiſque diſcerni, ſolum erit poſt hac nobilitatis indicium literas noſſe. Nos verò cæteros ſupra doctrinæ tuæ beneficia conſtringunt, quibus aliquid ſcribere aſſuetis, quódque venturi legere poſſint, elaborantibus, ſaltim de tua ſchola ſeu magiſterio competens lectorum turba proueniet. Vale.

## EPIST. III.

SIDON. LEONI SVO S.

APellonij Pithagorici vitam, non vt Nicomachus ſenior è Philoſtrati, ſed vt Roſcius Victorianus è Nicomachi ſchedio exſcripſit: quia iuſſeras miſi: quam dum parere feſtino celeriter eiecit in tumultuarium exemplar, turbida, & præceps, & opica tranſlatio. Neque mihi rem credito, diuturnius elaboratam, vitio vertas. Nam dum me tenuit incluſum mora mœnium Liuianorum (cuius incommodi finem poſt opem Chriſti tibi debeo) non valebat curis animus æger, ſaltim ſaltuatim tradenda percurrere, nunc per nocturna ſuſpiria, nunc per diurna officia diſtractus. Ad hoc & cum me defatigatum ab excubijs ad diuerſorium crepuſculaſcens hora reuocauerat, vix dabatur luminibus inflexis paruula quies. nam fragor ilico, quem mouebāt vicinantes impluuio cubiculi mei duæ quæpiam anus Gethides, quibus nihil vnquam litigioſius, bibacius, vomacius erit. Sanè cum primum reduci aliquid otij fuit, impolitum hunc ſemicrudúmque, & (vt aiunt) tanquam muſteum librum, plus deſiderij tui quàm officij mei memor obtuli. Quocirca ſepone tantiſper Pythicas lauros, Hippocrenemq́;, & illos carminū modos tibi vni tātū penitiſſimè familiares, qui tamē doctis, vt es ipſe, perſonis nō tam fonte, quā frōte ſudātur. Suſpende perorandi illud quoque celeberrimum flumen, quòd non



non ſolùm gentiliciū ſed domeſticū tibi, quodq́; in tuum pectus per ſucciduas ætates ab atauo Frontone tranſ-
C funditur. Sepone pauxillulum conclamatiſſimas declamationes, quas oris regij vice conficis, quibus ipſe rex inclytus modo corda terrificat gentium tranſmarinarū, modo de ſuperiore cū barbaris ad Vachalim trementibus fœdus victor innodat: modo per promotæ limitem ſortis vt populos ſub armis, ſic frenat arma ſub legibus. Exuere vtcunque cōtinuatiſſimis curis, & otium tuum molibus aulicis motibusq́; furare. Hiſtoriā flagitatam tunc recognoſces opportune competenterq́;, ſi cū Tyaneo noſtro, nūc ad Caucaſum Indumq́;, nunc ad Aethiopū Gymnoſophiſtas, Indorumq́; Bracmanas totus lectioni vacans, & ipſe quodammodo peregrinere. Lege virum (fidei catholicæ pace præfata) in plurimis ſimilē tui, id eſt, à diuitibus ambitū, nec diuitias ambientē: cupidum ſcientiæ, continentē pecuniæ, inter epulas abſtemiū, inter purpuratos linteatū, inter alabaſtra cenſorium, concretum, hiſpidum, hirſutum: in medio nationū delibuta-
D rū, atque inter ſatrapas regū tyaratorū myrrhatos, pumicatos, malobatratos venerabili ſqualore pretioſum: cumq́; proprio nihil eſui, aut indutui de pecude conferret, regnis ob hoc, quæ pererrauit, non tam ſuſpitioni, quàm fuiſſe ſuſpectui: & fortuna regum ſibi in omnibus obſecundante, illa tantum beneficia poſcentem, quæ mage ſit ſuetus oblata præſtare, quā ſumere. Quid multis? Si vera metimur æſtimamusq́;, fors fuat an philoſophi vitæ ſcriptor æqualis maiorum temporibus acceſſerit, certe par ſeculo meo per te lector obuenit. Vale.

## EPIST. IIII.

SIDONIVS CONSENTIO SVO S.

VNquam ne nos Dei nutu, domine maior, vnà videbit ille ager tuus Octauianus, nec tuus tantum quantum

*quantum amicorum? Qui ciuitati, fluuio, mari proximus, hoſpites epulis, te paſcit hoſpitibus. Præter hæc, oculis intuentium ſitu decorus: primore loco, quòd domicilium parietibus attollitur, ad concinnantiā ſcilicet architectonicam fabre locatis: Tum ſacrario, porticibus, ac thermis conſpicabilibus late coruſcans: ad hoc agris, aquisq;, vinetis, atque oliuetis; veſtibulo, campo, colle amœniſſimus: iam ſuper penum, vel ſupellectilem copioſam theſauris bibliothecalibus large refertus, vbi ipſe dum non minus ſtylo, quam vomeri incumbis, difficile diſcernitur domini plus ne ſit cultum rus, an ingenium. Hîc tu igitur (quantum recordor) citos iambos; elegos acutos, ac rotundatos hendecaſyllabos, & cætera carmina muſicos flores, thimúmque redolentia, nunc Narbonenſibus cantitanda, nunc Biterrenſibus, ambigendum celerius an pulchrius elucubraſti, apud æquæuos gratiam tuam; famam apud poſteros ampliaturus. Certe quotiens mihi tui verſus à meditationis incude, tāquam adhuc calidi deferebantur, ſic videbatur, qui etſi nō bene ſcribo, bene iudico. Sed quòd fatendum eſt, talibus ſtudijs anterior ætas iuſtè vacabat, ſeu (quod eſt verius) occupabatur: modo tempus eſt ſeria legi, ſeria ſcribi, déque perpetua vita potius, quā memoria cogitari, nimiumq; meminiſſe, noſtræ poſt mortē non opuſcula, ſed opera penſanda: Quæ quidē ad præſens non ita loquor, quaſi tu nō vtraque laudāda conficias: aut ſi adhuc durat in ſermone lætitia, nō cuſtodiatur in actione cēſura: ſed vt qui Chriſto fauente clā ſanctus es, iam palā religioſe venerādus iugo ſalubri colla pariter & corda ſubdare: inuigilétque cœleſtibus lingua præconijs; anima ſentētijs, præcipuè tamen dextera donarijs: quia quicquid eccleſiis ſpargis, tibi colligis, ad cuius exercitia virtutis illud vel principaliter te poterit accendere;*

quòd



*quòd inter opes quaſlibet poſiti (quæ bona ſtultis falsò vocantur) ſiquid agimus noſtrum, ſiquid habemus alienum eſt. Vale.*

## EPIST. V.

### SIDONIVS FORTVNALI SVO SALVTEM.

*IBis & tu in paginas noſtras, amicitiæ columen Fortunalis, Ibericarum decus illuſtre regionum: Neque enim tibi familiaritas tam parua cum literis, vt per has ipſas de te aliquid poſt te ſupereſſe non deceat. Viuet ilicet in poſterum nominis tui gloria. Nam ſi qua noſtris qualitercunque gratia, reuerentia, fides, chartulis ineſt, ſciat ætas volo poſthuma, nihil tua fide firmius, forma pulchrius, ſententia iuſtius, patientia tolerantius, conſilio grauius, conuiuio lætius, colloquio iocundius. Illud quoque ſupra cætera agnoſcet præconia laudibus tuis ex votorum contrarietate veniſſe. Nam propè eſt, vt eminentius cenſeatur quod probauerunt te aduerſa conſtantem, quàm ſi celarent ſecunda felicem. Vale.*

## EPIST. VI.

### SIDONIVS NAMMATIO SVO SALVTEM.

*CAEſarem dictatorem (quo ferūt nullum rem militarem præſtabilius, neque ducalius adminiſtraſſe) ſtudia certandi, dictandi lectitandiq; ſibi mutuo vindicauere. Et licet in perſona vnius eiuſdemq;, tempore ſuo, principis viri, caſtrenſis, oratoriæq; ſcientiæ cura certauerit ferme gloria æquipari, idem tamen nunquam ſe ſatis duxit in vtriuſque artis arce compoſitum, priuſquam veſtri Arpinatis teſtimonio anteferretur cæteris mortalibus. Quod mihi quoque (ſi parua magnis componere licet) ſecundum modulum meum,*

quanquam

*quanquam diſſimillimo, ſimiliter acceſſit. Quæ ſuper*
*cunctos te quam primum decuit agnoſcere, quia tibi eſt*
*tam gloria mea quã verecundia plurimũ curæ. Flauius*
*Nicetius vir ortu clariſſimus, priuilegio ſpectabilis,*
*merito illuſtris, & hominum patriæ noſtræ prudentia*
*peritiaq́; iuxta maximus, præconio (quãtum comperi)* B
*immenſo præſentis opuſculi volumina extollit, inſuper*
*prædicans quòd plurimos iuuenum, nec ſenum paucos,*
*vario genere dictandi militandiq́; (quippe adhuc æuo*
*viridis) ipſe ſim ſupergreſſus. Equidem in quantum fie-*
*ri præter iactantiam poteſt, gaudeo de præſtantiſſimi*
*viri autoritate, ſi certus eſt: amore, ſi fallitur: licet nunc*
*quis prouocatus ad facta maiorum, non inertiſsimus,*
*quis quoque ad verba, non infantiſſimus erit? Nanque*
*virtutes artium iſtarũ ſeculis potius priſcis ſeculorum*
*rector ingenuit: quæ per ætatem mundi iam ſeneſcentis,*
*laſſatis veluti ſeminibus emedullatæ, parum aliquid*
*hoc tẽpore in quibuſcunque, atque id in paucis miran-*
*dum, ac memorabile oſtentant. Huius tamen ego (& ſi*
*ſtudiorum omnium caput eſt, literarúmque) qui perſo-*
*nam ſemper excolui, vereor ſententiam ſupra quàm ve-*
*ritas habet, affectu ponderatiore prolatam. Neque ob*
*hoc inficias ierim, me ſæpe luculentis eius actionibus ad-*
*ſtitiſſe: Quarum me (& ſi mutuum reddere videor) vel* C
*ex parte curſimq́; memorem fas eſt. Audiui enim ado-*
*leſcens, atque adhuc nuper ex puero, cum pater meus*
*præfectus prætorio, Gallicanis tribunalibus præſideret,*
*ſub cuius videlicet magiſtratu conſul Aſterius anni*
*ſui fores votiuum trabeatus aperuerat. Adhærebam*
*ſellæ curuli, etſi non latens [generoſitatis] per ordinem,*
*certe non ſedens per ætatem: mixtúſque turmæ cenſua-*
*lium penulatorum. Conſuli proxime proximus eram.*
*Itaque vt primum breui peracta, nec breuis ſportula,*
*datique*



*datique faſti, acclamatum eſt ab omni Galliæ cœtu*
*primoribus aduocatorum, vt feſtiuitate præuenta ho-*
*ras antelucanas, quæ diem ſerum cum ſilentio præſto-*
*larentur, congrua meritorum faſcium laude honeſta-*
*rent. Nicetium protinus circunſpexere comperti, qui*
*non ſenſim ſingulatimq́;, ſed tumultuatim petitus &*
D *cunctim, cum quodam prologo pudoris vultum mode-*
*ſte demiſſus irrubuit. Atque ob hoc illi maximum ſo-*
*phos non eloquentia prius, quàm verecũdia dedit. Di-*
*xit diſpoſite, grauiter, ardenter, magna acrimonia, ma-*
*iore facundia, maxima diſciplina, & illam Sarranis*
*ebriam ſuccis inter crepitantia ſegmenta palmatã plus*
*picta oratione, plus aurea conuenuſtauit. Per ipſum fe-*
*rè tẽpus, vt decemuiraliter loquar, lex de præſcriptione*
*tricenij fuerat proquiritata: cuius peremptorijs abolita*
*rubricis lis omnis in ſextum tracta quinquenniũ termi-*
*nabatur. Hanc intra Gallias ante neſcirã primus, quẽ*
*loquimur, orator indidit proſecutionibus, edidit tribu-*
*nalibus, prodidit partibus, addidit titulis, frequente cõ-*
*uentu, raro ſedẽte, paucis ſentẽtijs, multis laudibus. Præ-*
*ter iſta per alias vices doctrinam illius (quo more citius*
*homo diſcitur) inobſeruatus inſpexi tunc, cum, quæ re-*
*git prouincias faſcibus, Nicetiano regeretur præfectu-*
E *ra conſilio. Quid multa? Nil quod non meum vellem:*
*nil quod non admirarer audiui. Propter quæ omnia bo-*
*na in viro ſita, lætor ad puncta cenſoris omnium voce*
*concelebrati. Granditer enim ſua in vtrauis de me opi-*
*nione, ſententia valet: quæ (ſi vera comperimus) tantum*
*mihi eſt fauens ſecuritati, quantum fieret aduerſa for-*
*midini. De cætero fixũ apud me ſtat conſtitutumq́;, pro-*
*vt rem ex aſſe cognouero, vel ſilẽtio me lora laxare, vel*
*ſtringere frena garritui. Nanq; ſi ſupradicti confirmor*
*aſſenſu, Athenis loquatior; ſi minus, Amyclis ipſis*
*tacitur*

*taciturnior, ero. Sed de ſodali, deq́; me, ſatis dictum. Tu
nunc inter iſta quid rerum? Quas mihi ad vicem noſſe
non minus cordi. Venaris? ædificas? ruſticaris ne? An
horum aliquid vnum, an ſingula viciſſim, an pariter
cũcta? Sed de Vitruuio, ſiue Columella, ſeu alterutrum
ambóſve ſectere, decentiſſime facis. potes enim vtrun-
que more, quo qui optimo, id eſt, vt cultor aliquis è pri-* F
*mis, architectusq́;. Cæterùm vt tibi de venatoris officio
quàm minimum blandiaris, maxime iniungo. Nanque
apros fruſtra in venabula vocas, quos canibus miſeri-
cordiſſimis, quibus abundas, & quidem ſolus, mouere
potius quàm commouere conſueſti: Eſto ſit indulgentia
dignum, quod reformidant catuli tui beſtijs appropin-
quare terribilibus corpulentisq́;: Illud ignoro quomodo
excuſes quod capreas pecus ſimum, pariter & damas
in fugam pronos iacentibus animis, pectoribus erectis,
paſſibus raris, crebris latratibus proſequuntur. Qua-
propter de reliquo fructuoſius retibus caſſibusq́; ſcru-
peas rupes, atque opacandis habilia luſtris cluſor ſtata-
rius nemora circumuenis: ac pudor ſiquis, temperas
curſibus apertis quatere campos, & inſidiari lepuſcu-
lis Olarionenſibus, quos nec eſt tanti raro te inſectante
ſuperando ſcopulis palam ductis inquietari: niſi forſi-
tan dum tibi ac patri noſter Apollinaris interuenit, re-* G
*ctius fiet vt exerceantur. Exceptis iocis, fac ſciam tan-
dem, quid te, quid domum circa. Sed ecce dum iam epi-
ſtolam, quæ diu garrit, claudere optarem, ſubitus à San-
tonius nuntius, cum quo dum tui obtentu aliquid hora-
rum ſermocinanter extraximus, cõſtanter aſſeuerauit,
nuper vos claſſicum in claſſe ceciniſſe, atque inter offi-
cia nunc nautæ, modò militis, littoribus oceani curuis
inerrare contra Saxonum pandos mioparones, quorum
quot remiges videris, totidem te cernere putes archipi-*





*ratas, ita ſimul omnes imperant, parent, docent, diſcũt
latrocinari. Vnde nunc etiam vt quamplurimum ca-
ueas cauſa ſucceſſit maxima monendi. Hoſtis eſt omni
hoſte truculentior. Improuiſus aggreditur, prouiſus
elabitur: ſpernit obiectos, ſternit incautos: ſi ſequatur
intercipit, ſi fugiat, euadit. Ad hoc, exercent illum nau-
fragia, non terrent. Eſt eis quædam cum diſcriminibus*
H *pelagi non noticia ſolum, ſed familiaritas. Nam quo-
niam ipſa, ſi qua tempeſtas eſt, huc ſecuros efficit occu-
pandos: huc proſpici vetat occupaturos: in medio flu-
ctuum ſcopulorumq́; confragoſorum ſpe ſuperuentus
læti periclitantur. Præterea priuſquam de continenti
in patriam vela laxantes hoſtico mordaces anchoras
vado vellant, mos eſt remeaturis decimũ quẽque capto-
rum per aquales & cruciarias pœnas (plus ob hoc triſti
quòd ſuperſtitioſo ritu) necare, ſuperq́; collectam turbã
periturorum mortis iniquitatem ſortis æquitate diſper-
gere. Talibus ſe ligant votis, victimis ſoluũt: & per hu-
iuſmodi non tam ſacrificia purgati, quàm ſacrilegia
polluti, religioſum putant cædis infauſtæ perpetratores,
de capite captiuo magis exigere tormenta quàm pretia.
Quamobrem metuo multa, ſuſpicor varia: quanquam
me contrario ingentia hortentur: Primum, quòd victo-
ris populi ſigna comitaris: dein quòd in ſapientes vi-*
I *ros, quos inter iure cenſeris, minus annuo licere for-
tuitis. Tertio, quòd pro ſodalibus fide iunctis, ſede
diſcretis frequenter incutiunt & tuta mœrorem: quia
promptius de actionibus longinquis ambigendisque ſi-
niſtra quæque metus augurat. Sed dicas non eſſe tan-
tum forte curanda quæ perhorreſco. Id quidem ve-
rum eſt: ſed nec hoc falſum, quod ijs, quos amplius di-
ligimus, plus timemus. Vnde nihilominus precor obor-
tum tui cauſa ſenſibus noſtris quamprimum propero*

relatu exime angorem. Neque enim ex integro flecti
vnquam ad hoc poſſum, vt de peregrinantibus amicis
(quippe quos bellica militariſq; teſſera terit) donec
ſecunda cognoſco, non aduerſa formidem. Varro-
nem logiſtoricum ſicut popoſceras, & Euſebium
Chronographum miſi: quorum ſi ad te lima peruene-
rit, ſiquid inter excubiales curas, vtpote in caſtris,
ſaltem ſortito vacabis, poteris poſtquam arma de-
terſeris, ori quoque tuo loquendi rubiginem ſummo-
uere. Vale.

## EPIST. VII.

### SID. AVDACI SVO S.

VBinam ſe nunc, velim dicas, gentium abſcondũt,
qui ſibi ſæpe de molibus facultatum congregata-
rum, deq; cõgeſtis iã nigreſcentis argenti ſtruibus blã-
diebãtur? vbi etiam illorum prærogatiua eſt, qui contra
indolem iuniorum ſola occaſione præcedentis ætatis in-
tumeſcebant? Vbi ſunt illi quorum affinitas nullo in-
dicio maiore cognoſcitur quàm ſimultate? Nempe
cùm primum bonis actibus locus eſt, & ad trutinam
iudicij principalis appenſo tandem non numorum
libra, ſed morum: remanſere illi, qui ſuperbiſſime opi-
nabantur ſolo ſe cenſu eſſe cenſendos: quiq; ſic vitijs vt
diuitijs incubantes, volunt vanitatis videri alienam
ſurrexiſſe perſonam, cùm nolint cupiditatis notari
ſuam creuiſſe ſubſtantiam. In qua tamen detrahendi
paleſtra exercitati, tanquam per oleum, ſic per infuſa
æmulationum venena macerantur. Tu verò inter hæc
macte, qui præfecturæ titulis ampliatus, licet hactenus
è proſapia illuſtris computarere, peculiariter nihilo ſe-
gnius elaboraſti: vt à te glorioſius poſteri tui numerarẽ-
tur. Nihil enim eſt illo, per ſententiam boni cuiuſque,
generoſius, quiſquis ingenij, corporis, opum iunctam in

hoc



hoc conſtans operam exercet, vt maioribus ſuis ante-
ponatur. Quod ſupereſt Deum poſco, vt te filij conſe-
quantur, aut quod plus decet velle, tranſcendant, &
quicunque non ſuſtinet te diligere prouectum, medul-
litus æſtuantes à ſemetipſo liuoris proprij ſemper exigat
pœnas: cumq; nullas in te habuerit vnquam cauſas
miſericordiæ, habeat inuidiæ. Siquidem iuſtè ſub iu-
ſto principe iacet, qui per ſe minimus, & tantum per
ſua maximus: animo exiguus viuit, & patrimonio plu-
rimus. Vale.

## EPIST. VIII.

### SID. SIAGRIO SVO S.

A DIc Gallicanæ flos iuuentutis, quouſque tandem
ruralium operum negotioſius vrbana faſtidis?
Quandiu attritas teſſerarum quondam iactibus manus
contra ius faſq; ſibi vindicant inſtrumenta cerealia?
Quouſque prati comantis exuuias, hibernis noualibus,
non vt eques, ſed vt bubulcus abſcondis? Quouſque
tua te Taionnacus patritiæ ſtirpis laſſabit agricolam?
Quouſque pondus ligonis obtuſi nec perfoſſis antibus
ponis? Quid Serranorum æmulus, & Camillorum,
cum regas ſtiuam, diſſimulas optare palmatam? parce
tantum in nobilitatis inuidiam ruſticari. Agrum ſi
mediocriter colas, poſſides: ſi nimium, poſſideris. Redde
te patri, redde te patriæ, redde te etiam fidelibus ami-
cis, qui iure ponuntur inter affectus. Aut ſi te tan-
tum Cincinnati dictatoris vita delectat, ducito Cele-
B riam, quæ boues iungat. Neque dixerim ſapienti viro
rem domeſticam non eſſe curandam, ſed eo tẽperamẽto
quod non ſolũ quid habere, ſed quid debeat eſſe cõſide-
ret. Nam ſi cæteris nobiliũ ſtudiorum artibus repudia-
tis, ſola te propagandæ rei familiaris vrtica ſollicitat:
licet tu deductũ nomen à trabeis, atque eboratas curu-

N 2 les,

*les,& geſtatorias bracteatas , & faſtos recolas purpuriſſatos, is profecto inueniere , quem debeat ſic induſtrium, quod latentem, non tam honorare cenſor, quam cenſus onerare. Vale.*

## EPIST. IX.

### SIDONIVS LAMPRIDIO SVO SALVTEM.

CVm primum Burdegalam veni, literas mihi tabellarius tuus obtulit, plenas nectaris, florum , margaritarum: quibus ſilentium meum culpas , & aliquos verſuum meorũ verſibus poſcis, qui tibi ſolent per muſicum palati concauum, voce variata tinnientes , quaſi tibijs multiforatilibus effundi. Sed hoc tu munificentia regia ſatis abutẽs, iam ſecurus poſt munera facis, quia forſitan ſatyricum illud de ſatyrico non recordaris: Satur eſt cùm dicit Horatius ohe. Quid multis? Merito me cantare ex ocio iubes, quia iam te ſaltare delectat. Quicquid illud eſt , pareo tamen , idq; non modo non coactus, verumetiam ſpontaliter facio , tantum tu vtcunque moderere Catonianum ſuperciliosæ frontis arbitrium. Noſti enim probe lætitiam poëtarum, quorum ſic ingenia mœroribus, vt piſciculi retibus amiciuntur: & ſi quid aſperum aut triſte: non ſtatim ſeſe poëtica teneritudo à vinculo incurſi angoris elaqueat. Necdum enim quicquam de hæreditate ſocruali vel in vſum tertiæ ſub precio medietatis obtinui. Interim tu videris, quàm tibi ſit epigrammatis flagitati lemma placiturũ: me tamen nequaquam ſolicitudo permittit aliud nunc habere in actione, aliud in carmine. Illud ſane præter iuſtitiam feceris , ſi inpræſentiarum viciſſim ſcripta quaſi compares. Ago laborioſum, agis ipſe felicẽ. Ago adhuc exulem, agis ipſe iam ciuẽ : & ob hoc inæqualia cano, quia ſimilia poſco, & paria non impetro. Quod ſi quopiam

quopiam



quopiam caſu ineptias iſtas, quas inter animi ſupplicia conſcripſimus, nutu indulgentiore ſuſceperis, perſuadebis mihi, quia cantuũ ſimiles fuerint olorinorum, quorum modulatior eſt clangor in pœnis: ſimiles etiã chordæ lyricæ violentius tenſæ, quæ quo plus torta, plus muſica eſt. Cæterùm ſi probari nequeunt verſus, ocij aut hilaritatis expertes , tu quoque in pagina quam ſubter attexui , nihil quod placeat inuenies. ijs adhuc adde, quod materiam cui non auditor, ſed potius lector obtigerit, nihil abſentis autoris pronuntiatio iuuat. Neque enim poſt opus miſſum ſupereſt, quid poëta vel vocaliſſimus agat, quem diſtantia loci nec hoc facere permittit , quod ſolent chori pantomimorum , qui bono cantu malè dictata commendant.

D QVid cyrrham vel Hyantias camœnas,
Quid doctos Heliconidum liquores
Scalptos alitis hinnientis ictu,
Nunc in carmina commouere tentas,
Noſtræ Lampridius decus Thaliæ?
Et me ſcribere ſic ſubinde cogis,
Ac ſi delphica Delio tuliſſem
Inſtrumenta tuo? nouusq; Apollo
Cortinam, tripodas, chelym, pharetras,
Arcus, grypas agam, duplæq; frontis
Hinc baccas quatiam, vel hinc corymbos?
Tu iam Tityre rura poſt recepta,
Myrtos, & Platanona peruagatus
Pulſas barbiton, atque concinentes
Ora & plectra tibi modos reſultant.
Chorda, voce, metro ſtupende pſaltes,
Nos iſtic poſitos ſemelq; viſos,
Bis iam menſtrua luna conſpicatur:
Nec multum Domino vacat vel ipſi,



Dum

*Dum reſponſa petit ſubactus orbis.*
*Iſtic Saxona cœrulum videmus*
*Aſſuetum ante ſalo, ſolum timere:*
*Cuius verticis extimas per oras,*
*Non contenta ſuos tenere morſus,*
*Artat lamina marginem comarum.*
*Et ſic crinibus ad cutem receſis*
*Decreſcit caput, additúrque vultus.*
*Hîc tonſo occipiti ſenex Sicamber,*
*Poſtquam victus es, elicis retrorſum,*
*Ceruicem ad veterem nouos capillos.*
*Hîc glaucis Herulus genis vagatur,*
*Imos oceani colens receſſus,*
*Algoſo prope concolor profundo.*
*Hic Burgundio ſeptipes, frequenter*
*Flexo poplite ſupplicat quietem.*
*Iſtis Oſtrogothus viget patronis,*
*Vicinóſque premens ſubinde Chunnos,*
*His quod ſubditur, hinc ſuperbit illis.*
*Hinc Romane tibi petis ſalutem:*
*Et contra Scythicæ plagæ cateruas,*
*Si quos Parrhaſis vrſa fert tumultus,*
*Theuderice tuæ manus rogantur:*
*Vt Martem validus per inquilinum*
*Defenſet tenuem Garunna Tybrim.*
*Ipſe hîc Parthicus Arſaces precatur,*
*Aulæ Suſidis vt tenere culmen*
*Poſſit, fœdere ſub ſtipendiali.*
*Nam quod partibus arma Boſphoranis,*
*Grandi hinc ſurgere ſentit apparatu,*
*Mœſtam Perſida iam ſonum ad duelli*
*Ripa Euphratide vix putat tuendam:*
*Qui cognata licet ſibi aſtra fingens,*





*Phœbea tumeat propinquitate,*
*Mortalem hic tamen implet obſecrando.*
*Hæc inter, terimus moras inanes,*
*Sed tu ô Tityre parce prouocare.*
*Nam non inuideo, magiſq; miror,*
*Qui dum nil mereor, precéſque fruſtra*
*Impendo, Melibœus eſſe cepi.*

*En carmen quod recenſeas ociabundus, noſtrúmque ſudorem ac puluerem ſpectans, veluti iam coronatus auriga de podio. De reliquo non eſt quod ſuſpiceris par me officij genus repetiturum, etiam ſi delectem præſenti, niſi prius ipſe deſtiterim vaticinari magis damna, quàm carmina. Vale.*

## EPIST. X.

### SIDON. RVRIGIO SVO S.

A *ESſe tibi vſui pariter & cordi literas grãditer gaudeo. Nam ſtylum veſtrum quanta comitetur vel flamma ſenſuum, vel vnda ſermonum, liberius aſſererem, niſi dum me laudare non parum ſtudes, laudari plurimum te vetares. Et quamquam in epiſtola tua ſeruet charitas dulcedinem, natura facundiam, peritia diſciplinam, in ſola materiæ tamen electione peccaſti: licet id ipſum poſſit prædicari in voto, quod videris erraſſe iudicio. Ingentes præconiorum titulos moribus meis applicas. Sed ſi pudoris noſtri feciſſes vtcunque rationem, Symmachianum illud te cogitare par fuerat: Vt vera laus ornat, ita falſa caſtigat. Quo loci tamen, ſi, animum veſtrum bene metior, ſuper affectum quem maximum oſtendis, hoc tu & arte feciſti. Nam moris eſt eloquentibus viris, ingeniorum facultatem, negotiorum probare difficultatibus & illic ſtylum*
B *peritũ, quaſi quendam facundi pectoris vomerẽ figere, vbi materiæ ſterilis argumentum velut arida ceſpitis*

macri gleba, ieiunat. ſcaturit mundus ſimilibus exemplis. Medicus in deſperatione, gubernator in tempeſtate cognoſcitur. horum omnium famam præcedentia pericula extollunt: quæ profecto deliteſcit, niſi vbi probetur, inuenerit. Sic & magnus orator ſi negocium aggrediatur anguſtum, tunc amplum plauſibilibus manifeſtat ingenium. M. Tullius in actionibus cæteris cæteros, pro Aulo Cluentio ipſe ſe vicit. M. Fronto cum reliquis orationibus emineret, in Pelopem ſe ſibi prætulit. C. Plinius pro Actia Variola, plus gloriæ de centumuirali ſuggeſtu domum retulit, quàm cum Marco Vlpio incomparabili principi comparabilem Panegyricum dixit. Sic & ipſe feciſti, qui dũ vis exerere ſcientiam tuam, non veritus es fore tibi impedimento etiam conſcientiam meam. Quin potius ſupplicando noſtris medere languoribus: neque per decipulam male blandientis eloquij, ægrotantis adhuc animæ fragilitatem, gloriæ falſæ pondere premas. Sane cum tibi ſermone pulchro vita ſit pulchrior, plus mihi indulges, ſi mei cauſa orare potius velis, quàm perorare. Vale.

## EPIST. XI.

### SIDON. LVPO SVO S.

QVid agunt Niſiobroges, quidve Sonnici tui, quibus de te ſibi altrinſecus vindicãdo naſcitur ſemper ſancta contentio? vnus te patrimonio populus, alter etiam matrimonio tenet. Cúmque hic origine, iſte coniugio: melius illud, quod vterque iudicio. Te tamen munere Dei inter iſta felicem: de quo diutius occupando poſſidendóque operæpretium eſt, votiua populorum ſtudia confligere. Tu verò vtriſque præſentiam tuam diſpoſitè viciſſimq́ partitus, nunc Dripanium illis, modò iſtis reſtituis Antedium. Et ſi à te inſtructio rhetorica poſcatur, hi Paulinum, illi Alcimum non requirunt.



B Vnde te magis miror, quẽ cottidie tam multiplicis bibliothecæ ventilata laſſat egeries, aliquid à me veterum flagitare cantilenarum. Pareo quidem, licet intempeſtiua videatur recordatio iocorũ tẽpore dolendi, Lampridius orator modo primum mihi occiſus agnoſcitur, cuius interitus amorem meum ſummis conficeret angoribus, ſi eum non rebus humanis vis impacta rapuiſſet. Hic me quondam (vt inter amicos ioco) Phœbum vocabat, ipſe à nobis vatis Odryſij nomine accepto. Quod reor congruit ante narrari, ne vocabula figurata ſubditum carmen obſcurent. Huic, quodam tempore Burdegalam inuiſens, metatoriam paginam quaſi cum muſa præuia miſi. puto hanc tibi liberius offerri, quàm ſi aliquid ſuper decedentis occaſu lugubre componens, qui non placebam per eloquentiam, per materiam diſplicerem.

C DIlectæ nimis & peculiari
Phœbus commonitorium Thaliæ.
Paulum depoſitis alumna plectris
Sparſam ſtringe comam virente vitta,
Et rugas tibi ſyrmatis profundi
Succingant hederæ expeditiores.
Soccos ferre caue, nec (vt ſolebat)
Laxo pes natet altus in cothurno.
Sed tales crepidas ligare cura,
Quales Harpalice, vel illa vinxit,
Quæ victos gladio procos cecidit.
Perge, ſic melius volante ſaltu,
Si veſtigia faſciata, nudi
Per ſummum digiti regant, citatis
Firmi ingreſſibus, atque vinculorum
Concurrentibus anſulis reflexa
Ad crus, per cameram catena ſurgat.

*Hoc pernix habitu meum memento* D
*Orpheum viſere, qui cotidiana*
*Saxa, & robora, cornedſque fibras*
*Mollit dulciloqua canorus arte:*
*Arpinas modo quæ tonante lingua*
*Dictat, nunc ſtylus aut Maronianus.*
*Aut quo tu Latium beas Horati,*
*Alcæo potior lyriſtes ipſo.*
*Et nunc inflat epos tragœdiarum,*
*Nunc comedia temperat iocoſa,*
*Nunc flammant ſatyræ, & tyrannicarum*
*Declamatio controuerſiarum.*
*Dic, Phœbus venit, atque poſt veredos,*
*Remis veliuolum quatit Garunnam.*
*Occurras licet, ante ſed parato*
*Actutum hoſpitio, Leonciòque* E
*Priſco, Liuia quem dat è ſenatu.*
*Dic: iam nunc aderit, ſatis facetum, &*
*Solo nomine Ruſticum videto.*
*Sed ſi tecta negant vt occupata,*
*Perge ad limina mox epiſcoporum,*
*Sancti & Gallicini manu oſculata,*
*Tecti poſce breuis vacationem:*
*Ne ſi deſtituor domo negata,*
*Mœrens ad madidas eam tabernas:*
*Et claudens geminas ſubinde nares,*
*Propter fumificas gemam culinas:*
*Qua ſerpylliferis olet cathenis,*
*Baccas per geminas ruber botellus,*
*Ollarum aut nebulæ vapore iuncto*
*Fumant cum crepitantibus patellis.* F
*Hîc cum feſta dies ciere rauos*
*Cantus cœperit, & voluptuoſam*

*Scurra*



*Scurrarum querimoniam crepare,*
*Tunc tunc carmina digniora nobis,*
*Vinoſi hoſpitis excitus camœna,*
*Plus illis ego barbarus ſuſurrem.*
*O neceſſitas abiecto naſcendi,*
*Viuendi miſera, dura moriendi.*

*Ecce quo rerum volubilitatis humanæ rota ducitur. Amaui fateor ſatis hominē, licet quibuſdam tamē venialibus erratis implicaretur, atque virtutibus minora miſceret. Nanque crebro leuibus ex cauſis, ſed leuiter excitabatur: quod nihilominus ego ſtudebam ſententiæ cæterorū naturā potius perſuadere, quā vitiū: aſtruebamq́; meliora quatenus in pectore viri iracūdia materialiter regnās, quia næuo crudelitatis fuerat infecta, prætextu ſaltē ſeueritatis emacularetur. Præterea etſi* G *conſilio fragilis, fide firmiſſimus erat: Incautiſſimus quia credulus: ſecuriſſimus, quia nō nocēs. Nullus illi ita inimicus, qui poſſet eius extorquere maledictū: & tamen nullus ſic amicus, qui poſſet effugere conuitiū. Difficilis aditu, cū facilis inſpectu: & portandus quidē, ſed portabilis. De reliquo ſi orationes eius metiaris, acer, rotūdus, cōpoſitus, excuſſus. Si poëmata, tener, multimeter, argutus, artifex erat. Faciebat ſiquidem verſus, oppido exactos, tā pedū mira, quā figurarū varietate: Hendecaſyllabos lubricos, & enodes: Hexametros crepātes, & cothurnatos: Elegos vere nunc ſtoichos, nūc recurrētes, nūc per anadiploſim fine principijsq́; connexos. Hîc (vt arreptū ſuaſerat opus) & hic additionē pro perſonæ tēporis & loci qualitate variabat: Idq́; non verbis qualibuſcūq́;, ſed grādibus, pulchris, elucubratis: In materia* H *cōtrouerſiali, fortis & lacertoſus: In ſatyrica, ſolicitus & mordax: In tragica, ſæuus & flebilis. In comica, vrbanus, multiformisq́;: In feſcennina, vernās verbis, æſtuās*

*votis:*

*votis: In bucolica, vigilax, parcus, carminabundus: In georgica ſic ruſticans multum, quòd nihil ruſticius. Præterea quòd ad epigrammata ſpectat, non copia ſed acumine placens, quæ nec breuius diſticho, nec longius tetraſticho finiebantur: eadémque cum non pauca piperata, mellea multa conſpiceres, omnia tamen ſalſa cernebas: In Lyricis autem Flaccum ſequutus, nunc ferebatur in Iamblico citus, nũc in Choriambico grauis, nunc in Alchaico flexuoſus, nunc in Sapphico inflatus. Quid plura? ſubtilis, aptus, inſtructus, quaque mens ſtylum ferret, eloquentiſſimus prorſus, vt eum iure cenſeres poſt Horatianos & Pindaricos cycnos gloriæ pennis euolaturum. Aleæ, ſphæra non iuxta deditus. Nam cum teſſeris ad laborem occuparetur, pila tantum ad* I *voluptatem fatigabat libenter: quódque plus dulce, libentius fatigabatur. Scribebat aſſidue, quanquam frequentius ſcripturiret. Legebat etiam inceſſanter autores, cum reuerentia antiquos, ſine inuidia recentes. Et quod inter homines difficillimum eſt, nulli difficulter ingenij laude cedebat. Illud ſane non ſolum culpabile in viro fuit, ſed peremptorium, quod mathematicos quondam de vitæ ſuæ fine conſuluit, vrbium ciues Africanarum, quibus vt eſt regio, ſic animus ardentior, qui conſtellatione percunctantis inſpecta, pariter annum, menſem, diémque dixerunt: Quos (vt verbo matheſeos vtar) Climactericos eſſet habiturus, vtpote quibus themate oblato quaſi ſanguinariæ genituræ ſchema patuiſſet; quia videlicet amici naſcentis anno quencunque clementem planeticorum ſyderum globum in diaſtemate zodiaco proſper ortus erexerat: hunc in occaſu cruentis ignibus inrubeſcentes ſeu ſuper diametro Mercurius* K *aſyndetus, ſeu ſuper tetragono Saturnus retrogradus, ſeu ſuper centro Mars apocataſticus exacerbaſſent. Sed*



*Sed de ijs qualia, vel quoque modo ſint, quanque ſint maxime falſa, ideóque fallentia, ſi quid plenius planiúſque cohæret, licet & ipſe arithmeticæ ſtudeas, & quæ tua diligentia Vertacum, Thraſibulum Saturninum ſolicitus euoluas, vt qui ſemper nil niſi arcanum celſúmque meditere, interim ad præſens nil coniecturaliter geſtum, nil per ambages: quandoquidem hunc noſtrum temerarium futurorum ſciſcitatorem, & diu fruſtra tergiuerſantem, tempus & qualitas prædictæ mortis innexuit. Nam domi preſſus ſtrangulatúſque ſeruorum manibus, obſtructo anhelitu, gutture obſtricto, ne dicam Lentuli, Iugurthæ, atque Seiani, certe Numantini Scipionis exitu perijt. Nec in hac cæde triſtia minus, quòd nefas ipſum cum autore facti parricidalis di-* L *luculo inuentum eſt. Nam quis ab hominum tam procul ſenſu, quis ita gemino obtutu eluminatus, qui exanimati cadauere inſpecto, non ſtatim ſigna vitæ colligeret extortæ? Etenim protinus argumento fuere liuida cutis, oculi protuberantes, & in obruto vultu non minora iræ veſtigia, quàm doloris. Inuenta eſt quidem terra tabo madefacta deciduo, quia poſt facinus ipſi latrones ad pauimentum conuerſa defuncti ora pronauerant, tanquam ſanguinis eum ſuper æſtuans fluxus exinaniſſet. Sed protinus capto qui fuerat ipſius factionis fomes, incentor, anteſignanus, cæteriſq; complicibus oppreſſis, ſeorſúmque diſcuſſis, criminis veritatem de pectoribus inuitis tormentorum terror extraxit. Atque vtinam hunc finem, dum inconſultè fides vana conſultat, non meruiſſet excipere. Nam quiſque præſumpſerit interdicta ſecreta rimari, vereor huiuſmodi à catholicæ fidei regulis exorbitaturũ, & effici dignum in* M *ſtatum cuius reſpondeantur aduerſa, dum requiruntur illicita. Sequuta quidẽ vltio eſt extinctum, ſed magis proſunt*

*proſunt iſta victuris. Nam quoties homicidæ punitur
non eſt remedium, ſed ſolatium vindicari. Longiuſcule
progredi me amor impulit, cuius angorem ſilentio ex-
halare non valui. Tu interim ſiquid iſtic cognitu di-
gnum eſt, citus indica, ſaltem ob hoc ſcribens vt ani-
mum meum triſtitudine gravem lectio leuet. Nanque
confuſo pectori mœror, & quidem iure plurimus erat,
cum paginis iſta committerem ſola. Neque enim ſatis
mihi aliud hoc tempore manu, ſermone, conſilio, ſcribe-
re, loqui, voluere libet. Vale.*

## EPIST. XII.

### SIDONIVS TRIGRETIO SVO SALVTEM.

*TAntum ne te Vaſatium ciuitas, non ceſpiti impo-* A
*ſita ſed pulueri? tantum Syrticus ager, ac vagum
ſolum & volatiles ventis altercantibus arenæ ſibi poſ-
ſident: vt te magnis flagitatum precibus, paruis ſepa-
tum ſpacijs, multis expectatum diebus, attrahere Bur-
degalam, non poteſtates, non amicitiæ, non opimata vi-
uarijs oſtrea queant? An temporibus hibernis viarum
te dubia ſuſpendūt? & quia ſolet Bigerricus turbo mo-
bilium aggerum indicia confundere, quoddam vereris
in itinere terreno pedeſtre naufragium? Vbi, quæſumus,
animo tā celeriter exceſſit, veſtigijs tuis nuper ſubacta
Calpis? vbi fixa tentoria in occiduis finibus Gaditano-
rum? Vbi ille Trigretio meo idem qui Herculi quon-
dam terminus peregrinandi? Tantum ne à te ipſo ipſe
tu diſcrepas, vt totus in deſidiæ iura conceſſeris? Quo
peragrante ſecreta regionum fabuloſarum prius defuit
actio laboris, quàm fatigationis intentio? Poſt hæc por-
tum Alingonis tam piger calcas, ac ſi tibi nunc eſſet
ad limitem Danubinum contra incurſaces Maſſage-
tas proficiſcendum: vel ſi nunc etiam tuæ naues ſtagna
Nilotidis*



*Nilotidis aquæ per indigenas formidata crocodilos*
B *transfretarent. Et cum nec duodecim milium obiectu
ſic retarderis, quid putamus cum exercitu Marci Ca-
tonis in Lepticana Syrte feciſſes? Sed quālibet ſola hye-
malium menſium nomina tremas, tam clemens eſt fa-
cies cœli, tam tepida, tam ſuda, & ſic auras mage quā
ventos habet: vt te non valeat enixius retinere tempus,
quàm inuitare temperies. Sed ſi epiſtolam ſpernis euo-
catoriam, credo vel verſibus non reluctaberis, impulſo-
ribus blandis, & deſiderij mei quantū ſuſpicor ſtrenuis
executoribus quorum in te caſtra poſt biduum commo-
uebūtur. Ecce iam Leontius meus facile primus Aqui-
tanorū, ecce parum inferior parente Paulinus, ad locum
quē ſuprà dixi per Garunnæ fluenta refluentia, nō mo-
do tibi cum claſſe, verumetiam cum flumine occurrēt.
Hîc tuas laudes modificato celeumate, ſimul inter trā-*
C *ſtra remiges, gubernatores inter apluſtria canent. Hîc
te ædificatus culcitis thorus, hîc tabula calculis ſtrata
bicoloribus, hîc teſſera frequēs eboratis reſultatura pyr-
gorū gradibus expectat. hîc ne tibi pēdulū tinguat vo-
lubilis ſentina veſtigiū, pandi carinarū ventres, abie-
gnarum trabium textu pulpitabuntur. hîc ſuperflexo
crate paradarum ſereni brumalis inſida vitabis. Quid
delicatæ pigritiæ tuæ plus poterit impendi, quàm vt te
perueniſſe inuenias, cū venire vix ſentias? Quid muſſi-
tas? Quid moraris? Ipſe tuum mihi videntur aduētum
reptiles cocleæ cū domibus natiuis anteceſſuræ. Eſt præ-
terea tibi copioſiſſima penus aggeratis opiparè referta
delicijs, modò ſit euentilando par animus impendio.
Quid multa? Veni vt aut paſcaris, aut paſcas: imò quod
gratius, vt vtrūque. Veni cū mediterraneo inſtructu ad
debellandos ſubiugandosq; iſtos Medulicæ ſupellectilis
epulones. Hîc Aturricus piſcis Garunnicis mugilibus
inſultet,*

inſultet, hic ad copias Lapurdenſium locuſtarum, cedat vilium turba cancrorum. Tu tametſi cæteris eris in hoc genere pugnandi dimicaturus, ſiquid iudicio meo cenſes acquieſcendum ( neque enim iniuſtum eſt credere experto ) ſenatorem noſtrum hoſpitem meum conflictui huic facies expertem, cuius ſi conuiuio tectóque ſuccedas, dapes Cleopatricas & loca lautia putes. Nam quamuis ſuper hoc ſtudio tam ipſe quàm patria confligant, olim lata ſententia eſt, quod ille tranſcat cæteros ciues, licet & illa cæteras ciuitates. Vale.

## EPIST. XIII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE NOVETIO SALVTEM.

MVlta in te genera virtutum, Papa beatiſſime, munere ſuperno congeſta gaudemus, ſiquidem agere narraris ſine ſuperbia nobilem, ſine inuidia potentem, ſine ſuperſtitione religioſum, ſine iactantia literatum, ſine ineptia grauem, ſine ſtudio facetũ, ſine aſperitate conſtantem, ſine popularitate communem. Præterea iis hoc præſtantiſſimum bonis fama ſuperaggerat, quod te aſſerit haſce tot gratias faſtigatiſſime charitatis arce tranſcendere: Fama, inquam, quæ de laudibus tuis cùm canat multa, plus reticet. Nam longius conſtitutis, actionum tuarum propoſitum poteſt aſſignare, non numerum: Quarum relatione ſuccenſus, vltro primus, vt longe inferiorem decet, ad ſoluenda officia procurro, nec vereor garrulitatis aliquando argui, qui potui taciturnitatis huc uſque culpari. Commendo ad baptiſmum promotum gerulum literarum, nobis quidem iam ante cognitum, ſed noſtrum nuper effectum veſtris orationibus contribulem: qui cùm ſit gente Iudæus, fide tantum prælegit cenſeri Iſraëlita, quam ſanguine: & municipatum cœleſtis illius ciuitatis affectans, occidentemq; literam ſpiritu viuificante faſtidiens, pariter hinc iuſtis præmia propoſita contemplans, hinc niſi faceret ad Chriſtum de circuncisione transfugium præuidens ſeſe per æterna ſecula æuiterna ſupplicia paſſurum, patriam ſibi maluit Ieruſalem potius, quàm Ieroſolymam computari. Quibus agnitis, aduentantem Abrahæ nunc filium veriorem maternis vlnis ſpiritalis Sara ſuſcipiat. Namque ad Agar ancillam pertinere tunc deſiit, cùm legalis obſeruantiæ ſeruitutem, gratiæ libertate mutauit. De cætero quæ ipſi fuerit iſto cauſa veniendi, præſentaneo conducibilius idem poterit explicare memoratu. Nobis verò propter quæ ſupra ſcripſi chariſſimus habetur, quod eo ſignifico, quia is efficaciſſime quemque commendat, qui meras cauſas iuſtæ commendationis aperuerit. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.



## EPIST. XIIII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE PRINCIPIO SALVTEM.

IAm diu nobis Papa venerabilis, etſi necdum veſter vultus aſpectus, tamen actus inſpectus eſt. Namque ſanctorum diffuſa laus meritorum ſtringi ſpaciis, non eſt contenta finalibus. Hinc eſt quòd quia bonæ conſcientiæ modus non ponitur, nec bonæ opinioni terminus inuenitur. Quæ loquor falſa cenſete, niſi profeſſioni meæ competens aſtipulator acceſſerit ſatis in illo quondam cœnobio Lirinenſi ſpectabile caput, Luporum concellita Maximorumq;, & parſimoniæ ſaltibus conſequi affectans Memphiticos, & Palæſtinos archimandritas, is & epiſcopus Antiolius: cuius relatu, qui pater vobis, quiq; qualesq; vos fratres, quæ morum prærogatiua pontificatu maximo ambo fungamini, ſolicitus cognoſcere ſtudui, & gaudens cognouiſſe

*uiſſe me memini cui patri quondam videlicet vos habenti, vix domus Aaron pontificis antiqui merito cōpararetur: quē licet primū in medio plebis eremedius, ſanctificationis oleo legiferi fratris dextra perfuderit, filios eius in ſimilis officij munia vocans, tamen ipſius ſuper Ithamar, & Eleazaro felicitatem, Nadab & Abiu fulminibus afflati decolerauere: quorū quālibet interemptorū credamus abſoluendas animas, punitas tamē ſcimus eſſe perſonas. Vos verò tacturi paginā altaris, nihil, vt audio, offertis ignis alieni, ſed comitantibus victimis, charitatis, caſtitatisq; fragrantiſſimum incēſum thuribulis cordis adoletis. Ad hoc quoties iugum legis ceruicibus ſuperbientium per vincula prædicationis aſtringitis, tunc Deo tauros ſpiritualiter immolatis. Quotiens conſcientiæ luxuriantis fœtore pollutos ad ſuaueolentiam pudicitiæ ſtimulis correctionis impellitis, hircorum vos obtuliſſe virulentiam Chriſtus ſibi computat. Quotiens hortantibus vobis in quocunque compuncto culpas ſuas anima pœnaliter recordata ſuſpirat: quis vos ambigat paria turturum, aut binos pullos columbarum, qui duplicem ſubſtantiam vtriuſque hominis noſtri, tam numero quàm gemitu aſſignāte myſtico litaſſe ſacrificio? Quotiens veſtro monitu obeſum quicunque corpus, æſtruantemq; turgidi ventris aruinam, crebro ieiuniorum decoquendus igne, torruerit, nulli dubium eſt vos tunc ſimilam frixam in quadam continentiæ ſartagine conſecraturos. Quotiēs aliquem mentis perfidæ figmenta ponentem, ſanam reſpòndere doctrinam, fidem credere, viam tenere, vitam ſperare ſuadetis: quis vos dubitet in huius emendatione conuerſi, qui iam ſit liber ab hereſi, liber ab hypocriſi, liber ab ſchiſmate, purgatiſſimum propoſitionis panē, cum ſinceritatis & veritatis azymis dedicaturos? Po-*

*ſtrem*



*ſtremo quis neſciat quicquid legis diebus ſigulariter immolabatur in corporibus, quod totum id gratiæ tempore manifeſte vos offeratis in moribus? Atque ideo grates vberes Deo refero, quod ſecundum veſtræ paginæ qualitatem, facile agnoſco antiſtitem ſuprafatum*
D *de vobis cū magna dixerit, maiora tacuiſſe. Quapropter nemo dubitauerit, qui bonus es cum iudicaris, & melior cum legeris, eſſe te optimum cum videris. Megetius clericus veſtri gerulus eloquij, rebus ex ſententia geſtis, quia tuorum apicū detulit munera, meorum reportat obſequia: quem ſaltem iuuimus voto, quia re forſitan non valemus, per quem obſecro impenſe vt ſitim noſtram frequenter literis literatis, ambo germani, tu frequentius, irrigetis. Sed ſi difficultas itineris interſitis reſultat optatis, vel aliquoties pro ſupplicibus ſupplicate. Maius eſt autem ſi nobis tribuere dignemini raris interceſſionibus ſalutem, quàm ſi crebris affatibus dignitatem. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. XV.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE PROSPERO S.

A DVm laudibus ſummis ſanctum Anianum maximum conſummatiſſimumq; pontificem, Lupo parem, Germanoq; non imparem, vis celebrari: fideliumq; deſideras pectoribus inſigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes: cui etiam illud non abſque iuſtitia gloriæ datur, quod te ſucceſſore deceſſit: exegeras mihi vt promitterem tibi Attilæ bellum ſtylo me poſteris intimaturum, quo videlicet Aurelianenſis vrbis obſidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio: & illa vulgata exauditi cœlitus ſacerdotis vaticinatio, continebatur. Cœperam ſcribere, ſed operis arrepti faſce perſpecto, tæduit inchoaſſe, propter hoc nullis

auribus credidi, quod primum me cenſore damnaueram. Dabitur (vt ſpero) præcatui tuo & meritis antiſtitis ſummi, quatenus præconio ſuo ſub quacunque & quidem celeri occaſione famulemur. Cæterum tu creditor iuſtus, laudabiliter hoc imprudentiæ temerarij debitoris indulſeris, vt quod mihi inſolubile videtur, tibi quoque videatur inrepoſcibile. Memor noſtri eſſe dignare Domine Papa.

## EPIST. XVI.

### SIDONIVS CONSTANTIO SVO SALVTEM.

SPoponderam Petronio illuſtri viro, præſens opuſculum, paucis me epiſtolis expediturum: cuius A auribus non peperci, dum tuis parco. Malui namque vt illum correctionis labor, te honor editionis aſpiceret perueniretq́; in veſtras manus volumē iſtud alieno periculo, obſequio meo. Peracta promiſſio eſt, nam peritia ſi tua coactorū in mēbranas inſpiciat ſigna titulorum, iam copioſum te (ni fallor) pulſat exemplar, iam venitur ad margines vmbilicorum, iam tempus eſt vt Satyricus, ait Oreſtem noſtram vel ſuper terga finiri. Non hic ego commentitiam Terpſichorem more ſtudij veteris aſciui, nec iuxta ſcaturiginem fontis Aganippici per roſcidas ripas & pumices muſcidos, ſtylum traxi. Atque vtinam hic nil molle, nil fluidum, nil de triuijs compitalibus mutuatū reperiretur. Siquidem B maturo (vt es ipſe) lectori, non tantum dictio exoſſis, tenera, delumbis, quantum veſcula, toroſa, & quaſi maſcula placet. Sed reſeruentur iſta potioribus, mihi ſufficit ſi cito ignoſcas, quod ſumus tardi. Præterea ſi vir illuſtris aliquid inſuper ampliuſculè ſcribi depopoſciſſet, in moras grandes incidiſſemus. Nam per arma-

riola



riola & zeteculas noſtras non remanſerunt digna prolatu. Vnde cognoſce, quod etſi tacere necdum cœpimus, certe taciturire iā deliberauimus, duplici ex cauſa: vt ſi placemus pauca lecturis incitent voluptatem: Si refutamur, non excitent multa faſtidium: quippe in hoc ſtylo cui non vrbanus lepos ineſt, ſed pagana ſimplicitas. Vnde enim nobis illud loquendi tetricum genus ac perantiquum? Vnde illa verba ſaliaria, vel Sibyllina vel Sabinis abuſque Curibus accita, quæ magiſtris plerumque reticentibus promptius Fecialis aliquis aut C Flamen, aut veternoſus legalium quæſtionum enigmatiſta, patefecerit? Nos opuſcula ſermone edidimus arido, exili, certe maxima ex parte vulgato: cuius hinc honor rarus, quod frequens vſus: hinc difficilis gratia, quia facilis inuentio eſt. Sane profiteor audenter, ſicut iſtic nil acre, nil eloquens: ita nihil indictū, nil abſolutū. Non ab exemplo. Sed quid hæc pluribus? Dictio mea (quod mihi ſufficit) placet amicis. In quibus tamen vtrumque complector, ſiue non fallunt examine, ſeu charitate falluntur: Deumq́; (quod reſtat) in poſterum quæſo, vt ſecuturi aut fallantur ſimiliter, aut cenſeant.

Vale.

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOLARVM LIBER IX.

## EPISTOLA I.

### SIDON. FIRMINO SVO S.

EXIGIS, domine fili, vt epiſtolarum A
priorum limite irrupto, ſtylus in vlteriora procurrat, numeri ſupradicti priuilegio non contentus includi. Addis & cauſas quibus hic liber nonus octo ſuperiorum voluminibus accreſcat, eo quod Caius Secundus, cuius nos orbitas ſequi hoc opere pronuntias, paribus titulis opus epiſtolare determinet. Quæ iubes non ſunt improbabilia, quanquam & hoc ipſum, quod piè iniugis arduum exiſtat, ac laudi quantulæcumque iam ſemel partæ non opportunum: primum, quod opuſculo prius edito præſentis augmenti ſera coniunctio eſt. Deinde quod ar- B
bitros ante quoſcunque (niſi fallimur) indecentiſſimum eſt materiæ vnius ſimplex principium, triplices epilogos inueniri. Pariter & neſcio, qualiter fieri veniabile queat, quod coërceri noſtra garrulitas, nec poſt denuntiatum terminum ſuſtinet, niſi quia forſitan qui modus eſt paginis, non poteſt poni ipſe amicitijs. Quapropter eſſe te in quadam contuendæ opinionis meæ quaſi ſpecula decet, curioſiſq; facti huiuſce rationem manifeſtare: quidve ad hoc ſentiant optimi quiq;, reſcripto quàm frequentiſſimo mihi pandere. Porrò autem ſi me garrire compulſo, ipſo reti-





C cere perſeuerabis, te quoque ſilentij noſtri talione adinuicem plecti non periniurium eſt. Itaque tu primus, tu maxime ignoſce negotio quod imponis, ac miniſterio. Nos verò ſi quod exemplar manibus occurrerit, libri marginibus octaui celeriter addemus, etſi Apollinaris tuus (cui ſtudium in cæteris rebus) eſt in hac certe negligentiſſimus, quippe qui perexiguum lectione teneatur, vel coactus, vel voluntarius, quantum tamen mihi videtur, qui patribus iis iungi non recuſauerim, quorum ſtudio, voto, timori, laudabile aliquid in filijs, licet difficile perſuadetur, difficilius ſufficit. Vale.

## EPIST. II.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE EVPHRONIO S.

A ALbiſo antiſtes Proculúſque leuites ideo nobis morum magiſtri pronuntiandi, quia veſtri meretur eſſe diſcipuli, literas detulerunt: quarum me ſacroſancto donaſtis affatu: quæ tamen literæ plurimum nobis honoris, plus oneris imponunt. Vnde & ipſarum ſic benedictione lætor, quod iniunctione confundor: quippe qui ex aſſe turbatus vel ex parte non pareo. Iubetis enim tam diuerſa quàm minima, explicariq; decerni-
B tis opus, quod à paruitate mea tam difficile completur, quàm impudenter incipitur. Sed ſi amplitudinem in vobis pietatis expertæ bene metior, Plus laboraſtis, vt affectus cordis veſtri, quàm noſtri operis effectus publicaretur. Neque enim cùm Hieronymus interpres, Dialecticus Auguſtinus, Allegoricus Origenes, grauidas tibi ſpiritualium ſenſuum ſpicas doctrinæ ſalubris meſſe parturiant, non ſcilicet tibi partibus meis arida ieiunantis linguæ ſtipula crepitabit. Hoc more tu & olorinis cantibus, anſeres raucos, & modificatis luſciniarum

querelis, improborum paſſerum ſingultientes ſuſurros iure ſociaueris. Quid quod ſic quoque arroganter fieret, indecentérque, ſi negocij præcepti pondus aggrederer, nouus clericus, peccator antiquus, ſcientia leui, graui conſcientia? videlicet vt ſi ſcriptum quodcũque miſiſſem, perſona mea nec tunc abeſſet riſui iudicantium, C
cum defuiſſet obtutui. Ne quæſo, domine Papa, nimis exigas verecundiam meam, qualitercumque latitantem, cœpti operis huiuſce temeritate deuenuſtari: quia tantus eſt liuor derogatorum vt materia quàm mittis velocius ſortiatur inchoata probrum, quàm terminata ſuffragium. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.

## EPIST. III.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE FAVSTO S.

SEruat conſuetudinem ſuam tam facundia veſtra A
quàm pietas: atque ob hoc granditer, quod diſertè ſcriptis eloquium ſuſcepimus, quod libenter affectũ. cæterũ ad præſens petita venia prius impetratáque, cautiſſimum reor atque ſaluberrimum, per has maximè ciuitates quæ multum ſitu ſegreges agunt, dum ſunt gentium motibus itinera ſuſpecta, ſtylo frequentiori renuntiare: dilatáque tantiſper mutui ſedulitate ſermonis, curam potius aſſumere conticeſcendi: quod inter obſtrictas B
affectu mediante perſonas aſperrimum quamquam atque acerbiſſimum eſt, non tamen cauſis efficitur qualibuſcũque, ſed plurimis certis & neceſſariis: quæq; diuerſis proficiſcũtur ex originibus: quarum iſta calculo primore numerabitur, quod cuſtodias aggerũ publicorum nequaquam tabellarius tranſit inrequiſitus: qui etſi periculi nihil, vtpote crimine vacans, plurimum ſanè perpeti ſolet difficultatis, dum ſecretum omne gerulorum

peruigil



peruigil explorator indagat: quorum, ſi forte reſponſio quantulumcũque ad interrogata trepidauerit, quæ non inueniuntur ſcripta, mandata creduntur: ac per hoc ſuſtinent iniuriam plerunque qui mittuntur, qui mittit inuidiam: plúſque in hoc tempore, quo æmulantum inuicem ſeſe pridem fœdera, ſtatuta regnorum denuo per conditiones diſcordioſas ancipitia redduntur. Præter
C hoc ipſa mens noſtra domeſticis hinc inde diſpendiis ſaucia iacet. nam per officij imaginem, vel (quod eſt verius) neceſſitatem, ſolo patrio exactus, huc relegatus, variis quaqua verſum frangor angoribus, quia patior hic incommoda peregrini, illic damna proſcripti. Quocirca ſoluere modo literas paulò politiores aut intempeſtiue petor, aut impudenter aggredior, quas vel ioco lepidas, vel ſtylo cultas alternare felicium eſt. Porrò autem quaſi quidam barbariſmus eſt morum, ſermo iocundus, & animus afflictus. quin potius animam male ſibi conſciam, & per horas ad recordata pœnalis vitæ debita contremiſcentem, frequentiſſimis tuis illis & valentiſſimis orationum munerere ſuffragiis, precum peritus Inſulanarum, quas de paleſtra congregationis eremitidis: quas de ſenatu Lyrinenſium Cellulanorum, in vrbe quoque (cuius eccleſiæ ſacra ſuperinſpicis) tranſtuliſti, nil ab abbate mutatus per ſacerdotem: quippe cum nouæ dignitatis obtentu, rigorem veteris diſciplinæ
D non relaxaueris. Iis igitur, vt ſupradixi, precatibus efficaciſſimis obtine, vt portio noſtra ſit dominus: atque vt aſcripti turmis contribulium leuitarum, non remaneamus terreni, quibus terra non remanet: inchoemúſque, vt à ſeculi lucris, ſic quoque à culpis peregrinari. Tertia eſt cauſa vel maxima exinde, ſcribere tibi cur ſuperſederim: quod immane ſuſpicio dictãdi iſtud in vobis tropologicum genus ac figuratũ, limatiſq; plurifariam

 verbis

*verbis eminentiſſimum: quod veſtra quam ſumpſimus
epiſtola oſtendit. licet enim prædicationes tuas, nunc re-
pentinas, nunc cùm ratio popoſciſſet elucubratas, rau-
cus ploſor audierim, tunc præcipuè, cùm in Lugdunen-
ſis eccleſiæ dedicatæ feſtis hebdomadalibus collegarum
ſacroſanctorum rogatu exorareris, vt perorares. ibi te
inter ſpiritales regulas, vel forenſes medioximum quid-
dam concionantem (quippe vtrarumque doctiſſimum
diſciplinarum) pariter erectis ſenſibus, auribusq́; cur-
uatis ambiebamus: hinc parum factitantem deſiderio* E
*noſtro, quia iudicio ſatisfeceras. Hiſce de cauſis tẽpe-
raui ſtylo, temperabóque, breuiter locutus vt paream:
longum taciturus, vt diſcam. Sunt de cætero tuæ partes,
domine Papa, doctrinæ ſalutaris, ſingularisq́;, victuris
operibus incumbere ſatis. Neque enim quiſquis auſcul-
tet docentem te, diſputantémque, plus loqui diſcit, quàm
facere laudanda. Nunc verò, quod reſtat, donate venia
paginam ruſticantem, vobis obſecundantẽ: cui me quo-
que autore, ſi veſtris literis computaretur, ſtylus infan-
tiſſimus ineſt. Sed iſta quorſum ſtolidus allego? Nam ni-
mis deprecari ineptias ipſas eſt ineptiſsimũ, in quibus tu
merus arbiter, ſi rem ex aſſe diſcingas, ridebis plurima,
plura culpabis. Sed & illud amplector, ſi pro charita-
te, qua polles, non fueris vſquequaque cenſendi conti-
nentiſſimus, id eſt, ſi ſententia tua quippiam ſuper his
apicibus antiquet. Tunc enim certius te probaſſe reli-
qua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero. Memor no-
ſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. IV.

### SID. DOMINO PAPAE GRAECO S.

*VIator noſter ac tabellarius terit orbitas itineris
aſſueti, ſpacium viæ regionumq́;, quòd oppida no-
ſtra diſcriminat, ſæpe relegendo. Quocirca nos quoque
decet*



*decet ſemel propoſitæ ſedulitatis officia ſectari, quæ cum
reliquis commeantibus, tum præcipue Amantio inter-
currente geminare, cum quadam mentis intentione de-
bemus: ne forte videatur ipſe plus literas ex more de-
poſcere, quã nos ex amore dictare. Domine Papa ideo
veſtrorũ plus meméntote, quos inter præſumimus com-
putari: quiq́; ſicut veſtris erigimur ſecundis, ita depri-
mimur aduerſis. Nam quod nuper quorumpiam fra-*
B *trum neceſſitate multos pertuleritis angores, flebili ad-
flentis relatione peruenit. Sed tu flos ſacerdotum, gem-
ma pontificum, ſcientia fortis, fortior conſcientia, minas
vndasq́; mundialium ſperne nimborum: quia frequen-
ter ipſe docuiſti quòd ad promiſſa conuiuia patriar-
charum, vel ad nectar cœleſtium poculorum, per ama-
ritudinum terrenarum calices perueniretur. Velis no-
lis, quisque contempti mediatoris conſequitur regnum,
ſequitur exemplum. Quantaslibet nobis anxietatum
pateras vitæ præſentis propinet afflictio, parua tolera-
mus, ſi recordamur quid biberit ad patibulum, qui
inuitat ad cœlum. Memor noſtri eſſe dignare domine
Papa.*

## EPIST. V.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE IVLIANO S.

A *ETſi pluſculum forte diſcreta, quàm communis ani-
mus optabat, ſede conſiſtimus: non tamen medij iti-
neris obiectu quantum ad ſoluendum ſpectat officium,*
B *noſtra ſedulitas impediretur: niſi per regna diuiſi, à cõ-
mertio frequentioris ſermonis, diuerſarum ſortium iure
reuocaremur: quæ nunc ſaltem poſt pacis initam pactio-
nem, quia fidelibus animis fœderabuntur, apices noſtri
incipient commeare crebri, quoniam ceſſant eſſe ſuſpe-
cti. Proinde, domine Papa, cum ſacroſanctis fratribus
veſtris*

*veſtris pariter ſupplicaturas Chriſto iungite preces: vt dignatus proſperare quæ gerimus, noſtriq; dominij temperans lites, arma compeſcens, illos muneretur innocentia, nos quiete, totos ſecuritate. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. VI.

### SID. DOMINO PAPAE AMBROSIO SALVTEM.

*VIguit pro dilectiſſimo noſtro (quid loquar, nomen, perſonam? tu recognoſces cuncta) apud Chriſtum, tua ſanctitas interceſſionis effectu: de cuius facilitate iuuenili ſæpe, nunc arbitris palam aſcitis conquerebare, nunc tacitus ingemiſcebas. Igitur hic proximè abrupto contubernio ancillæ propudioſiſſimæ, cui ſe totum cõſuetudine obſcœna iunctus addixerat, patrimonio, poſteris, famæ, ſubita ſui correctione conſuluit. Namque per rei familiaris damna vacuatus, vt primum intelligere cœpit, & retractare quantum de bonuſculis auitis paternisq; ſumptuoſitas domeſticæ charybdis abliguriſſet, quãquam ſerò, reſipiſcens, attamen tandem veluti frenos momordit, excuſſitq; ceruices, atque Vlyxeas, (vt ferunt) ceras auribus figens, fugit, aduerſum vitia ſurdus, meretricij blandimẽta naufragij: puellámque (prout decuit) intactam vir laudandus in matrimoniũ aſſumpſit, tã moribus natalibúſque ſummatẽ, quàm facultatibus. Principalis quidẽ eſſet gloria, ſi voluptates ſic reliquiſſet, vt nec vxori cõiugaretur: Sed etſi forte contingat, ad bonos mores ab errore migrare, paucorũ eſt incipere de maximis: & eos qui diu totum indulſerint ſibi, protinus totum & pariter incidere. Quocirca veſtrum eſt, copulatis obtinere quàm primum prece ſedula ſpem liberorum: & poſt conſequens erit vt filio vno alteróve ſuſceptis (& nimis dixi) abſtineat de cætero licitis,*

*qui*



*qui illicita præſumpſit. Nanque & coniuges ipſi, quanquam nupti nuper, ijs moribus ac verecundia agunt, vt vere agnoſcas ſi ſemel videris, plurimum eſſe, quid differat ille honeſtiſſimus vxorius amor, figmentis illecebriſq; concubinalibus. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. VII.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE REMIGIO SALVTEM.

A *QVidam ab Aruernis Belgicam petens (perſona mihi cognita eſt, cauſa ignota, nec refert) poſtquàm Remos aduenerat, ſcribam tuum ſeu bibliopolam, pretio fors fuat officióve demeritum copioſiſſimo, velis nolis declamationum tuarum ſchedio emunxit: qui redux nobis atque oppido gloriabundus (quippe præceptis tot voluminibus) quicquid detulerat, quanquam mercari paratis (quòd tamen cuius nec erat, iniuſtum) pro munere ingeſſit, curæ mihi è veſtigio fuit, ijsq; qui ſtudent, cùm meritò lecturiremus, plurima & vere cuncta tranſcribere. Omnium aſſenſu pronuntiatum, pauca nunc poſſe ſimilia dictari. Etenim rarus aut nullus eſt, cui [meditaturo] par aſſiſtat diſpoſitio per cauſas, poſitio per literas, compoſitio per ſyllabas. Ad hoc opportunitas in exemplis, fides in teſtimonijs, proprietas in epithetis, vrbanitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in ſenſibus, flumen in verbis, fulmen in clauſulis. Structura verò fortis & firma, coniunctionúmque perfacetarum nexu caſuris inſolubilibus: ſed nec hinc minus lubrica & leuis, ac modis omnibus erotundata: quæque lectoris linguam inoffenſam decenter expediat, ne ſalebroſas paſſa iuncturas, per cameram palati volutata balbutiat. Tota denique* B *liquida prorſus & ductilis, veluti cùm cryſtallinas*

*cruſtas,*

*cruſtas, aut onychintinas non impacto digitus vngue
perlabitur: quippe ſi nihil eum, rimoſis obicibus exce-
ptum, tenax fractura remoretur. Quid plura? Non ex-
tat ad præſens viui hominis oratio, quā peritia tua non
ſine labore tranſgredi queat ac ſuperuadere. Vnde &
prope ſuſpicor, domine Papa, propter eloquium exun-
dans atque ineffabile (venia ſit dicto) te ſuperbire: ſed
licet bono fulgeas vt conſcientiæ, ſic dictionis ordina-
tiſſimæ, nos tibi tamen minime ſumus refugiendi, qui
bene ſcripta laudamus, & ſi laudanda non ſcribimus.
Quocirca deſine in poſterum noſtra declinare iudicia,
quæ nil mordax, nihilq́ minâtur increpatorium. Alio-
qui ſi diſtuleris noſtram ſterilitatem fœcundis fœcun-
dare colloquijs, aucupabimur nundinas innolantum:
Et vltro ſcrinia tua conniuentibus nobis, ac ſubornan-
tibus, effractorum manus arguta populabitur: Inchoa-* C
*biſque tunc fruſtra moueri, ſpoliatus furto: ſi nunc ro-
gatus non moueris officio. Memor noſtri eſſe dignare
domine Papa.*

## EPIST. VIII.

### SID. DOMINO PAPAE PRINCIPIO SALVTEM.

*QVanquam nobis, non opinantibus, deſiderantibus* A
*tamen, literas tuas reddidit gerulus, antiquus,
idoneus inuentus, cui iure repetita credantur officia,
quandoquidem prima ſic detulit. Igitur affatu ſecundo,
vel potius benedictione donatus, ipſo quoque repeto al-
terum ſalue, obſequia combinans numeris æquata, non
meritis. Et quia, domine Papa, modo viuimus iunctis
abiunctisq́ regionibus, conſpectibusq́ mutuis frui diſſo-
ciatæ ſitu habitationis inhibemur: orate vt optabili re-
ligioſoque deceſſu vitæ præſentis angoribus atque onere
perfuncti, cum iudicij dies ſanctus obfulſerit, cum re-*

*ſurrectione*



B *ſurrectione agminibus veſtris famulaturi vel ſub Ga-
baonaticæ ſeruitutis occaſione iungamur: quia ſecun-
dum promiſſa cœleſtia, quæ ſpoponderunt filios fidei, de
nationibus congregandos, ſic nos reos venia ſoletur,
dum vos beatos gloria manet, etſi per actionum diffe-
rentiam, non tamen per locorum diſtantiam diuide-
mur. Memor noſtri eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. IX.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE FAVSTO S.

A *LOngum tacere, vir ſacratiſſime, nos in commune
dequeſtus es. cognoſco veſtræ partis hinc ſtudium,
noſtræ reatum non recognoſco. Nanque iam pridem
iuſſus garrire, non ſilui literis iſtas antecurrentibus:
quibus etiam recenſendis cum Reios aduenerant, qui
tunc apte fuiſtis, aptiſſime defuiſtis: Idq́ votiuum mihi
granditer fuit, ac peroptatum, vt epiſtola iniuncta nec
negaretur ſcripta amicitiæ, nec ſubderetur lecta cen-
ſuræ. Iſta omittamus. Mitti paginam copioſam denuo
iubes. Parere properanti vota adſunt, cauſæ abſunt.
Nam ſalutationi ſi negocium aliquod actiua non de-
portet, materia ſuccincta eſt, quam qui porrigit verbis*
B *non neceſſarijs, à regula Saluſtiani tramitis detortus
exorbitat, qui Catilinam culpat habuiſſe ſatis loquen-
tiæ, parum ſapientiæ. Vnde aue dicto, mox Vale dici-
mus. Sed bene eſt, bene eſt quia chartulam iamiámque
complicaturo res fortis accurrit, de qua exprobranda,
ſi diutius vel lætitia ſeſe mea, vel ira cohibuerit, ipſe
me accepta dignum contumelia iudicabo. Veniſti ma-
giſter in manus meas, nec exulto tantum, verum inſul-
to, veniſti: & quidem talis, qualem ab hinc longo iam-
diu tempore deſideria mea præſtolabantur. Dubito
ſanè vtrum & inuitus, aut certe ſimilis inuito quippe*

*quo*

quo prouidente, vel ( ſi tamen hoc nimis abnuis ) ad-
quieſcente, ſim tuis libris inſalutatus, ijsq; (quod mul-
to eſt iniurioſius) territorium Aruernum cùm præteri- C
rent, non ſolum mœnia mea, verumetiam latera raden-
tibus. An verebare ne tuis dictis inuideremus? Sed
Dei indultu vitio nulli minus addicimur: cui ſi ita vt
cæteris, à mea parte ſubiaceretur, ſic quoque auferret
congrediendi æmulationem deſperatio conſequendi. An
ſupercilium tanquam difficilis ac rigidi ploſoris exti-
meſcebas? & quænam eſt cuiquam peritiæ ceruix tan-
ta, quive hydrops, vt etiam tepida veſtra, non feruentiſ-
ſimis laudibus proſequatur? An ideo me faſtidiēdum,
negligendúmque curaſti, quia contemneres iuniorem?
quòd parum credo. An quia indoctum? quod magis fe-
ro: Ita tamen vt qui dicere ignorem, non & audire:
quia & qui Circenſibus ludis àdfuerunt, ſententiam
de curſibus non ferunt. An aliquo caſu diſſidebamus,
vt putaremur ijs, quos libellis edidiſſetis, derogaturi?
atqui præſule Deo tenues nobis eſſe amicitias, nec ini-
mici fingere queunt. Iſta quorſum? inquis. Ecce iam D
pando vel quid indagaſſe me gaudeam, vel quid te ce-
laſſe ſuccenſeam. legi volumina tua quæ Riochatus an-
tiſtes ac monachus, atque iſtiuſmodi bis peregrinus tuis
Britannis pro te repôrtat, illo iam inpræſentiarū Fau-
ſto potius qui non ſeneſcit, quiq; viuentibus non defutu-
rus, poſt ſepulturam fiet, per ipſa quæ ſcripſit ſibi ſuper-
ſtes. Hîc igitur ipſe venerabilis apud oppidū noſtrum
cùm moraretur, donec gentium concitatarum procella
deſremeret( cuius imaginis hinc & hinc turbo tunc in-
horruerat ) ſic reliqua dona veſtra detexit, vt perurba-
nè quæ præſtantiora portabat operuerit, ſpinas meas il-
luſtrare diſſimulans tuis floribus. Sed poſt duos aut ijs
amplius menſes ſic quoque à nobis cito profectum, cum
quipiam



quipiam prodidiſſent de viatoribus, myſticæ gazæ
clauſis inuolucris clam ferre theſauros, pernicibus e-
quis inſequutus abeuntem, qui facile poſſint itineris
pridiani ſpacia præuertere, oſculo in fauces occupa-
ti latronis inſilui, humano ioco, geſtu ferino, veluti ſi
E excuſſura quencunque catulorum Parthi colla rapto-
ris pede volatico tigris orbata ſuperemicet. Quid mul-
ta? capti hoſtis genua complector, iumenta ſiſto, frena
ligo, ſarcinas ſoluo, quæſitum volumen inuenio, pro-
duco, lectito, exerpo, maxima ex magnis capita defru-
ctans. Tribuit & quoddam dictare celeranti ſcribarum
ſequacitas ſaltuoſa, compendium, qui comprehendebāt
ſignis, quòd literis non tenebant. Quibus lacrymis ſa-
ne maduerimus, mutuo viciſſim fletu rigati tunc, cum
ab amplexu ſæpe repetito ſepararemur: longum eſt di-
xiſſe, nec refert, quòd triumphali ſufficit gaudio, ſpolijs
onuſtum charitatis, & ſpiritualis compotem prædæ me
domum retuli. Quæris nunc quid de manubijs meis iu-
dicem, nollem adhuc prodere, quod diuturnius expe-
ctatione penderes, plus me enim vlciſcerer, ſi quod ſenſi
tacerem. Sed iam nec ipſe fruſtra ſuperbis, vtpote in-
telligens tibi ineſſe virtutem ſic perorandi, vt lectori tuo
F ſeu reluctanti, ſeu voluntario, vis voluptatis excludat
præconij neceſſitatem, proinde accipe quid ſuper ſcrip-
tis tuis & iniuriam paſſi, cenſeamus. Legimus, opus
operoſiſſimum, multiplex, acre, ſublime, digeſtum titu-
lis, exemplisq; congeſtum, bipartitum ſub dialogi ſche-
mate, ſub cauſarum themate quadripartitum. Scripſe-
ras autem plurima ardenter, plura pompoſè: ſimplici-
ter iſta, nec ruſticè: arguté illa, nec callidè: grauia ma-
turè, profunda ſolicitè, dubia conſtanter, argumentoſa
diſputatoriè, quædam ſeuerè, quæpiam blandè, cuncta
moraliter, lectè, potenter, eloquentiſſimè, itaq; per tanta

te genera narrandi toto latiſſimæ dictationis campo ſe-
quutus, nihil in facundia cæterorum, nil in ingenijs fa-
cilè perſpexi iuxta politum: Quæ me vera ſentire ſatis
approbas, cum nec offenſus aliter iudico. Denique ab-
ſentis oratio (quantum opinamur) plus nequit creſcere,
niſi forſitan aliquid ijs addat coram loquentis autoris
vox, manus, motus, pudor, artifex, ijs igitur animi lite- G
rarumq; dotibus præditus, mulierem pulchram, ſed il-
lam, Deuteronomio aſtipulãte, nubentem, domine Pa-
pa, tibi iugaſti: quam tu adhuc iuuenis inter hoſtiles
conſpicatus cateruas, atque illic in acie contrariæ par-
tis adamatam, nihil per obſtantes repulſus præliato-
res, deſiderij brachio vincente rapuiſti, philoſophiam
ſcilicet, quæ violenter è numero ſacrilegarum artium
exempta, raſo capillo ſuperfluæ religionis, ac ſupercilio
ſcientiæ ſecularis, amputatiſq; peruenuſtarum veſtium
rugis, id eſt, triſtis dialecticæ flexibus falſa morum &
illicita velantibus, myſtico amplexu iam defæcata te-
cum membra coniunxit. Hæc ab annis veſtra iam du-
dum pediſequa primoribus, hæc tuo lateri comes inſe-
parabilis, ſiue in palæſtris exercereris vrbanis, ſiue in
abſtruſis macerarere ſolitudinibus: hæc athenæi conſors,
hæc monaſterij, tecum mundanas abdicat, tecum ſu- H
pernas prædicat diſciplinas. Huic copulatum te ma-
trimonio qui laceſſiuerit, ſentiet eccleſiæ Chriſti Plato-
nis Academiam militare, teq; nobilius philoſaphari:
Primum, ineffabilem dei patris aſſerere cum ſancti ſpi-
ritus æternitate ſapientiam: Tum præterea, non cæſa-
riem paſcere, neque pallio aut claua velut ſophiſticis
inſignibus gloriari, aut affectare de Seſtiũ diſcretione
ſuperbiam, nitore pompam, ſqualore iactantiam, neque
te ſatis hoc æmulari, quòd per gymnaſia pingantur A-
reopagitica, vel Prytaneum, Zeuſippus ceruice cur-
ua,



na, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus
cute diſtenta, Diogenes barba comante, Socrates coma
candente, Ariſtotiles brachio exerto, Xenocrates crure
collecto, Heracletus fletu oculis clauſis, Democritus
riſu labris apertis, Chryſippus digitis propter numero-
rum indicia conſtrictis, Euclides propter menſurarum
ſpacia laxatis, Cleanthes propter vtrumque corroſis,
I quin potius experietur quiſque conflixerit, Stoicos, Cy-
nicos, Peripateticos, Hæreſiarchas, proprijs armis, pro-
prijs quoque concuti machinamentis. Nam ſectatores
eorum Chriſtiano dogmati ac ſenſui ſi repugnauerint,
mox te magiſtro ligati, vernaculis implicaturis in re-
tia ſua præcipites implagabuntur, ſyllogiſmis tuæ pro-
poſitionis vncatis volubilem tergiuerſantium linguam
inhamantibus, dum ſpiris categoricis, lubricas quæ-
ſtiones tu potius innodas, acrium more medicorum, qui
remedium contrà vena cùm ratio compellit, & de ſer-
pente conficiunt: ſed hoc temporibus iſtis, ſub tuæ tan-
tum vel contemplatione conſcientiæ, vel virtute do-
ctrinæ. Nam quis æquali veſtigia tua ſequeretur greſ-
ſu? cui datum eſt ſoli loqui melius, quàm didiceris, vi-
uere melius quàm loquaris? Quocirca merito te beatiſ-
K ſimum boni omnes idq; ſupra omnes tua tempeſtate cõ-
celebrabunt, cuius ita dictis vita factiſq; dupliciter
inclaruit, vt quandoquidem tuos annos iam dextera
numerauerit, ſeculo prædicatus tuo, deſiderandus alie-
no, vtraque laudabili actione, diſcedas, te relicturus
externis, tua proximis. Memor noſtri eſſe dignare
Domine Papa.

## EPIST. X.

SID. DOMINO PAPAE AVMICVLO S.

A REddidit tibi epiſtolas meas, quem mihi tuas offer-
re fuerat, nam frater noſter Celeſtinus, nuper

 ad te

*ad te reuerſus de Biterrenſi, quoddam mihi ſuper ſtatū*
*iniurioſi noſtri vinculum ceſſionis elicuit. Quod quidē*
*ſcripſi non minus tua verecundia fractus, quàm vo-*
*luntate. Namque nos vltro veſtro pudori, quaſi qui-*
*buſdam pedibus obſequij decuit occurrere. Quocirca*
*me quoque volente poſſide indultum, ſed liberaliter,*
*nec enim, vt ſuſpicor, plus aliquid hoc genere ſolatij vel*
*ipſe quæſiſti. Quem literis iſtis, non commendatorijs mi-*
*nus, quàm reſuſorijs iam placatus inſinuo, ſic tamen vt* B
*tibi aßiſtat, tibi parcat, te ſequatur, atque vt ſi permā-*
*ſerit tecum, neutri noſtrum iudicetur famulus, ſi fortè*
*diſceſſerit, quæratur vtrique fugitiuus. Memor noſtri*
*eſſe dignare domine Papa.*

## EPIST. XI.

### SIDONIVS DOMINO PAPAE LVPO SALVTEM.

PRopter libellum quem non ad vos magis quàm A
*per vos miſſum putaſtis, epiſtolam veſtram non ad*
*me magis quàm in me ſcriptam recepi. Ad exprobata*
*reſpondeo pro æquitate cauſæ, nō pro æqualitate facun-*
*diæ: quanquam quis nunc ego, aut quantus qui agere*
*præſumam nobis putantibus innocentem? Quocirca*
*delicto huic (quantulumcunque eſt) inter principia*
*confeſtim ſupplico ignoſci, diffidentiæ tantum & non*
*ſuperbiæ faſſus errorem. Nam cùm mihi rigor cenſu-*
*ræ tuæ in literis æquè vt moribus ſit ambifariam con-*
*tremiſcendus, fateor tamen in voluminis ipſius ope-*
*riſq; reſerata illam mihi fuiſſe plus oneri, quàm præ-*
*tenditis, charitatem: Nec citra iuſtum iſta conijcio,*
*quandoquidem mortalium mentibus ius hoc natura-*
*liter ineſt, vt ſi quid perperam fiat minus indul-* B
*geant plus amici. Scripſeram librum ſicut pronuntia-*
*tis, plenum onuſtumq; vario cauſarum, temporum,*
*perſo*



*perſonarumq; congeſtu: facturus rem videbar im-*
*pudentißimam, ſi tantum mihi cuncta placuiſſent;*
*vt nulla tibi diſplicitura conſiderem; huc item quiſ-*
*quis iudicij euentus foret, vidi partibus meis nequa-*
*quam pietatis ex ſolido conſtare rationem, ſi non ſal-*
*tem vobis eſſet anterius allatū volumen: etſi non vide-*
*retur, oblatum ſub hoc videlicet temperamento, vt ſi*
*forte placuiſſem, non vos arrogantia præteriſſe, ſi ſecus,*
*non vos improbitas expetiſſe iudicaretur. Nec ſane*
C *multo labore me credidi deprecaturum vitatas cauſas*
*erubeſcendi, pariter illud noſſe vos noueram, quod au-*
*tores in operibus ædendis pudor potius, quàm conſtan-*
*tia decet: quodq; tetricis puncta cenſoribus, tardius*
*procacitas recitatoris, quàm trepidatio excudit. Alio-*
*qui ſi quis eſt ille, qui cum fiduciæ prærogatiua, the-*
*matis antè inauditi operam peruulgat: incipit expe-*
*ctationi publicæ quamuis ſoluerit multa, plura redhi-*
*bere. Præterea quicquid ſuper huiuſce ſcripti tenorē*
*cenſueris; malui factum confiteri ſimpliciter, quàm tre-*
*baciter diffiteri. Dixiſſet alius; neminem tibi prætuli;*
*nullas ad vllum peculiares literas dedi; quem prælatū*
*ſuſpicabare vnius epiſtolæ forma contentus abceßit;*
*atque ea quidem nihil ſuper præſenti negotio defe-*
*rente. Tu qui te quæreris omiſſum, tribus loquacißi-*
*mis paginis fatigatus, potius in nauſeam concitaris,*
*dum frequenter inſulſæ lectionis verbis inanibus im-*
*moraris. Adde quia etiam in hoc quod forſitan non no-*
D *taſti, reuerentiæ tuæ meritorumq; ratio ſeruata eſt:*
*quod ſicut tu in antiſtitum cæterorum cathedris, prior*
*eſt tuus in libro titulus, illius nomen vix ſemel tantum,*
*& ſibi aſcripta pagina ſonat: tuo præter tibi deputa-*
*tas frequenter illuſtrantur alienæ. Illud ijs iunge,*
*quod ſi quid ibi vel cauſaliter placet, tu per conſilium*

 *meum*

*meum lectitas: ille quandoque per beneficium tuum,
qui munuſculi mei incaſſum preſſus inuidia, necdum
ad facultatem legendi (vt ſuſpicor) venit, cùm iamdiu
ipſe perueneris ad copiam transferendi. Aio, tanquam
non ſit autographas membranas arbitraturus, ſi tamen
quod ante percurras, vel exẽplar acceperit. neque enim
in iis quæ tractaueris vlla culpabitur, aut diſtinctio-
num raritas, aut frequentia barbariſmorum. Nempe
ad extremum palam videtur etiam tibi tranſmiſſa pro-
prietas, cui vſus abſque tẽporis fixi præſcriptione tranſ-
miſſus eſt, quod ſupradicto tamdiu potes vti libello, vt
eum non amplius Zethecula tua, quàm memoria inclu-* E
*dat. hæc & iis plura fortè aliquis. Ego verò cuncta
prætereo, & malo precari veniam, quàm reatum, ſi hoc
eſſe creditur deprecari. præſentum quoque negligen-
tiam literarum nunc nec excuſo. primum, quod etſi cu-
piam, parum cultius ſcribere queo. dein, quòd libella-
ri opere confecto, animus tandem feriaturus, iam quæ
propalare diſſimulat, excolere detrectat. At tamen cùm
ſatis tibi, & quidem merito (quidnam enim ſimile tui?)
in omnibus cedam (quippe in alio genere virtutum,
iam per quinquennia decem, non æquæuis ſacerdotibus
tantum, verum & antiquis quoties collatus antelatúſ-
que ſis) noueris volo: quamuis queſtibus quatias aſtra,
atque maiorum cineres fauilláſque in teſtimonium læſæ
charitatis implores, pedem me conflictui tuo, ſi mutuo
ſuper amore certandum eſt, non retracturum: quia cùm
in cæteris rebus, tum fœdiſſimum per quam eſt in di-* F
*lectione ſuperari: Quæ velis nolis certa profeſſio, conui-
tiis tuis illis, cuncta ſane blandimentorum mella vin-
centibus, non præter æquum reponderatur. Ecce habes
literas tam garrulas fermè, quàm requirebas: quam-
quam ſunt omnes (ſi quæ vſpiam tamen ſunt) loquaciſ-
ſimæ.*



*ſime. Namque in audentiam ſermocinandi quem non
ipſe compellas? qui omnium (de me enim taceo) litera-
torum, licet occuli affectent, ſic ingenia producis, vt
ſolet aquam terræ in viſceribus abſconditam per ato-
mos bibulos radius extrahere ſolaris. Cuius lucis aculeo
non ſola penetratur aut arena ſubtilis, aut humus foſ-
ſilis: ſed ſi ſaxei montis oppreſſu, fontium conditorum
vena celetur, apperit arcanum liquentis elementi ſe-
cretorum cœleſtium natura violentior. Ita ſi quos, vir
ſacroſancte, ſtudioſorum ſenſeris aut quietos, aut vere-
cundos, aut in obſcuro iacentes, famæ receſſu delite-
ſcentes, hos eloquij tui claritas, artifice confabulatu,*
G *tum compellat, & publicat. Sed quorſum? quid mora-
rum? Redeamus ad cauſam, ſuper cuius ſuperabun-
dante blateratu, quia pareo, precor vt errata confeſſum
veniæ clementis indultu placatus impartias, licet quæ
lætitia tua ſancta, quæq; communio, copioſius hilara-
rere, ſi meæ culpæ defenſio potius tibi ſcripta ferretur,
quàm ſatisfactio. Memor noſtri eſſe dignare Domi-
ne Papa.*

## EPIST. XII.

### SIDON. ORESIO SVO S.

A V*Enit in noſtras à te profecta pagina manus, quæ
trahit multam ſimilitudinem de ſale Hiſpano in
iugis cæſo Tarraconenſibus. Nam recenſenti lucida &
ſalſa eſt, nec tamen propter hoc ipſum mellea minus, ſed
ſermo dulcis & propoſitionibus acer. Sic enim oblectat
eloquio, quod turbat imperio, quippe quæ parũ metiens,
quid ordinis agam, carmina à nobis, nunc noua petat,
primum, ab exordio religioſæ profeſſionis, huic princi-
paliter exercitio renuntiaui, quia nimirum facilita-
ti poſſet accommodari, ſi me occupaſſet leuitas ver-
ſuum, quem reſpicere cœperat grauitas actionum.*

Tum præterea conſtat omnem operam, ſi longa intercapedine quieſcat, ægrè reſumi. Quiſnam enim ignorat cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus vſu venire? Cúmque ſtudia conſueta non frequentatur, brachia in corporibus, ingenia pigreſcere in artibus. Vnde eſt & illud, quod ſero correptus aut raro, plus arcus manui, iugo bos, equus freno rebellat. Inſuper deſidiæ noſtræ verecundia comes ad hoc ſententiam noſtram inclinat, vt me poſtquam in ſilentio decurri très olympiadas tam pudeat nouum poëma conficere, quàm pigeat. hoc item nefas, etiam difficilia factu tibi negari; cuius affectum tanto minus decipi decet, quanto conſtantius nil repulſam veretur. Tenebimus ergo quippiam medium: & ſicut epigrammata recentia modo nulla dictabo, ita literas (ſi quæ iacebunt verſu refertæ ſcilicet) ante præſentis officij neceſſitatem mittam tibi, petens, ne tu ſis eatenus iuſtitiæ præuaricator, vt me opineris nunquam ab huiuſmodi conſcriptione temperaturum. Neque enim ſuffragio tuo minus augear, ſi forte digneris iam modeſtum potius, quàm facetum exiſtimare. Vale. B

## EPIST. XIII.

### SIDON. TONANTIO SVO S.

EST quidem fateor verſibus meis ſententia tua tam plauſibilis olim, tam fauorabilis, vt poëtarum me quibúſque lectiſſimis comparandum putes, certè compluribus anteponendum. Crederem tibi, ſi non, vt multum ſapis, ita quoque multum me amares. Hinc eſt quod de laudibus meis charitas tua mentiri poteſt, nec poteſt fallere, præter hoc poſcis, vt Horatiana incude formatos Aſclepiadeos tibi quoſpiam, quibus inter bibendum pronuntiandis exerceare, tranſmittam. Pareo iniunctis, licet ſi vnquam, modò maximè proſario loquendi A

quendi



genere diſtrictus occupatúſque. Denique probabis circa nos, plurima ex parte, metrorum ſtudia refrigeſcere. B Non enim promptum eſt vnum eundémque probè facere aliquid, & raro.

IAm dudum teretes hendecaſyllabos,
Attrito calamis pollice luſimus,
Quos cantare magis pro Choriambicis
Excuſſo poteras mobilius pede.
Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis vt noſtra dehinc curſitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectripotentibus,
Dum metro quatitur chorda glyconio.
Nec non Alcaico, vel Pherecratio,
Iuncto Lesbiaco, ſiue anapæſtico,
C Vernans per varij carminis eclogas,
Verborum violis multicoloribus.
Iſtud (da veniam) fingere vatibus
Priſcis difficile eſt; difficile & mihi,
Vt diuerſa ſonans os epigrammata,
Nil crebras titubet propter epiſtolas
Quas cantu ac modulis luxuriantibus
Laſciuire vetat maſcula dictio.
Iſtud vix Leo, rex Caſtalij chori,
Vix, hunc qui ſequitur, Lampridius queat,
Declamans gemini pondere ſub ſtyli,
Coram diſcipulis Burdegalenſibus.
Hoc me téque decet, parce precor iocis,
Quæſo pollicitam ſeruet ad extimum
Oratoris opus cura modeſtiam:
D Quo nil deterius, ſi fuerit ſimul
In primis rigidus, mollis in vltimis.



UNIVERSIDAD GRANADA

Qvinimo quoties epulo menſæ lautioris hilarabere, religioſis ( quod magis approbo ) narrationibus vaca. iis proferendis, confabulatio frequens: iis redicendis ſolicitus auditus inſeruiat. Certe ſi ſaluberrimis auocamentis, vt qui adhuc iuuenis tepidus, inflecteris, à Platonico Madaurenſi ſaltem formulas mutuare conuiualium quæſtionum: Quoque reddaris inſtructior, has ſolue propoſitas, has propone ſoluendas, iisq́ te ſtudiis & dum otiaris exerce. Sed quia mentio conuiuiorum ſemel incidit: túque ſic carmen nobis vel ad aliam cauſam perſonámque compoſitum ſedulò expoſcis, vt me eius edendi diutius habere non poſſis hæſitatorem: ſuſcipe libens quod temporibus Augusti Maiorani cùm rogatu cuiuſdam ſodalis ad cœnam conueniremus, in Petri librum magiſtri epiſtolarum ſubitò prolatum, ſubitus effudi, meis quoque contubernalibus (dum rex conuiuij circa ordinandum moras nectit oxygarum) Domnulo, Seueriano, atque Lampridio paria pangentibus ( iactanter hoc dixi, imò meliora) quos vndique vrbium aſcitos imperator in vnam ciuitatem, inuitator in vnam cœnam, forte contraxerat. Id mora tantum. dum genera metrorum ſorte partimur. Placuit namque pro charitate collegij, licet omnibus eadem ſcribendi materia exiſteret, non vno tamen epigrammata ſingulorum genere proferri, ne quiſpiam noſtrum qui cæteris dixiſſet exilius, verecundia primum, poſt morderetur inuidia. Etenim citius agnoſcitur in quocumque recitante, ſi quo cæteri metro canat, an eo quoque ſcribat ingenio. Tu verò tunc oportunius ſubiecta laudaueris cum totum te ſocio indulſeris. Non enim iuſtum eſt, vt cenſor incipias cum ſeueritate diſcutere, quod non potuit amicus cum ſerietate dictare.

Age



F Age conuocata pubes,
Locus, hora, menſa, cauſa
Iubet, vt volumen iſtud,
Quod & aure & ore diſcis,
Studijs in aſtra tollas.
Petrus eſt tibi legendus,
In vtraque diſciplina
Satis inſtitutus autor.
Celebremus ergo fratres,
Pia feſta literarum.
Peragat diem cadentem
Dape, poculis, choreis
Genialis apparatus.
Rutilum toreuma byſſo,
Rutilasq́ ferte blattas,
Recoquente quas aheno
G Melibœa fucat vnda,
Opulentet vt meraco
Bibulum colore vellus.
Peregrina det ſuppellex
Cteſiphontis ac Niphatis
Iuga texta, beluasq́
Rapidas, vacante panno,
Acuit quibus furorem
Bene ficta plaga cocco,
Iaculoq́ ſeu forante
Cruor incruentus exit.
Vbi toruus, & per artem
Reſupina flexus ora
It equo, reditq́, telo
Simulacra beſtiarum
H Fugiens, fugansq́ Parthus.
Nunc pulchriora lina

Gerat

*Gerat orbis, atque lauris,*
*Hederiſq; , pampiniſq;*
*Viridantibus tegatur.*
*Cytiſos, crocos, amellos,*
*Caſias, liguſtra, calthas*
*Calathi ferant capaces:*
*Redolentibúſque ſertis*
*Abacum, thoróſque pingant:*
*Manus uncta ſucco amomi*
*Domet hiſpidos capillos:*
*Arabúmque meſſe pinguis*
*Petat alta tecta fumus:*
*Veniente nocte necnon*
*Numeroſus erigatur*
*Laquearibus coruſcis,*
*Cameræ in ſuperna lychnus:*
*Oleúmque neſcientes,*
*Adipéſque glutinoſos,*
*Vtero tumente fundant;*
*Opobalſamum lucernæ.*
*Geruli caput plicantes,*
*Anaglyptico metallo*
*Epulas ſuperbiores*
*Humeris ferant onuſtis:*
*Pateræ, ſcyphi, lebetes,*
*Socient falerna nardo:*
*Tripodáſque, canthoróſque*
*Roſa ſutilis coronet:*
*Iuuat ire per corollas,*
*Alabaſtra ventilantes:*
*Iuuat & vago rotatu*
*Dare fracta membra ludo:*
*Simulare vel tremente*

Pede.



*Pede, veſte, voce Bacchas.*
*Bimari remittat vrbe*
*Thymelen, Palenq; doctas*
*Tepidas ad officinas*
*Cithariſtrias Corinthus:*
*Digiti quibus canentes*
*Pariter ſonante lingua*
*Vice pectinis fatigent*
*Animata fila pulſu.*
*Date & æra fiſtulata,*
*Satyris amica nudis.*
*Date raulos choraulas,*
*Quibus antra per palati*
*Crepulis reſtanda buccis,*
*Gemit aura tibialis.*
*Date carminata ſocco,*
*Date dicta ſub cothurno,*
*Date quicquid aduocati,*
*Date quicquid & Poëtæ,*
*Vario ſtrepunt in actu.*
*Petrus hæc & illa tranſit.*
*Opus editum tenemus,*
*Dimetra quod arte texens,*
*Iter aſperum viaſq;*
*Labyrinthicas cucurrit.*
*Sed in omnibus laborans*
*Et ab omnibus probatus,*
*Rapit hinc & inde palmam,*
*Per & ora docta fertur.*
*Procul hinc ad Hippocrenen,*
*Aganippicoſq; fontes,*
*Et Apollinem canorum,*
*Comitantibus Camœnis*

Abigamus,

*Abigamus, & Mineruam*
*Quaſi præſulem canendi.*
*Remouete ficta fatu:*
*Deus iſta præſtat vnus.*
*Stupuit virum loquentem*
*Diadematis poteſtas,*
*Toga, miles, ordo equeſter,*
*Populuſq; Romularis:*
*Et adhuc ſophos volutant*
*Fora, templa, rura, caſtra.*
*Super hæc, fragorem alumno,*
*Padus, atque ciuitatum*
*Dat amor liguſticarum.*
*Similis fragor reſultat*
*Rhodanitidas per vrbes:*
*Imitabiturq; Gallos*
*Feritas Ibericorum.*
*Nec in hoc moratus axe*
*Cito ad arua perget Euri,*
*Aquilonibuſq; & Auſtris*
*Zephyriſq; perferetur.*

*Ecce dum quæro, quid cantes, ipſe cantaui. Tales enim nugas in imo ſcrinij fundo muribus perforatas, poſt annos circiter viginti profero in lucem, quales pari tempore abſentans dum domum redijt Vlyſſes inuenire potuiſſet. Proinde peto vt præſentibus ludicris libenter ignoſcas. Illud vero nec verecunde, nec impudenter iniungo, vt quod ipſe de familiaris mei integro libro pronuntiaui, hoc tu quaſi ſolicitatus exempli neceſſitate de meo ſentias. Vale.*

## EPIST. XIIII.

### SIDONIVS BVRGVNDIONI SVO SALVTEM.





A *Dvpliciter excrutior, quòd noſtrum vterque lecto tenetur. Nihil enim eſt durius, quàm cum præſentes amici diuiduntur communione languoris, quippe ſi accedat, vt nec intra vnum conclaue decumbant, nulla ſunt verba, nulla ſunt ſolatia, nulla denique mutui oratus viciſſitudo. Itaq; ſingulis mœror ingens, iſq; plus de altero. Nanq; parum poſſis, quanquam & infirmus, periclitante quem diligas, tibi timere. Sed Deus mihi, fili amãtiſſime, pro te pauenti validiſſimum ſcrupulum excuſſit, quia priſtinas incipis vires recuperare. Diceris enim iã velle conſurgere, quodq; plus opto, iam poſſe.* B *Me certe taliter conſulis, & ſolicitudine propè præcoqua quæſtiunculis literarum, iam quaſi ex aſſe vegetus exerces, audire plus ambiens (etſi adhuc æger) Socratem de moribus, quàm Hippocratem de corporibus diſputantem: dignus omnino, quem plauſilibus Roma foueret vlnis: quoque recitante, crepitãtis Athenæi ſubſellia cuneata quaterentur: Quòd proculdubio conſequebare, ſi pacis lociq; conditio permitteret, vt illic ſenatoriæ iuuentutis contubernio mixtus erudirere, cuius te gloriæ pariter ac famæ capacẽ, de orationis tuæ qualitate coniecto, in qua decentiſſime te nuper pronũtiantem, quæ quidem ſcripſeras ex tẽporaliter, admirabantur beneuoli, mirabantur ſuperbi, morabantur periti. Sed ne impudenter verecundiam tuã laudibus nimijs vltro premamus, præconia tua iuſtius de te, quàm tibi ſcribimus. Hoc potius vnde eſt cauſa ſermonis intromittamus.* C *Igitur interrogas per pugillarem, quos recurrentes aſſeram verſus, vt celer explicem, ſed ſub exemplo. Ij nimirum ſunt recurrentes, qui metro ſtante neque literis loco motis, vt ab exordio ad terminum, ſic à fine releguntur ad ſummum. Sic eſt illud antiquum:*

*Roma tibi ſubito, motibus ibit amor.*

*Et illud:*

*Sole medere pede,ſede perede melos.*

*Necnon habentur pro recurrentibus , qui pedum lege*
*ſeruata,etſi non per ſingulos apices, per ſingula tamen*
*verba replicantur,vt eſt vnum diſtichon meum ( qua-*
*lia reor equidem legi multa multorum) quod de riuulo*
*luſi , qui repentino procellarum paſtus illapſu , publi-*
*cumq; aggerem confragoſo diluuio ſupergreſſus,ſubdi-*
*ta culta viæ inundauerat,quanquam depoſiturus inſa-*
*nam mox abundantiam , quippe quàm pluuijs appen-*
*dicibus intumeſcentem,nil ſuperna venæ perennis pon-*
*dera inflarent. Igitur iſtic ( nam viator adueneram)* D
*dum magis ripam quàm vadum quæro , tali iocatus*
*epigrammate , per turbulenti terga torrentis, ijs ſaltem*
*pedibus inceſſi:*

*Præcipiti modo quòd decurrit tramite flumen,*
*Tempore conſumptum iam cito deficiet.*

*Hos ſi recurras,ita legitur.*

*Deficiet cito iam conſumptum tempore flumen,*
*Tramite decurrit quod modo præcipiti.*

*Et, Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo.*

*Ecce habes verſus,quorũ ſyllabatim mirere rationẽ.*
*Cæterum pompam , quam non habent, non docebunt.*
*Sufficienter indicaſſe me ſuſpicor , quòd tu requiren-*
*dum exiſtimaſti.Simile quiddam facis & ipſe, ſi pro-*
*poſita reſtituas : Eq; diuerſò , quæ repeteris expedias.*
*Nanque eminet tibi thematis celeberrimi votiua red-*
*hibitio,laus videlicet peroranda,quàm edideras Cæſa-* E
*ris Iulij : Quæ materia tam grandis eſt,vt ſtudentum,*
*ſiquis fuerit ille, copioſiſſimus,nihil amplius in ipſa de-*
*beat cauere, quàm ne quid minus dicat. Nam ſi omit-*
*tantur,quæ de titulis Dictatoris inuicti ſcripta Pataui-*
*nis ſunt voluminibus,quis opera Suetonij,quis Iuuenci,*
*Marcialis*



*Marcialis hiſtoriam,quisve ad extremum Balbi ephe-*
*meridem fando adæquauerit? Sed tuis ceris hæc reſer-*
*uamus. Officij magis noſtri eſt auditoribus ſcanna com-*
*ponere , & præparare aures fragoribus intonaturas,*
*dumq; virtutes tu dicis alienas,nos moliamur tuas di-*
*cere:neque vereare , me quoſpiam iudices Catonianos*
*aduocaturum,qui modo inuidiam , modo ignorantiam*
*ſuam fictæ ſeueritatis velamine tegant,quanquam im-*
*peritis venia debetur : cæterum ſi quis ita malus eſt,*
*vt intelligat bene ſcripta, nec tamen laudet:hunc boni*
*intelligunt , nec tamen laudant. Proinde curas tuas*
F *hoc metu abſoluo fauentes audiunt cuncti , cuncti fo-*
*uentes : gaudijsq; , quæ faeies recitaturus , vna frue-*
*mur. Nam plerique laudabunt facundiam tuam, plu-*
*rimi ingenium, toti pudorem. Non enim minus laudi*
*feretur, adoleſcentem, vel (quod eſt pulchrius) penè ad-*
*huc puerum , de palæſtra publici examinis tam morum*
*referre ſuffragia, quàm literarum. Vale.*

## EPIST. XV.

### SIDONIVS GELASIO SVO SALVTEM.

A *PRobas, neque deprecor me deliquiſſe : deliqui quip-*
*pe , qui necdum nomini tuo vllas operi meo lite-*
*ras iunxerim. Sed tamen ſcribis tu , quod errauerim,*
*veniabile fore : ſi quod & ipſe decantes mittam ab*
*exemplo, quia ſcilicet Tonantio meo , ad parem cau-*
*ſam futuras vſui literas bimetras miſerim. Præter hoc*
*quereris paginam meam , ſi reſoluatur in luſum , ſolis*
*hendecaſſyllabis frequentari. Qua de re trochaica gar-*
*rulitate ſuſpenſa ſenariolos aliquos plus requiris. Ser-*
*uio iniunctis tu modo placidus accipias, ſiue odam hãc*
*ipſam manis vocare, ſiue eclogam. Nam metrum diu*
*infrequentatum durius texitur.*

Q *Iubes*

*IVbes amice noſtra per volumina* B
*Modis reſultet incitatioribus*
*Ferox Iambus & Trochæus hactenus,*
*Pigraſq́; bigas, & quaterna tempora*
*Spondeus addat, vt moram volucripes*
*Habeat parumper inſitam trimetria:*
*Reſonetq́; mixtus ille pes celerrimus,*
*Bene nuncupatus quondam ab arte Pyrricha,*
*Loco locandus vndecunque in vltimo,*
*Spondam daturus & ſubinde verſui*
*Modo in priore parte, nunc in extima*
*Anapeſtus, ipſe quanquam & abſolutius*
*Pronuntietur conſueta tertia.*
*Geminæ breuiq́; longa adheret ſyllaba,* C
*Quæ temperare vix valet gregarius*
*Poëta, vt ipſe cernis eſſe Sollium.*
*In pectine errat, nec per ora concaua*
*Vaga lingua flexum competenter explicat*
*Epos, ſed iſtud aptius parauerit*
*Leo, Leonis aut ſequutus orbitas*
*Cantu in latino, cùm prior ſit attico*
*Conſentiorum qui ſuperſtes eſt pater*
*Fide, voce, metris, ad fluenta Pegaſi*
*Ceciniſſe dictus omniforme canticum,*
*Quotieſq́; verba Graia carminauerit*
*Tenuiſſe celſa iunctus aſtra Pindaro*
*Montemq́; victor iſſe per biuerticem*
*Nulli ſecundus inter antra Delphica,* D
*Aſt vterq́; vatum ſi lyræ Poëticæ*
*Latiale carmen aptet abſque Dorico,*
*Venuſia Flacce plectra ineptus exeras:*
*Iapygiſq́; verna cycnus Aufidi,*
*Atagen tonare cum ſuis oloribus,*





*Caua & canora colla victus ingemas.*
*Nec iſta ſola ſunt perita pectora,*
*Licet & peritis hæc peritiora ſint.*
*Seuerianus iſta Rhetor altius,*
*Affer, vaferq́; Domnulus politius,*
*Scholaſticuſq́; ſub rotundioribus*
*Petrus camœnis dictitaſſet acrius,*
*Epiſtolaris vſquequaque nec ſtylus*
*Virum vetaret, vt ſtupenda pangeret,*
*Potuiſſet iſta ſemper efficacius,*
*Humo atque gente cretus in Liguſtide*
E *Proculus, melodis inſonare pulſibus*
*Limans faceta quæque ſic poëmata*
*Venetam laceſſat vt fauore Mantuam:*
*Homericæq́; par & ipſe gloriæ*
*Rotas Maronis arte ſectans compari.*
*Ego corde, & ore, iure deſpicabilis,*
*Quid inter hoſce te rogante garriam,*
*Loquacitatis impudentiam probans,*
*Animique vota diſtent vt à literis?*
*Sed quid negabo, nec pudore territus?*
*Amor timere neſcit, inde parui,*

*IGnoſce deſueta repetenti, atque ob impleta, quæ iuſſeras, nihil amplius quàm raritatis indulgentiam præſtolaturo. Cæterum mihi ſimilia poſt (ſi iuſſeris) quo queam magis obſequens eſſe, ſic curabis ad vicem carminis aut dictare quæ cantem, aut ſaltare quæ rideam. Vale.*

## EPIST. XVI.

### SID. FIRMINO SVO S.

A *SI recordaris, domine fili, hoc mihi iniunxeras, vt hic nonus libellus peculiariter tibi dicatus, cæteris octo copularetur, quos ad Conſtantium ſcripſi,*

*virum ſingularis ingenij, ſalutaris conſilij, certe in tractatibus publicis cæteros eloquentes, ſeu diuerſa ſiue paria decernat, præſtantioris facundiæ dotibus antecellentem. Sponſio impleta eſt, non quidem exactè, ſed vel inſtanter. Nam peragratis forte diœceſibus, cum domum veni, ſi quod ſchedium temere iacens chartulis putribus, ac veternoſis continebatur, raptim coactimq; tranſlator feſtinus exſcripſi, tempore hiberno nil retardatus, quin actutum iuſſa complerem, licet antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina & calamo durior gutta, quàm iudicaſſes imprimentibus digitis non fluere, ſed frangi. Sic quoque tamen compotem officij prius agere curaui, quàm duodecimum noſtrum (quem Numæ menſem vos nuncupatis)* B
*Fauonius flatu teporo, pluuiuſq; natalibus maritaret. Reſtat, vt te arbitro nō repoſcamur, res omnino diſcrepantiſſimas, maturitatem celeritatemq;. Nam quoties liber quiſpiam ſcribi cito iubetur, non tantum honorem ſpectat autor à merito, quantum ab obſequio. De reliquo quia tibi nuper ad Gelaſium virum ſat benigniſſimum miſſos iambicos placuiſſe pronuntias, per hos te quoque Mitylenæi oppidi vernulas munerabor.*

*Iam per alternum pelagus loquendi*
*Egit audacem mea cymba curſum.*
*Nec bipertito timuit fluento*
*Flectere clauum.*
*Soluit antennas, ligat alta vela,*
*Palmulam ponit manus, atque tranſtris*
*Littori iunctis petit oſculandam*
*Saltus arenam.*
*Muſſitans quanquam chorus inuidorum,*
*Prodat hirritu rabiem canino,*
*Nil palam ſane loquitur, pauetq;*





*Publica puncta.*
*Verberant puppem, quatiunt carinam,*
*Ventilant ſpondas laterum rotundas,*
*Arborem circa volitant ſiniſtræ*
*Sibila linguæ.*
*Nos tamen rectam comite arte proram,*
*Nil tumeſcentes veriti procellas,*
*Siſtimus, portu geminæ potiti*
*Fronde coronæ:*
*Quam mihi indulſit populus Quirini,*
*Blattifer vel quam tribuit ſenatus,*
*Quam peritorum dedit ordo conſors*
*Iudiciorum.*
*Cum meis poni ſtatuam perennem*
*Nerua Traianus titulis videret,*
*Inter autores vtriuſq; fixam*
*Bibliothecæ,*
*Quamq; poſt viſus, prope poſt biluſtre,*
*Tempus accepi, cupiens honorem*
*Qui patrum ac plebis ſimul vnus olim*
*Iura gubernat.*
*Præter heroos, ioca multa, multis*
*Texui pannis elegos, frequenter*
*Subditos ſenis pedibus rotaui*
*Commate bino.*
*Nunc per vndenas equitare ſuetus*
*Syllabas, luſi celer: atque metro*
*Saphico creber cecini, citato*
*Rarus iambo.*
*Nec recordari queo quanta quondam*
*Scripſerim primo iuuenis calore,*
*Vnde pars maior vtinam taceri*
*Poſſit & abdi.*

*Nam ſenectutis propiore meta,*
*Quicquid extremis ſociamur annis,*
*Plus pudet ſi quid leue luſit ætas*
*Nunc reminiſci.*
*Quod perhorreſcens ad epiſtolarum*
*Tranſtuli cultum genus omne curæ,*
*Ne reus cantu petulantiore,*
*Sim reus actu.*
*Neu puter ſolui per amœna dicta*
*Schema qui chartis phaleráſque iungam:*
*Clerici ne quid maculet rigorem* F
*Fama poëtæ.*
*Denique ad quoduis epigramma poſthac,*
*Non ferar pronus, teneróque metro*
*Vel graui, nullum cito cogar exhinc*
*Promere carmen.*
*Perſequutorum niſi quæſtiones*
*Forſitan dicam, meritóſque cœlum*
*Martyres mortis precio paraſſe*
*Præmia vitæ.*
*Ex quibus primum mihi pſallat hymnus,*
*Qui Toloſanam tenuit cathedram,*
*De gradu ſummo capitoliorum*
*Præcipitatum.*
*Quem negatorem Iouis ac Mineruæ,*
*Et crucis Chriſti bona confitentem,* G
*Iunxit ad tauri latus iniugati*
*Plebs furibunda:*
*Vt per abruptum boue concitato*
*Spargeret curſu lacerum cadauer,*
*Cautibus tinctis calida ſoluti*
*Pulte cerebri.*
*Poſt Saturninum, volo plectra cantent,*

Quos



*Quos patronorum reliquos probaui*
*Anxio duros mihi per labores*
*Auxiliatos.*
*Singulos quos nunc pia nuncupatim*
*Non valent verſu cohibere verba.*
*Quos tamen chordæ nequeunt ſonare,*
*Corda ſonabunt.*

R*Edeamus in finem ad oratorium ſtylum, materiam præſentem propoſito ſemel ordine terminaturi, ne ſi epilogis muſicis opus proſarium clauſerimus, ſecundum regulas Flacci vbi amphora cœpit inſtitui vrceus potius exiſſe videatur. Vale.*

Epiſtolarum C. Sidonij Apollinaris
Finis.

# C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS CARMINA.

## IN PANEGYRICVM DICTVM Anthemio Aug. Coſ.

### PRAEFATIO.

*CVM iuuenẽ ſuper aſtra Iouẽ natura locaret,*
*Susciperétque nouus regna vetuſta deus,*
*Certauere ſuum venerari numina numen,*
*Diſparibúſque modis par cecinere ſophos.*
*Mars clangente tuba patris præconia dixit,*
*Laudauitq; ſono fulmina fulmineo.*
*Arcas & Arcitenens fidibus ſtrepuere ſonoris,*
*Doctior hic citharæ pulſibus, ille lyræ.*
*Caſtalidúmque chorus vario modulamine plauſit,*
*Carminibus, cannis, pollice, voce, pede.*
*Sed poſt cœlicolas etiam mediocria fertur*
*Cantica ſemideûm ſuſtinuiſſe deus.*
*Tunc Faunis Dryades, Satyriſq; Mimallones actæ,*
*Fuderunt lepidum ruſtica turba melos.*
*Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes,*
*Póſtque chelim placuit fiſtula rauca Ioui:*
*Hos inter Chiron ad plectra ſonantia ſaltans,*
*Flexit inepta ſui membra facetus equi:*
*Semiuir audiri meruit, meruitq; placere,*
*Quamuis hinnitum dum canit ille daret.*
*Ergo ſacrum diues & pauper lingua litabat,*

*Summa*



*Summaq; tunc voti victima cantus erat.*
*Sic nos, ô Cæſar, noſtri ſpes maxima ſecli,*
*Poſt magnos proceres paruula thura damus,*
*Audacter docto coram doctore canentes,*
*Aut Phœbi, aut veſtro qui ſolet ore loqui:*
*Qui licet æterna ſit vobis quæſtor in aula,*
*Aeternum nobis ille magiſter erit.*
*Ergo colat varia te princeps hoſtia lingua,*
*Nam noua templa tibi pectora noſtra facis.*

---

## PANEGYRICVS DICTVS ROMÆ Anthemio Aug. bis Coſ.

*AVſpicio & numero faſces Auguſte ſecundo*
*Erige; & effulgens trabealis mole metalli*
*Annum pande nouum, conſul vetus, ac ſine faſtu*
*Scribere bis faſtis: quanquam diademate crinem*
*Faſtigatus eas, humeróſque ex more priorum*
*Includat Sarrana chlamis, te picta togatum*
*Purpura plus capiat, quia res eſt ſemper ab æuo*
*Rara, frequens conſul. Túque ô cui laurea, Iane,*
*Annua debetur, religa torpore ſolutas*
*Quamuis fronde comas, ſubita nec luce paueſcas*
*Principis, aut rerum credas elementa moueri,*
*Nil natura nouat. ſol hic quoque venit ab ortu.*
*Hic eſt ô proceres, periit quem Romula virtus,*
*Et quem veſter amor. cui ſe ceu victa procellis,*
*Atque carens rectore ratis, reſpublica fractam*
*Intulit, vt digno melius flectenda magiſtro,*
*Ne tempeſtates, ne te pirata timeret.*
*Te prece ruricola expetiit, te fœdere iunctus*
*Aſſenſu, te caſtra tubis, te curia plauſu,*

 *Te*

*Te punctis ſcripſere tribus, collegáque miſit*
*Te nobis, regnúmque tibi. Suffragia tot ſunt,*
*Quanta legit mundus. fateor, trepidauimus omnes,*
*Ne vellet collega pius permittere voto*
*Publica vota ſuo; credet ventura propago*
*In nos, vt poſſit: princeps ſit cuncta licere;*
*De te, non totum licuit tibi. Facta priorum*
*Exuperas, Auguſte Leo: nam regna ſuperſtat,*
*Qui regnare iubet. melius reſpublica veſtra*
*Nunc erit vna magis, quæ ſic eſt facta duorum.*
*Salue ſceptrorum columen, regina orientis*
*Orbis Roma tui, rerum mihi principe miſſo,*
*Iam non eoo ſolum veneranda Quiriti*
*Imperij ſedes, ſed plus pretioſa, quod extas*
*Imperij genitrix. Rhodopem quæ potat & Aemum*
*Thracum terra tua eſt, heroúmve fertilis ora.*
*Excipit hîc natos glacies, & matris ab aluo*
*Artus infantum molles, nix ciuica durat.*
*Pectore vix alitur quiſquam, ſed ab vbere tractus,*
*Plus potat per vulnus equum, ſic lacte relicto,*
*Virtutem gens tota bibit. Creuere parumper:*
*Mox pugnam ludunt iaculis, hos ſuggerit illis*
*Nutrix plaga iocos pueri venatibus apti,*
*Luſtra feris vacuant. rapto ditata iuuentus,*
*Iura colit gladij: conſummatámque ſenectam,*
*Non ferro finire pudet. tali ordine vitæ*
*Ciues Martis agunt; At tu circunflua ponto*
*Europæ atque Aſiæ, commiſſam carpis vtrinque*
*Temperiem. nam Biſtonios aquilonis hiatus*
*Proxima Chalchidici ſenſim tuba temperat Euri.*
*Interea te Suſa tremunt, ac ſupplice cultu*
*Flectit Achæmenius lunatum Perſa tiaram.*
*Indus odorifero crinem madefactus amomo,*

*In tua*



*In tua lucra feris exarmat guttur alumnis:*
*Vt pandum dependat ebur, ſic trunca reportat*
*Boſphoreis elephas inglorius ora tributis.*
*Porrigis ingentem ſpacioſis mœnibus vrbem,*
*Quam tamen Auguſtam populus facit, itur in æquor*
*Molibus, & veteres tellus noua contrahit vndas,*
*Nanque Dicarcheæ tranſlatus puluis arenæ*
*Intratis ſolidatur aquis: duratáque maſſa*
*Suſtinet aduectos peregrino in gurgite campos,*
*Sic te diſpoſitam, ſpectantémque vndique portus,*
*Vallatam pelago, terrarum commoda cingunt,*
*Fortunata ſatis, Romæ partita triumphos.*
*Et iam non querimur, valeat diuiſio regni.*
*Concordant lances. partes, dum pondera noſtra*
*Suſcipis, æquaſti. Tali tu ciuis ab vrbe*
*Procopio genitore micas: cui priſca propago*
*Auguſtis venit à proauis, quem dicere digno*
*Non datur eloquio, nec ſi modo, ſurgat Auerno,*
*Qui cantu flexit ſcopulos, digitiſq; canoris*
*Compulit auritas ad plectrum currere ſyluas:*
*Cum ſtarent Hebri latices, curſuq; ligato*
*Fluminis attoniti carmen magis vnda ſitiret.*
*Huic quondam iuueni reparatio credita pacis*
*Aſſyriæ, ſtupuit primis ſe Parthus in annis*
*Conſilium non ferre ſenis. conterritus hæſit*
*Quiſq; ſedens ſub rege Satraps, ita iunxerat omnes*
*Legati genius. tremuerunt Medica rura,*
*Quæq; Draconigenæ portas non clauſerat hoſti,*
*Tum demum Babylon nimis eſt ſibi viſa patere.*
*Partibus at poſtquam ſtatuit noua formula fœdus,*
*Procopio dictante, magis iuratur ab illis,*
*Ignis & vnda deus, necnon rata pacta futura.*
*Hic diuos teſtatur auos, Chaldæus in extis*

*Pontificum*

*Pontificum de more ſenex arcana peregit*
*Murmura, gemmantem pateram rex ipſe retentans,*
*Fundit thuricremis carcheſia cernuus aris.*
*Suſcipit hinc reducem duplicati culmen honoris,*
*Patritius, necnon peditumq́ equitumq́ magiſter*
*Præficitur caſtris; vbi Tauri clauſtra coërcens,*
*Aethiopaſq́ vagos belli terrore relegans,*
*Gurgite pacato famulum ſpectaret orontem.*
*Huic ſocer Anthemius præfectus, conſul & idem,*
*Iudicijs populos, atque annum nomine rexit.*
*Purpureos fortuna viros cum murice ſemper*
*Proſequitur; ſolum hic tantum mutatur in illis,*
*Vt regnet qui conſul erat. ſed omittimus omnes.*
*Iam tu ad plectra veni, tritus cui caſſide crinis*
*Ad diadema venit, rutilum cui Cæſaris oſtrum*
*Depoſito thorace datur, ſceptróque replenda*
*Mucrone eſt vacuata manus; cunabula veſtra*
*Imperij fulſere notis, & præſcia tellus*
*Aurea conuerſo promiſit ſecula fœtu.*
*Te naſcente, ferunt exorto flumina melle,*
*Dulcatis cunctata vadis, oleiq́ liquores*
*Iſſe per attonitos, bacca pendente, trapetas.*
*Protulit vndantem ſegetem ſine ſemine campus:*
*Et ſine ſe natis inuidit pampinus vuis.*
*Hibernæ rubuere roſæ, ſpretóque rigore*
*Lilia permixtis inſultauere pruinis.*
*Tale puerperium quotiens Lucina reſoluit,*
*Mos elementorum cedit, regnique futuri*
*Fit rerum nouitate fides; veniſſe beatos*
*Sic loquitur natura Deos. cunctantis Iuli*
*Lambebant teneros incendia blanda capillos.*
*Aſtyages Cyro pellendus forte nepoti,*
*Inguinis expauit diffuſum vitæ racemum.*
*Præbuit*



*Præbuit intrepido mammas lupa fœta Quirino.*
*Iulius in lucem venit, dum laurea flagrat*
*Magnus Alaxander, necnon Auguſtus habentur*
*Concepti, ſerpente Deo: Phœbúmque Iouémque*
*Diuiſere ſibi. nanque horum quæſijt vnus*
*Cinyphia ſub Syrte patrem maculis genitricis.*
*Alter Pœbigenam ſeſe gaudebat haberi,*
*Pœonij iactans Epidauria ſigna draconis.*
*Multos cinxerunt aquilæ, ſubitúmque per orbem*
*Luſit venturas famulatrix penna coronas.*
*Aſt hunc, egregij proceres, ad ſceptra vocari*
*Iam tum noſſe datum eſt, laribus cum forte paternis,*
*Protulit exciſus iam non ſua germina palmes.*
*Imperij ver illud erat. ſub imagine frondis,*
*Dextra per arentem florebant omina virgam.*
*At poſtquam primos infans exegerat annos,*
*Reptabat ſuper arma patris: quanquam arcta terebat*
*Lamina ceruicem, gemina complexus ab vlna*
*Liuida laxatis intrabat ad oſcula criſtis.*
*Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas*
*Feſtina tractare manu, captóſque per arcus*
*Flexa reluctantes in cornua trudere neruos.*
*Nunc tremulum tenero iaculum torquere lacerto,*
*Inq́ frementis equi dorſum cum pondere compti*
*Indutas calybum ſaltu transferre cathenas,*
*Inuentas agitare feras, & fronde latentes*
*Quærere deprenſas, modo claudere caſſibus arctis.*
*Nunc torto penetrare veru, tum ſæpe fragore*
*Laudari comitum, frendens cum bellua ferrum*
*Ferret, & intratos exirent arma per armos.*
*Conde Pelethronios alacer puer & venator*
*Aeacidæ titulos, quanquam ſubiecta magiſtri*
*Terga premens, & ob hoc ſecurus luſtra pererrans,*
*Tu*

*Tu potius regereris equo. Non principe noſtro*
*Spicula direxit melius Pythona ſuperſtans*
*Pean, cum vacua turbatus penè pharetra,*
*Figeret innumeris numeroſa volumina telis.*
*Nec minus hæc inter veteres audire ſophiſtas*
*Mileto quod crete Thales vadimonia culpas:*
*Lindie quod Cleobule canis, modus optimus eſto:*
*Ex Ephyra totum meditaris quod Periander:*
*Attice quódve Solon finem bene reſpicis æui:*
*Priennææ Bia, quod plus tibi turba malorum eſt:*
*Noſcere quod tempus Lesbo ſate Pittace ſuades:*
*Quod ſe noſſe omnes vis ex Lacedæmone Chilon.*
*Præterea didicit varias noua dogmata ſectas,*
*Quicquid laudauit Scythicis Anacharſis in aruis,*
*Quicquid legifero profecit Sparta Lycurgo,*
*Quicquid Erichtheis Cynicorum turba volutat*
*Gymnaſijs, imitata tuos Epicure ſodales:*
*Quicquid nil verum ſtatuens academia duplex.*
*Perſonat, arroſo quicquid ſapit vngue Cleanthes:*
*Quicquid Pythagoras, Democritus, Heraclitusq́;*
*Defleuit, riſit, tacuit: quodcunque Platonis*
*Ingenium quod in arce fuit, docet: ordine terno*
*Quæ vel Ariſtoteles partitus membra loquendi,*
*Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis:*
*Quicquid Anaximenes, Euclides, Archita, Zenon*
*Arceſilas, Chryſippus, Anaxagorasq́; dederunt*
*Socraticúſque animus poſt fatum in Phædone viuus,*
*Deſpiciens vaſtas tenuato in crure cathenas,*
*Cum tremeret mors ipſa reum, ferretq́; venenum*
*Pallida ſecuro lictoris dextra magiſtro.*
*Præterea quicquid Latialibus indere libris*
*Priſca ætas ſtuduit, totum percurrere ſuetus:*
*Mantua quas acies, pelagiq́; pericula luſit,*

Smyrneas



*Smyrneas imitata tubas, quancunque loquendi*
*Arpinas dat conſul opem: ſine fine locutus*
*Fabro progenitus, ſpreto cui patre polita*
*Eloquijs plus lingua fuit: vel quicquid in æuum*
*Mittunt Euganeis Patauina volumina chartis:*
*Qua Criſpus breuitate placet, quo pondere Varro,*
*Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus:*
*Qua Pompa Tacitus nunquàm ſine laude loquendus.*
*Iis hunc formatum ſtudijs, natalibus ortum,*
*Moribus imbutum, princeps, cui mundus ab euro*
*Ad zephirum, tunc ſceptra dabat, cui nubilis atque*
*Vnica purpureos debebat nata nepotes.*
*Elegit generum: ſed non vt deſide luxu*
*Fortuna ſoceri contentus, & ocia captans*
*Nil ſibi deberet: comitis ſed iure recepto,*
*Danubij ripas, & tractum limitis ampli*
*Circuit, hortatur, diſponit, diſcutit, armat.*
*Sic ſub patre Pius moderatus caſtra parentis.*
*Sic Marcus viuente Pio, poſt iura daturi*
*Innumerabilibus legionibus imperitabant.*
*Hinc reduci datur omnis honor & vtraque magiſter*
*Militiæ: conſulq́; micat: coniuncta poteſtas*
*Patritij, celeriq́; gradu priuata cucurrit*
*Culmina, conſcendit ſolium puer ipſe curule,*
*Sedit, Et merito iuuenis veteranus in auro.*
*Iamq́; parens Diuos: ſed vobis nulla cupido*
*Imperij. Longam diademata paſſa repulſam*
*Inſignem legere virum: quem deinde legentem*
*Spernere non poſſes. ſoli tibi contulit vni.*
*Hoc fortuna decus. quanquam te poſceret ordo,*
*Vt lectus princeps mage quam videare relictus.*
*Poſt ſocerum Auguſtum regnas, ſed non tibi venit*
*Purpura per thalamos, & coniunx regia regno.*

Laus

*Laus potius quàm cauſa fuit: nam iuris habenis*
*Non generum legit reſpublica, ſed generoſum.*
*Fallor bis gemino niſi cardine rem probat orbis,*
*Ambit te zephyrus, rectorem deſtinat Eurus,*
*Ad Boream pugnas & formidaris ad Auſtrum,*
*Ante tamen quàm te ſocium collega crearet,*
*Perſtrinxiſſe libet quos Illyris ora triumphos*
*Viderit, exciſam quæ ſe Valameris ab armis*
*Forte ducis noſtri vitio deſerta gemebat.*
*Haud aliter, cæſus quondam cum Cepio robur*
*Dedidit Auſonium, ſubita cogente ruina,*
*Electura ducem poſt guttura fracta Iugurthæ,*
*Vltum Arpinatem Calpurnia fœdera lixam*
*Oppoſuit rabido reſpublica territa Cimbro.*
*Hic primum vt noſtras aquilas prouincia vidit,*
*Deſijt hoſtiles confeſtim horrere dracones,*
*Ilicet edomiti bello prædáque carentes,*
*Mox ipſi tua præda iacent. ſed omittimus iſtos*
*Vt populatores: belli magis acta reuoluo,*
*Quod bellum non parua manus, neque carcere fracto*
*Ad gladiaturam tu Spartace uincte paraſti:*
*Sed Schiticæ vaga turba plagæ, feritatis abundans,*
*Dira, rapax, vehemens; ipſis quoque gentibus illic*
*Barbara barbaricis, cuius dux Hormidac atque*
*Hunnus erat, queis tale ſolum eſt, muríque, genúſque.*
*Albus Hyperboreis Tanais qua vallibus actus*
*Riphæa de caute cadit, iacet axe ſub vrſæ*
*Gens animis membriſq; minax, ita vultibus ipſis*
*Infantum ſuus horror ineſt: conſurgit in arctum*
*Maſſa rotunda caput, geminis ſub fronte cauernis*
*Viſus adeſt, oculis albentibus acta cerebri*
*In cameram vix ad refugos lux peruenit orbes,*
*Non tamen excluſos: nam fornice non ſpacioſo*
*Magna*



*Magna vident ſpacia, & maiorem luminis vſum,*
*Perſpicua in puteis compenſant puncta profundis.*
*Tum ne per malas excreſcat fiſtula duplex,*
*Obtundit teneras circundata faſcia nares,*
*Vt galeis cedant. Sic propter prælia natos,*
*Maternus deformat amor, quia tenſa genarum*
*Non interiecto fit latior area naſo,*
*Cætera pars eſt pulchra viris ſtant pectora vaſta,*
*Inſignes humeri, ſuccincta ſub ilibus aluus.*
*Forma quidem pediti media eſt, procera, ſed extat*
*Si cernas equites, ſic longi ſæpe putantur,*
*Si ſedeant, vix matre carens vt conſtitit infans,*
*Mox præbet dorſum ſonipes, cognata reare*
*Membra viris, ita ſemper equo, ceu fixus, adhæret*
*Rector cornipedum tergo. Gens altera fertur.*
*Hæc habet & teretes arcus, & ſpicula cordi,*
*Terribiles certaq; manus, iaculiſq; ferendæ*
*Mortis fixa fides: & non peccante ſub ictu,*
*Edoctus peccare furor. gens iſta repente*
*Erumpens, ſolidumq; rotis tranſuecta per Iſtrum*
*Venerat, & ſectas inciderat orbita lymphas.*
*Hanc tu directus per Dacicarura vagantem*
*Contrahis, aggrederis, ſuperas, includis: & vt te*
*Metato ſpacio caſtrorum Serdica vidit*
*Obſidione premis, quæ te ſic tempore multo*
*In vallo poſitum ſtupuit, quod miles in agros*
*Nec licitis nec furtiuis excurſibus ibat:*
*Cui deeſſet cùm ſæpe Ceres, ſemperq; Lyæus,*
*Diſciplina tamen non defuit. inde propinquo*
*Hoſte, magis timuere ducem. ſic denique factum eſt,*
*Vt ſocius tum forte tuus mox proditor, illis*
*Fruſtra terga daret, commiſſæ tempore pugnæ,*
*Qui iam cùm fugeret, flexo pede cornua nudans,*

Tu ſtabas acie ſolus, te ſparſa fugaci
Expetijt ductore manus, te Marte pedeſtri
Sudantem repetebat eques tua ſigna ſequutus:
Non ſe deſertum ſenſit certamina miles.
I nunc, & veteris profer præconia Tulli
Aetas cana patrum, quòd pulchro hortamine mendax
Occuluit refugi nutantia fœdera Meti.
Nil ſimile eſt, fallíque tuum tibi non placet hoſtem,
Tunc vicit miles, dum ſe putat eſſe iuuandum.
Hic vicit, poſtquam ſe comperit eſſe relictum.
Dux fugit, inſequeris: renouat certamina, vincis:
Clauditur, expugnas: elabitur, obruis: atque
Sarmaticæ paci, precium ſua funera ponis.
Paretur, iuſſum ſubijt iam transfuga lethum,
Atque peregrino cecidit tua victima ferro.
Ecce iterum, ſi forte placet, conflige vetuſtas,
Hannibal ille ferox ad pœnam forte petitus
Etſi non habuit ius vitæ, fine ſupremo
Certe habuit mortis: quem cœcus carcer & vncus,
Et quem exſpectabat fracturus guttura lictor,
Hauſit Bebrycio conſtantior hoſpite virus.
Nam te qui fugit mandata morte peremptus,
Non tam victoris perijt, quàm iudicis ore.
Nunc ades ô Pæan, lauro cui gryphas obuncos,
Docta lupata ligant, quotiens per frondea lora
Flectis penniferos hederis bicoloribus armos:
Huc conuerte chelym. non eſt modo dicere tempus,
Pythona extinctum, nec bis ſeptena ſonare
Vulnera Tantalidum, quorum tibi funera ſeruat
Cantus, & æterno viuunt in carmine mortes.
Vos quoque Caſtalides, paucis, quo numine nobis
Venerit Anthemius gemini cum fœdere regni,
Pandite. pax rerum miſit, qui regna gubernet.





Auxerat Auguſtus naturæ lege Seuerus
Diuorum numerum, quem mox Oenotria caſum
Vidit vt, aërei de rupibus Apennini,
Pergit, cœrulei vitreas ad Tybridis ædes;
Non galea concluſa genas, nec ſutilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis,
Sed nudata caput: pro crine racemifer exit
Plurima per frontem conſtringens oppida palmes,
Pérque humeros teretes, rutilantes pérque lacertos
Pendula gemmiferæ mordebant ſuppara bullæ.
Segnior incedit genio venerandáque membra
Viticomam retinens baculi vice flectit ad vlmum:
Sed tamen vbertas ſequitur: quacumque propinquat,
Inceſſu fœcundat iter, comitatáque greſſum
Læta per impreſſas rorat videmia plantas.
Ilicet ingreditur Tyberini gurgitis antrum:
Currebat fluuius reſidens, & arundinis altæ
Concolor in viridi fluitabat ſylua capillo.
Dat ſonitum mento vnda cadens, licet hiſpida ſetis
Suppoſitis multum ſedaret barba fragorem.
Pectore ructabat latices, lapſuq́; citato
Sulcabat madidam iam torrens alueus alnum.
Terretur veniente dea manibúſque remiſſis
Remus, & vrna cadunt, veniæ tum verba paranti
Illa prior: Venio viduatam præſule noſtro
Per te ſi placeat lacrymis inflectere Romam,
Expetat auroræ partes, faſtúque remoto
Hoc vnum præſtet: iam plus dignetur amari.
Inſtrue quas quærat vires, orbiq́; iacenti
Quo poſcat, dic, orbe caput. quemcunque creauit
Axe meo natum, confeſtim fregit in illo
Imperij fortuna rotas. hinc Vandalus hoſtis
Vrget, & in noſtrum numeroſa claſſe quotannis

*Militat excidium:conuerſoq; ordine fati*
*Torrida Caucaſeos infert mihi Byrſa furores.*
*Præterea inuictus Ricimer,quem publica fata*
*Reſpiciunt,proprio ſolus vix Marte repellit*
*Piratam per rura vagum,qui prælia vitans,*
*Victorem fugitiuus agit.quis ſufferat hoſtem,*
*Qui pacem pugnamq; negat?nam fœdera nulla*
*Cum Ricimere iacit,quem cur nimis oderit,audi.*
*Incertum crepat ille patrem,cum ſerua ſit illi*
*Certa parens,nunc vt regis ſit filius,effert*
*Matris adulterium.Tum liuet,quod Ricimerem*
*In regnum duo regna vocant:nam patre Sueuus,*
*A genitrice Gethes.ſimul & reminiſcitur illud,*
*Quod Tarteſiacis auus huius Vallia terris*
*Vandalicas turmas,& iuncti Martis Alanos*
*Strauit,& occiduam texere cadauera Calpen.*
*Quid veteres narrare fugas,quid damna priorum?*
*Agrigentini recolit diſpendia campi,*
*Inde furit quod ſe docuit ſatis iſte nepotem*
*Illius eſſe viri,quo viſo Vandale ſemper,*
*Terga dabas,nam non Siculis illuſtrior aruis*
*Tu Marcelle redis,per quem tellure mariq;*
*Noſtra Syracuſios preſſerunt arma penates:*
*Nec tu,cui currum curru ſuperare Metelle*
*Contigit,oſtentans nobis elephanta frequentem,*
*Grex niger albentes tegeret cum mole iugales,*
*Autoremq; ſuum cælaret pompa triumphi.*
*Noricus Oſtrogothum qui continet,ille timetur.*
*Gallia,quæ Rheni Marthem ligat,illa pauori eſt.*
*Quod conſanguineo me Vandalus hoſtis Alano*
*Diripuit tradente,ſuis hic vltus ab armis,*
*Sed tamen vnus homo eſt, nec tanta pericula ſolus*
*Tollere,ſed differre poteſt,modo principe nobis*

*Eſt*



*Eſt opus armato,veterum qui more parentum,*
*Non mandet,ſed bella gerat:quem ſigna mouentem*
*Terra vel vnda tremant,vt tandem iure recepto,*
*Romula deſuetas moderentur claſſica claſſes,*
*Audijt illa pater,ſimul annuit,itur in vrbem*
*Continuo.videt ipſe deam.ſummiſſus adorat*
*Pectus,& exertam tetigerunt cornua mammam,*
*Mandatas fert inde preces,quas diua ſecuta*
*Apparat ire viam,laxatos torua capillos*
*Stringit,& incluſæ latuerunt caſſide turres.*
*Infula laurus erat,bullis hoſtilibus aſper,*
*Applicat à læua ſurgentem balteus enſem.*
*Inſeritur clypeo victrix manus.illius orbem*
*Martigenæ lupa,Tybris amor,Mars,Ilia,complent,*
*Fibula mordaci refugas à pectore veſtes*
*Dente capit.micat haſta minax,quercusq; tropæis*
*Curua tremit,placidoq; deam ſub faſce fatigat.*
*Perpetuo ſtat planta ſolo,ſed faſcia primos*
*Siſtitur ad digitos,retinacula bina cothurnis*
*Mittit in aduerſum vincto de fornice pollex,*
*Quæ ſtringant crepidas:vt concurrentibus anſis*
*Vinclorum pandas tendant per crura cathenas.*
*Ergo ſicut erat liquidam tranſuecta per æthram,*
*Naſcentis petijt tepidos Hyperionis ortus.*
*Eſt locus oceani,longæuis proximus Indis,*
*Axe ſub Eoo,Nabatheum tenſus in Eurum,*
*Ver ibi continuum eſt,interpellata nec vllis*
*Frigoribus palleſcit humus:ſed flore perenni*
*Picta peregrinos ignorant arua rigores,*
*Halant rura roſis,indeſcriptosq; per agros*
*Fragrat odor:violam,cytiſum,ſerpylla,liguſtrum,*
*Lilia,narciſſum,caſiam,coloſia,caltham,*
*Coſtum,malobathrum,myrrhas,opobalſama,thura,*

 *Partu*

*Parturiunt campi:necnon pulſante ſenecta,*
*Hinc rediuiua petit vicinus cinnama phœnix,*
*Hic domus auroræ rutilo cruſtante metallo,*
*Baccharum profert leues aſprata lapillos.*
*Diripiunt diuerſa oculos,& ab arte magiſtra,*
*Hoc vincit quodcunque vides,ſed conditur omnis*
*Sub domina præſente decor,nimióque rubore*
*Gemmarum varios perdit quia poſſidet,ignes.*
*Fundebat coma pexa crocos,flexoq; lacerto*
*Lutea depreſſus comebat tempora pecten.*
*Fundebant oculi radios,color igneus illis,*
*Non tamen ardor erat:quamuis de nocte recuſſa,*
*Excepti ſoleant ſudorem fingere rores.*
*Pectora bis cingunt zonæ,paruisq; papillis*
*Inuidiam facit ipſe ſinus,pars extima pepli*
*Perfert puniceas ad crura rubentia rugas.*
*Sic regina ſedet ſolio.ſceptri vice dextram*
*Lampadis haſta replet.nox aſtat proxima diuæ,*
*In refugos conuerſa pedes:ac pone tribunal,*
*Promit lux ſummum,vix intellecta cacumen,*
*Hinc Romam liquido venientem tramite cernens,*
*Exiluit propere & blandis prior orſa loquelis.*
*Quid caput ô mundi,dixit,mea regna reuiſis?*
*Quidve iubes?paulum illa ſilens,atque aſpera miſcens*
*Mitibus,hæc cœpit:Venio(deſiſte moueri,*
*Nec multum trepida)non vt mihi preſſus Araxes*
*Impoſito ſub ponte fluat,necnon vt ordine priſco*
*Indicus auſonia potetur caſſide Ganges,*
*Aut vt tigriferi pharetrata per arua Niphatis,*
*Depopuletur ouans Artaxata Caſpia conſul:*
*Non Pharij modo regna precor,nec vt hiſce lacertis*
*Frangat Hydaſpeas aries impactus Erythras.*
*Non in Bactra feror,nec committentia pugnas,*





*Noſtra Semiramiæ rident ad claſſica portæ.*
*Arſacias non quæro domus, nec teſſera caſtris*
*In Cteſiphonta datur. totum hunc tibi ceſſimus axem,*
*Et nec ſic mereor noſtram vt tueare ſenectam?*
*Omne quod Euphraten Tigrimq; interiacet, olim*
*Sola tenes. res empta mihi eſt de ſanguine Craſſi*
*Ad Carras,precium ſcripſi,nec inulta remanſi,*
*Aut perijt ſic emptus ager.ſi fallo,probaſti*
*Ventidio mactante Sapor. nec ſufficit iſtud,*
*Armenias Pontúmque dedi,quo Marte petitum*
*Dicat Sylla tibi. forſan non creditur vni,*
*Conſule Lucullum. Taceo iam Cycladas omnes.*
*Adquiſita meo ſeruit tibi Creta Metello.*
*Tranſcripſi Cilicas; hos Magnus fuderat olim.*
*Adieci Syriæ, quos nunc moderaris Iſauros:*
*Hos quoque ſub noſtris domuit Seruilius armis.*
*Conceſſi Aetolos veteres, Acheloidque arua.*
*Transfudi Attalicum male credula teſtamentum.*
*Epirum retines: tu ſcis cui debeat illam*
*Pyrrhus. in Illyricum ſpecto te mittere iura,*
*Ac Macedum terras:& habes tu Paule nepotes.*
*Aegypti frumenta dedi. mihi vicerat olim*
*Leucadiis Agrippa fretis. Iudæa tenetur*
*Sub ditione tua,tanquam tu miſeris illuc,*
*Inſignem cum patre Titum. Tibi Cypria merces*
*Fertur. pugnaces ego pauper laudo Catones.*
*Dorica te tellus & Achaica rura tremiſcunt:*
*Tendis & in bimarem felicia regna Corinthon.*
*Dic, Byzantinus qui rem tibi Mummius egit?*
*Sed ſi forte placet veteres ſopire querelas,*
*Anthemium concede mihi. ſit partibus iſtis*
*Auguſtus, longúmque Leo mea iura gubernet.*
*Quem petij, patrio veſtiri murice natam*

Gaudeat Euphemiam, ſidus diuale parentis.
Adijce præterea priuatum ad publica fœdus.
Sit ſocer Auguſtus genero Recimere beatus,
Nobilitate micans. eſt vobis regia virgo,
Regius ille mihi. ſi concors annuis iſtud,
Mox Libyam ſperare dabis. circunſpice tædas
Antiquas: par nulla tibi ſic copula præſto eſt.
Proferat hic veterum thalamos diſcrimine partos
Græcia, ni pudor eſt. reparatis Piſa quadrigis
Suſcitet Oenomaum: natæ quem fraude cadentem
Cerea deſtituit, reſolutis axibus, obex.
Procedat Colchis prius agnita virgo marito
Crimine, quam ſexu: ſpectet de carcere circi
Pallentes Atalanta procos, & poma decori
Hippomenis iam non pro ſolo colligat auro.
Deianira tuas Achelous gymnade pinguis
Illuſtret tædas, & ab Hercule preſſus anhelo
Laſſatum foueat riuis riualibus hoſtem.
Quantumuis repetam veteris connubia ſecli,
Tranſcendunt hic Heroas, Heroidas illa.
Hos thalamos Recimer, virtus te pronuba poſcit,
Atque Dionæam dat Martia laurea myrtum.
Ergo age trade virum non ocia pigra fouentem,
Delitiisq́; grauem: ſed quem modo nauticus vrit
Aeſtus, Abydeniq́; ſinus, & Seſtias ora
Helleſpontiacis circumclamata procellis:
Quas pelagi fauces non ſic ſeruiſſe vel illum
Crediderim, cui ruptus Athos, cui remige Medo,
Turgida ſyluoſam currebant vela per Alpem.
Nec Lucullanis ſic hæc freta cincta carinis,
Segnis ad inſignem ſedit cum Cyzicon hoſtis.
Qui cogente fame, cognata cadauera mandens,
Vixit morte ſua. ſed quid mea vota retardo





Tarda magis? Tum pauca refert Titonia coniunx.
Duc age ſancta parẽs quãquam mihi maximus vſus
Inuicti ſummiq́; ducis, dum mitior extes,
Et non diſiunctas melius moderemur habenas,
Nam ſi forte placet veterum meminiſſe laborum,
Et quis pro patria veſtri pugnarit Iuli,
Vt nil plus dicam, prior hinc ego Memnona miſi.
Finierat. geminas iunxit concordia partes,
Electo tandem petitur quod principe Roma.
Nunc aliquos voto ſimili, vel amore, vetuſtas
Te legiſſe crepa, nunquam non inuida ſummis
Emeritisq́; viris. Brenni contra arma Camillum
Profer ab exilio: Cincinnatiq́; ſecures
Expulſo Cæſone refer, flentémque parentem
A raſtris ad roſtra roga: miſeróque tumultu
Pelle prius, quos victa petas, ſi ruperit alpes
Pœnus ad afflictos condemnatóſque recurre.
Improbus vt rubeat Barcina clade Metaurus,
Multatus tibi conſul agat: qui millia fundens
Haſdrubalis, rutilum ſibi cùm fabricauerit enſem,
Concretum gerat ipſe caput. longe altera noſtri
Gratia iudicij eſt. ſcit ſe non læſus amari,
At mea iam nimij propellunt carbaſa flatus.
Siſte camœna modos tenues, portúmque petenti
Iam placido ſedeat mihi carminis anchora fundo.
At tamen ô princeps quæ nunc tibi claſſis & arma
Tractentur, quàm magna geras, quàm tempore paruo,
Si mea vota Deus produxerit, ordine recto,
Aut genero bis mox, aut te ter conſule dicam.
Nam modo nos iam feſta vocant, & ad Vlpia poſcunt
Te fora, donabis quos libertate Quirites,
Quorum gaudentes expectant verbera malæ.
Perge pater patriæ felix, atque omine fauſto

*Captiuos vincture nouos, abſolue vetuſtos.*

## Panegyrici editio ad Petrum.

*Quid faceret, lætas ſegetes, quòd tempus amãdum*
*Meſſibus, & gregibus, vitibus, atque apibus,*
*Ad Mœcenatis quondam ſunt edita nomen:*
*Hinc Maro poſt audes arma virúmque loqui.*
*At mihi Petrus erit Mœcenas temporis huius,*
*Nam famæ pelagus ſidere curro ſuo.*
*Si probat, emittit: ſi damnat, carmina celat.*
*Nec nos ronchiſono Rhinocerote notat.*
*I liber, hic noſtrum tutatur, crede, pudorem.*
*Hoc cenſore etiam diſplicuiſſe placet.*

## PANEGYRICI DICTI CÆSAR. Iul. Val. Maioriano.

### PRAEFATIO.

*Tityrus vt quondam patulæ ſub tegmine fagi*
*Solueret inflatos murmura per calamos,*
*Præſtitit afflicto ius vitæ Cæſar & agri,*
*Nec ſtetit ad tenuem celſior ira reum,*
*Sed rus conceſſum dum largo in principe laudat,*
*Cœlum pro terris ruſtica muſa dedit.*
*Nec fuit inferius phœbeia dona referre,*
*Fecerat hic dominum, fecit & ille deum,*
*Et tibi Flacce acies Bruti Caſſiiq; ſequuto,*
*Carminis eſt autor qui fuit & veniæ.*
*Sic mihi diuerſo nuper ſub Marte cadenti,*
*Iuſſiſti, placido victor, vt eſſem animo,*
*Seruiat ergo tibi ſeruati lingua poëtæ,*

Atque



*Atque meæ vitæ laus tua ſit pretium.*
*Non ego mordaci fodiam modo dente Maronem,*
*Nec ciuem carpam terra Sabella tuum.*
*Res minor ingenio nobis, ſed Cæſare maior:*
*Vincant eloquio, dummodo nos Domino.*

## PANEGYRICVS IVLIO VALERIO Maioriano Aug. dictus.

*Concipe prœteritos reſpublica mente triumphos:*
*Imperium iam conſul habet, quẽ purpura nõ plus*
*Quàm lorica operit, cuius diademata frontem*
*Non luxu ſed lege tegunt, meritiſq; laborum*
*Poſt palmam palmata venit: decora omnia regni*
*Accumulant faſces, & princeps conſule creſcit.*
*Perſonat ergo tuum cœlo, rure, vrbibus, vndis,*
*Exultans Europa ſophos, quod rector haberis,*
*Victor qui fueras. fateor trepidauerat orbis,*
*Dum non vis viciſſe tibi, nimióque pudore*
*Quod regnum mereare doles, triſtiq; repulſa*
*Non moderanda ſubis, quæ defendenda putaſti.*
*Sederat exerto bellatrix pectore Roma*
*Criſtatum turrita caput, cui pone capaci*
*Caſſide prolapſus perfundit terga capillus.*
*Lætitiam cenſura manet, terrorq; pudore*
*Creſcit, & inuita ſuperat virtute venuſtas.*
*Oſtricolor pepli textus, quem fibula torto*
*Mordax dente vorat. tum quicquid mamma refundit*
*Tegminis, hoc patulo concluſit gemma recuſſu.*
*Hinc fulcit rutilus ſpacioſo circite læuum*
*Vmbo latus. videas hic craſſo fuſa metallo*
*Antra Rheæ, fœtámque lupam, quàm fauce retecta*

Blandiri

Blandiri quoque terror erat: quamquam illa vorare
Martigenas & picta timet. pars proxima Tybrim
Exprimit, hic ſcabri fuſus ſub pumice tophi,
Proſlabat madidum per guttura glauca ſoporem.
Pectus palla tegit, quàm neuerat Ilia coniunx,
Liquenti quæ iuncta thoro vult murmura lymphis
Tollere, & vndoſi ſomnum ſeruare mariti.
Iſta micant clypeo. cuſpis trabe ſurgit eburna,
Ebria cæde virûm propter Bellona tropæum
Extruit, & quercum captiuo pondere curuat.
Conſurgit ſolium ſaxis, quæ cæſa rubenti
Aethiopum de monte cadunt, vbi ſole propinquo
Natiua exuſtas afflauit purpura rupes.
Iungitur his Sinnas, Numadum lapis additur iſtic,
Antiquum mentitus ebur. de caute Laconum
Marmoris herboſi radians interuiret ordo.
Ergo vt ſe mediam ſolio dedit, aduolat omnis
Terra ſimul. tum quæq; ſuos prouincia fructus
Expoſuit, fert Indus ebur, Chaldæus amomum,
Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus
Atthis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oliuam,
Argos equos, Epirus equas, pecuaria Gallus,
Arma Calybs, frumenta Libys, Campanus iacchum,
Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaia myrrham,
Pontus caſtoream, blattam Tyrus, æra Corinthus,
Sardinia argentum, naues Hiſpania defert
Fulminis & lapidem, ſcopulos, iaculabile fulgur
Fucat, & accenſam ſilicem fœcunda maritat
Ira Deum. quoties cœlum ſe commouet illic,
Plus ibi terra valet. ſubito flens Aphrica nigras
Procubuit, lacerata genas, & cornua frontem
Iam male fœcundas in vertice fregit ariſtas.
Et ſic orſa loqui eſt: Venio pars tertia mundi,

Infelix



Infelix felice vno famula ſatus olim,
Hic prædo, & domini extinctis, barbara regum
Sceptra tenet tellure mea, penitúſque fugata,
Nobilitate furens, quod non eſt, non amat hoſpes,
O Latij ſopite vigor, tua mœnia ridet
Inſidijs ceſſiſſe ſuis. non concutis haſtam?
Non pro me vel capta doles? tua nempe putantur
Surgere fata malis, & celſior eſſe ruina.
Sed melius quod terror abit. iam vincere reſtat
Si pugnas, vt victa ſoles. Porſenna Superbum
Tarquinium impingens compleuit milite Thuſco
Ianiculum quondam: ſed dum perrumpere portas
Obſidione parat, totam te pertulit vno
Coclitis in clypeo, preſſerunt millia ſolum
Multa virum, pendente via: nec ponte ſoluto,
Cùm caderet, cecidit. Rex idem denique morte
Admonitus ſcribæ didicit ſibi bella moueri,
Non ſolum cùm bella forent. mox pace petita,
In regnum redijt, non tam feriente fugatus,
Quàm flagrante viro: ſteterat nam corde gelato
Scæuola, & appoſito dextram damnauerat igni,
Plus felix peccante manu, cum forte ſatelles
Palleret, conſtante reo: tormentáque capti
Is fugeret, qui tortor erat. Brennum tremuiſti
Iam melior. quodcunque tuum eſt, quodcunque vocaris
Tum ſolus Tarpeius erat. ſed reppulit vnus
Tum quoque totam aciem, Senones dum garrulus anſer
Nuntiat, & vigilat veſtrum ſine milite fatum.
Me quoque (da veniam, quod bellum geſſimus olim.)
Poſt Trebiam, Cannáſque domas, Romanáque tecta
Hannibal ante meus, vidit quàm Scipio noſtra.
Quid merui? fatis cogor tibi bella mouere,
Cùm volo, cùm nolo trepidus te territat hoſtis:

Sed

*Sed tutus claudente freto:velut hiſpidus alta*
*Sus prope teſqua iacet,clauſuſq; cacuminat albis*
*Os nigrum telis grauidum:circumlatrat ingens*
*Turba canum,ſi forte velit concurrere campo.*
*Ille per obiectos vepres tumet,atque ſuperbit,*
*Vi tenuis fortiſq; loco; dum proximus Eia*
*Venator de colle ſonet.vox nota magiſtri*
*Laſſatam reparat rabiem.tum vulnera cœcus*
*Faſtidit ſentire furor.Quid prælia differs?*
*Quid mare formidas,pro cuius ſæpe triumphis,*
*Et cœlum pugnare ſolet? Quid quod tibi princeps*
*Eſt nunc eximius,quem præſcia ſecula clamant*
*Venturum excidio Libyæ,qui tertius ex me*
*Accipiet nomen? debent hæc fata labori*
*Maioriane tuo,quem cur conſcendere claſſem,*
*Ac portus intrare meos,vrbeſq; ſubire,*
*Si iubeas,cupiam, paucis ex ordine fabor.*
*Fertur Pannoniæ qua Martia pollet Achintus*
*Illyricum rexiſſe ſolum,cum tractibus Iſtri,*
*Huius auus.nam Theodoſius,quo tempore Sirmij*
*Auguſtum ſumpſit nomen,per vtranque magiſtrum*
*Militiam ad partes regni venturus Eoas*
*Maiorianum habuit.lætis ſic condita faſtis*
*Facta ducis.quotiens Schyticis illata colonis*
*Claſſica preſſerunt Hypanim? Peucémque rigente*
*Mente ſalutatis,irriſit lixa pruinis?*
*Hunc ſocerum pater huius habet vir clarus,& vno*
*Culmine militiæ ſemper contentus,vt vnum*
*Caſibus in dubijs iunctus ſequeretur amicum.*
*Non ſemel oblatis tentauit faſcibus illum*
*Aëtio rapere aula ſuo,ſed perſtitit ille,*
*Maior honoratis.cœpit precioſior eſſe,*
*Sic precio non capta fides.Erat ille quod olim*

Quæstor



*Quæſtor conſulibus,tractabat publica iure*
*Aëra ſuo:tantúmque modum ſeruabat,vt illum*
*Narraret rumor iam rebus parcere nati.*
*Senſerat hoc ſed fortè ducis iam liuida coniunx,*
*Augeri famam pueri,ſuffuſáque bili*
*Coxerat internum per barbara corda venenum.*
*Ilicet explorat cœlum,totámque volutis*
*Percurrit matheſim numeris,interrogat vmbras,*
*Fulmina rimatur,fibras videt,vndique gaudens*
*Secretum rapuiſſe Deo.ſic torua Pelaſgûm*
*Colchis in æpluſtri ſteterat trepidante marito,*
*Abſyrtum ſparſura patri,facturáque caſi*
*Germani plus morte nefas,dum funere pugnat,*
*Et fratrem ſibi tela facit:vel cum obruit ignem*
*Taurorum,plus ipſa calens,texitq; trementem*
*Frigida flamma virum,quem defendente veneno*
*Inter flagrantes perhibent alſiſſe iuuencos.*
*Ergo animi dudum impatiens,poſtquam audijt iſti*
*Imperium & longum ſtatui,laniata lacertos*
*Ingreditur,qua ſtrata viri vocémque furentem*
*Iis rupit,Secure iaces oblite tuorum*
*O piger,& mundo princeps (ſic ſecula poſcunt)*
*Maiorianus erit,clamant hoc ſidera ſignis,*
*Hoc homines votis,iſti quid ſidera quæro,*
*Fatum aliud cui fecit amor? nihil fortius illo,*
*Et puer eſt cupidus nunquam,ſed parcus habendi.*
*Pauper adhuc iam ſpargit opes,ingentia ſuadet*
*Conſilia,& ſequitur.totum quòd cogitat,altum eſt.*
*Vrget,quod ſperat.ludum,ſi forte retexam,*
*Conſumpſit,quicquid iaculis feciſſe putaris,*
*Iſtius vna dies.tribus hunc tremuere ſagittis*
*Anguis,ceruus,aper.non ſic librauit in hoſtem*
*Spicula,qui nato ſerpentis corpore cincto,*

Plus

*Plus timuit dum ſuccurrit, dum iactibus ijſdem*
*Interitum vitámque daret, ſtabilémque teneret*
*Corde tremente manum, totámque exiret in artem*
*Spe pro priore metus, dans inter membra duorum*
*Vnius mortem. libeat decernere ceſtu,*
*Ceſſit Eryx Siculus, ſimili nec floruit arte*
*Sparta Therapnæa pugilem cum gymnade pinguem*
*Stratum Bebrycijs Amycum ſuſpexit arenis,*
*Qui vigor in pedibus? fruſtra ſibi natus Ophelte,*
*Sicaniam tribuit palmam, plantáſque ſuperbas*
*Haud ita per ſiccam Nemeen citus extulit Arcas,*
*Cuius in Aetolo volitantem puluere Martem,*
*Horruit Hippomenes, multo qui ceſpite circi*
*Contempto præmiſſus erat, cùm carceris antro*
*Emicuit pernix populo trepidante virago,*
*Nil toto tactura gradu; cum pallidus ille*
*Reſpiceret medium poſt ſe decreſcere campum,*
*Et longas ad ſigna vias, flatuque propinquo,*
*Preſſus in hoſtili iam curreret anxius vmbra,*
*Donec ad anfractum metæ iam iámque relictus*
*Concita ter ſparſo fregit veſtigia pomo.*
*Qui videt hunc equitem, Ledæum ſpernit alumnum,*
*Ac iuuenem Stenobæa tuum, cui terga vetuſtas*
*Pennati largitur equi, Lyciámque Chimeram*
*Quem ſupareſſe refert, vulnus cùm ſuſtulit vnum*
*Tres animas. vitam tum ſi tibi fata dediſſent*
*Maioriane ferox, vetuiſſes Caſtora frenos,*
*Pollucem caſtus, Alconem ſpicula noſſe,*
*Bellerophonteis inſultaturus opimis.*
*Si clypeum capiat, vincit Telamone creatum,*
*Qui puppes inter Graias contra Hectoris ignem*
*Ipſam etiam inſidi claſſem defendit Vlyxis,*
*Miſſile ſi quanto iaculetur pondere quæris,*

*Segnius*



*Segnius inſertæ trepidans pro faſce Camillæ*
*Excuſſit telum Metabus, nec turbine tanto*
*Stridula Pelide per Troilon exijt ornus,*
*Nec ſic Heroum tardantem buſta Creontem*
*Atticus Aegides rupit Marathonide quercu:*
*Nec ſic intortum violatæ Phœbados vltrix*
*In danaos fulmen iecit, cùm Græcia Troiæ*
*Noctem habuit, ſimilémque facem, fixusq; Capharei*
*Cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus.*
*Parua loquor. quid quòd quotiens tibi bella geruntur,*
*Diſcipulus non miles adeſt qui fingit alumnum,*
*Aemulus econtra ſpectat? Quos viceris odit,*
*Et quos vincis amat. Totus dormitat ad iſtum*
*Magnus Alexander, patris quem gloria torſit.*
*Quid faciam infelix? nato quæ regna parabo,*
*Excluſa ſceptris Geticis reſpublica ſi me*
*Præterit, & paruus ſuper hoc Gaudentius huius*
*Calcatur fatis? iſtum iam Gallia laudat,*
*Quódque per Europam eſt. rigidis hunc abluit vndis,*
*Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa, Matrona, Seuana, Ledus,*
*Olitis, Elaris, Atax, Vahalis: Ligeriq; bipenni,*
*Exciſum per fruſta bibit, cum bella timentes*
*Defendit Turones. aberas. poſt tempore paruo*
*Pugnaſtis pariter Francis, qua Cloio patentes*
*Atrebatum terras peruaſerat, hinc coëuntes*
*Claudebant anguſta vias, arcuq; ſubactum*
*Vicum Helenam, fluménque ſimul ſub tramite longo*
*Artus ſuppoſitis trabibus tranſmiſerat agger,*
*Illic te poſito pugnabat ponte ſub ipſo*
*Maiorianus eques, fors ripæ colle propinquo,*
*Barbaricus reſonabat hymen: Scythicisq; choreis*
*Nubebat flauo ſimilis noua nupta marito.*

S *Hos*

Hos ergo vt perhibent ſtrauit.crepitabat ad ictus
Caſſis,& oppoſitis haſtarum verbera thorax
Arcebat ſquamis,donec conuerſa fugatus
Hoſtis terga dedit. plauſtris rutilare videres
Barbarici vaga feſta thori,coniectaq; paſſim
Fercula,captiuasq; dapes,cirróque madente
Ferre coronatos redolentia ſerta lebetas.
Ilicet increſcit Mauors, thalamiq; refringit
Plus ardens Bellona faces.rapit eſſeda victor
Nubentémque nurum.non ſic Pholoëtica monſtra
Atque Pelethronios Lapithas Semeleius Euan
Miſcuit Aemonias dum flammant Orgia matres,
Et Venerem Martémque cient,ac prima cruentos
Conſumunt ad bella cibos,Bacchoq; rotato
Pocula tela putant,cum crudeſcente tumultu
Polluit Aemathium ſanguis centauricus Othrym.
Nec plus nubigenum celebrentur iurgia fratrum;
Hic quoque monſtra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tracta iacet,nudataq; ceruix
Setarum per damna nitet,cum lumine glauco
Albet aquoſa acies,ac vultibus vndique raſis,
Pro barba tenues perarantur pectine criſtæ.
Strictius aſſutæ veſtes procera coërcent
Membra virûm,patet iis altato tegmine poples,
Latus & anguſtam ſuſpendit baltheus aluum.
Excuſſiſſe citas vaſcum per inane bipennes,
Et plagæ præſciſſe locum,clypeosq; rotare
Ludus,& intortas præcedere ſaltibus haſtas,
Inq; hoſtem veniſſe prius.puerilibus annis,
Eſt belli maturus amor,ſi forte premantur
Seu numero,ſeu ſorte loci mors obruit illos,
Non timor.inuicti perſtant,animoq; ſuperſunt





Iam prope poſt animam.Tales te teſte fugauit,
Et laudante viros,quis nam ferat?omnia tecum,
Te ſine multa facit.pugnant pro principe multi.
Quam timeo,ne iam iſte ſibi ſi regna tenebit
Huic vincas quodcumque domas. nil fata relinquunt
Hic medium.percuſſor enim ſi reſpuis eſſe,
Seruus eris.certe recto ſi tramite ſeruat
Sidera Chaldæus,ſi Theſſalus elicit vmbras,
Fulgura ſi Tuſchus nouit,ſi gramina Colchus,
Si Lyciæ ſortes ſapiunt,ſi noſtra volatu
Fata loquuntur aues,doctis balatibus Hammon
Si ſanctum ſub ſyrte gemit,ſi denique verum
Phœbe,Themis,Dodona canis,poſt tempora noſtra,
Iulius hic Auguſtus erit.Coniunctus amore
Præterea eſt iuueni grandis quem ſpiritus armat
Regis aui.quo te vertas?ad culmina mundi
Hic fatum fert,ambo animum.conſurge,ſimulq;
Aggredere ignaros.neutrum mactare valebis,
Si iubeas vtrumque mori:ſed necte doloſas
Blanditias vni.ferro tamen iſte petatur.
Quid loquor incaſſum? nihil eſt quod tanta cauemus.
Vt regnet victurus erit.Commotus in iras
Aëtius,ſic pauca refert.Compeſce furentis
Impia vota animi.mortem mandare valebo
Inſontis(taceam) noſtri?quiſquam ne precatur
Vt ſine criminibus crimen fiat bene naſci?
Ad pœnam quis fata vocet?tua viſcera ferro
Maioriane petam,Phœbus ſi nocte refulget,
Luna die,duplex ponto ſi plauſtra nouatur
Parrhaſis,Athlantem Thanais,ſi Bagrada cernit
Caucaſon,Hercinij nemoris ſi ſtipite lintris
Texta Nabatheum pro Rheno ſulcat Hidaſpem,

*Si bibit Hiſpanus Gangem, tepidiſq; ab Erythris*
*Ad Tarteſiacum venit Indus aquator Iberum:*
*Si ſe Pollucis perfundit ſanguine Caſtor:*
*Theſea Pirithous, Piladem ſi ſtrauit Oreſte*
*Vel furibunda manus, raperet cum Taurica ſacra*
*Matricida pius. Sed ne ſpreuiſſe dolorem*
*Forte tuum videar, viuat careátque parumper*
*Militia. Heu potuit, nobis niſi triſte putaſſes*
*Fortunam debere ſuam. Sic fatur, & illum*
*Rure iubet patrio ſuetos mutare labores,*
*Fatorum currente rota, quò diſceret agro*
*Quid poſſeſſorem maneat, quos denique mores*
*Ius ciuile paret, ne ſolam militis artem*
*Ferret ad imperium. ſuſpenderat ilicet arma*
*Emeritus iuuenis, ſterilis ieiunia terræ*
*Vomere fœcundans. ſic quondam conſule curuo*
*Vertebas campos, paulum ſi pace ſequeſtra*
*Claſſica laxaſſes, fortis cui læua regebat*
*Stiuam poſt aquilas, humili dum iuncta camino*
*Victoris fumum biberet palmata bubulci.*
*Principis interea gladio lacrymabile fatum*
*Clauſerat Aetius, cuius quo tutius ille*
*Magna Palatinis coniungeret agmina turmis,*
*Euocat hunc precibus. ſed non ſe pœna moratur*
*Sanguinis effuſi: numerum collegerat ergo,*
*Non animum populi. ferri mala crimina ferro*
*Soluit, & in noſtram poſt concidit ille ruinam,*
*Iam tunc imperium præſentis principis aurea*
*Voluebant bona fata colu: ſed publica damna*
*Inuidiam fugere viri, quicunque fuerunt*
*Nomen in Auguſtum lecti, tenuere relictum*
*Cæſaribus ſolium. poſtquam tu capta laboras,*





*Hic quod habet fecit. Traianum Nerua vocauit.*
*Cum pignus iam fautor erat. Germanicus eſſet*
*Ut titulis, meritis fuerat. res ordine currit.*
*Hanc ambit famam, quiſquis ſic incipit olim*
*Poſt Capreas Tiberi, poſt turpia munia Cai,*
*Cenſuram Claudij, citharam thalamóſque Neronis;*
*Poſt ſpeculi immanis pompam, quo ſe ille videbat,*
*Hinc turpis, quod pulcher Otho: poſt quina Vitelli*
*Millia famoſi ventris damnata baratro.*
*His titulis princeps lectus, ſimiliq; labore*
*Veſpaſianus erat. Sed ne fortaſſe latronis*
*Me clauſam virtute putes; conſumpſit in illo*
*Vim gentis victæ vitium, Scythicam feritatem*
*Non vires, ſed vota tenent, ſpolijſq; potitus*
*Immenſis, robur luxu iam perdidit omne,*
*Quo valuit, dum pauper erat. mea viſcera pro ſe*
*In me nunc armat. laceror tot capta per annos*
*Iure ſuo; virtute mea: fœcundáque pœnis*
*Quas patiar pario. proprijs nil conficit armis.*
*Getulis, Numidis, Garamantibus Autololiſq;*
*Auxuge, Marmarida, Pſyllo, Naſamone timetur;*
*Segnis: & ingenti ferrum iam neſcit ab auro.*
*Ipſi autem color exanguis, quem crapula vexat,*
*Et pallens pinguedo tenet, ganeaq; perenni*
*Preſſus, aceſcentem ſtomachus non explicat auram;*
*Par eſt vita ſuis: non ſic Barcæus opimam*
*Hannibal ad Capuam perijt, cum fortia bello*
*Inter delitias mollirent corpora Baiæ.*
*Et ſe Lucrinas qua vergit Gaurus in vndas*
*Brachia Maſſylus iactaret nigra natator.*
*Atque ideo hunc dominum ſaltem poſt ſecula tanta*
*Vltorem mihi redde precor, ne dimicet vltra*

*Carthago Italiam contra. Sic fata dolore*
*Ingemuit, lacrymiſq; preces adiuuit obortis.*
*Iis hæc Roma refert: Longas ſuccinge querelas,*
*O deuota mihi vindex, tibi nomine diuum*
*Maiorianus erit, ſed paucis pauca retexam.*
*Ex quo Theudoſius communia iura fugato*
*Reddidit autoris fratri, cui guttura fregit,*
*Poſt in ſe vertenda manus, mea Gallia rerum*
*Ignoratur adhuc dominis, ignotáque ſeruit.*
*Ex illo multum periit, quia principe clauſo,*
*Quicquid erat miſeri diuerſis partibus orbis,*
*Vaſtari ſolenne fuit. quæ vita placeret,*
*Cum rector moderandus erat? contempta tot annos*
*Nobilitas iacuit. pretium reſpublica forti*
*Rettulit inuidiam. princeps hæc omnia noſter*
*Corrigit, atque tuum vires ex gentibus addens*
*Ad bellum per bella venit. nam maximus ipſe eſt,*
*Non pugnaſſe labor. terimus cur tempora verbis?*
*Peruenit, & vincit. Tali ſermone peractum*
*Concilium eſt, verbiſq; dea famulante metallo,*
*Aurea concordes traxerunt fila ſorores.*
*Hos me quos cecini Romæ Libyæq; labores*
*Vota hominum docuere loqui. iam tempus ad illa*
*Ferre pedem, quæ fanda mihi vel Apolline muto,*
*Pro Muſis Mars veſter erit. Conſcenderat alpes,*
*Rœthorúmque iugo per longa ſilentia ductus,*
*Romano exierat populato trux Alamannus.*
*Pérque caui quondam dictos de nomine campos,*
*In prædam centum nouies dimiſerat hoſtes.*
*Iámque magiſter eras, Burtonem dirigis illò*
*Exigua comitante manu. ſed ſufficit iſtud,*
*Cum pugnare iubes, certa eſt victoria noſtris*





*Te mandaſſe acies. peragit fortuna triumphum,*
*Non populo ſed amore tuo. nolo agmina campo*
*Quo mittis paucos, felix te reſpicit iſte*
*Euentus belli. certatum eſt iure magiſtri,*
*Auguſti fato. Nuper poſt hoſtis aperto*
*Errabat lentus pelago, ſimul ordine vobis*
*Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles,*
*Et collega ſimul, Campanam flantibus auſtris*
*Ingrediens terram, ſecurum milite Mauro*
*Agricolam aggreditur, pinguis per tranſtra ſedebat*
*Vandalus, operiens prædam, quam iuſſerat illuc*
*Captiuo capiente trahi. ſed reſtra repente*
*Inter vtrunque hoſtem dederant ſeſe agmina planis*
*Quæ pelagus collémque ſecant: portúmque reducto*
*Efficiunt flexu fluuij. Perterrita primum,*
*Montes turba petit, trabibus quæ clauſa relictis,*
*Præda præda fuit, cum concitus agmine toto,*
*In pugnam Pirata coit, pars lintre cauata*
*Iam dociles exponit equos: pars ferrea texta*
*Concolor induitur, teretes pars explicat arcus,*
*Spiculáque infuſum ferro latura venenum,*
*Quæ feriant his miſſa ſemel. iam textilis anguis*
*Diſcurrit per vtranque aciem, cui guttur adactis*
*Turgeſcit zephyris: patulo mentitur hiatu*
*Iratam pictura famem: pannóque furorem*
*Aura facit, quotiens craſſatur vertile tergum*
*Flatibus, & nimium iam non capit aluus inane.*
*At tuba terriſono ſtrepuit graue rauca fragore,*
*Reſponſat clamor lituis, virtúſque repente*
*Ignauis vel parua furit. cadit vndique ferrum,*
*Huic tamen in iugulos, hunc torta falarica iactu*
*Præterit ad mortem vix ceſſatura ſecundam.*

*Hunc conti rotat ictus. equo ruit aclide foſſus*
*Ille, veruq́; alius. iacet hic ſimul alite telo*
*Abſentem paſſus dextram. pars poplite ſecto,*
*Mortis ad inuidiam viuit, partémque cerebri*
*Hic galeæ cum parte rapit, fortiq́; lacerto*
*Diſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe.*
*Vt primum verſis dat tergum Vandalus armis,*
*Succedit cædes pugnæ diſcrimine nullo.*
*Sternuntur paſſim campis, & fortia quæque*
*Fecit iners. trepidante fuga mare pallidus intrat,*
*Et naues pertranſit eques, turpiq́; natatu*
*De pelago ad cimbam rediit. Sic tertia Pyrrhi*
*Quondam pugna fuit: cæſis cum millibus illum*
*Dentatus premeret, laceræ vix fragmina claſſis*
*Traxit in Epyrum, qui Chaonas atque Moloſſos.*
*Qui Thracum Macedúmque manus per littora noſtra*
*Sparſerat, & cuius vires Oenotria pallens,*
*Ipſáque, quæ petiit, trepidauerat vncta Tarentus.*
*Hoſtibus expulſis, campum qui maximus extat*
*Iam luſtrare vacat. videas hic ſtrage ſub illa,*
*Virorumque animos. nullus non pectore caſus*
*Quiſquis noſter erat. nullus non terga foratus*
*Illorum quiſquis. clamant hoc vulnera primi*
*Prædonum tum forte ducis, cui regis auari*
*Narratur nupſiſſe ſoror, qui puluere cæco*
*Clauſus, & eliſus pilis, veſtigia turpis*
*Geſtat adhuc probroſa fugæ. ſic agmina noſtra*
*Cum ſpoliis campum retinent, & Marte fruuntur.*
*Interea duplici texis dum littore claſſem*
*Inferno ſuperóque mari, cadit omnis in æquor*
*Sylua tibi, nimiúmque diu per vtrunque reciſus*
*Appennine latus, naualiq́; arbore diues,*





*Non minus in pelagus nemorũ, quàm mittis aquarum.*
*Gallia continuis quamquam ſit laſſa tributis;*
*Hoc cenſu placuiſſe cupit, nec pondera ſenſit,*
*Quæ prodeſſe probat. non tantis maior Atrides*
*Carpathium texit ratibus, cum Doricus hoſtis*
*Sigæas rapturus opes, Rhæteia clauſit*
*Pergama: nec tantæ Seſton iuncturus Abido*
*Xerxes claſſis erat, tumidas cum ſterneret vndas,*
*Et pontum ſub ponte daret, cum ſtagna ſuperbo*
*Irrupit temerata gradu, turmæq́; frequentes*
*Helleſpontiaco perſultauere profundo.*
*Nec ſic Leucadio claſſis Mareotica portu*
*Actiacas abſcondit aquas, in bella mariti*
*Dum venit à Phario dotalis turba Canopo:*
*Cum patrio Cleopatra ferox circundata ſiſtro*
*Milite vel piceo fuluas onerata carinas,*
*Dorida diffuſam premeret Ptolemeide gaza.*
*Hoc tu non cultu pugnas, ſed more priorum,*
*Dite magis ferro, merito cui ſubiacet aurum.*
*Diuitis ignaui tales ne ſperne rebelles,*
*Et ſi non acies, decorant tamen iſta triumphos,*
*Nec me Lagæam ſtirpem memoraſſe pigebit*
*Hoſtis ad exemplum veſtri: namque auguror iiſdem*
*Regnis fortunam ſimilem, cum luxus in illa*
*Parte ſit æqualis, nec peior Cæſar in iſta.*
*Illicet aggrederis, quod nullus tempore noſtro*
*Auguſtus potuit, rigidum ſeptemplicis Iſtri*
*Agmen in arma rapis. nam quicquid languidus axis*
*Cardine Sythonio ſub Parrhaſe parturit vrſa,*
*Hoc totum tua ſigna pauet. Baſterna, Sueuus,*
*Pannonius, Neurus, Chunus, Geta, Dacus, Alanus,*
*Bellonothus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites,*

*Biſalta, Oſtrogothus, Procruſtes, Sarmata, Moſchus*
*Poſt aquilas venere tuas. Tibi militat omnis*
*Caucaſus, & Scythicæ potor Tanaiticus vndæ.*
*Quid faciat fortuna viri? quaſcumque minatur*
*Has tremuit iam Roma manus: modo principe ſub te*
*Ne metuat, prope parua putat, niſi ſeruiat illi*
*Quod timuit regnante alio. Iam caſtra mouebas,*
*Et te diuerſis ſtipabant milia ſignis.*
*Obſequium gens vna negat, quæ nuper ab Iſtro*
*Rettulit indomitum ſolito truculentior agmen:*
*Quod dominis per bella caret, populóque ſuperbo*
*Tuldila plectendas in prælia ſuggerit iras.*
*Hic tu vix armis poſitis, iterum arma retractas:*
*Biſtonides veluti Ciconum cum forte pruinas*
*Ogygijs complent thyaſis, ſeu Strimonos aruis,*
*Seu ſe per Rhodopen, ſeu qua nimboſus in æquor*
*Voluit, Hyperboreis in cautibus Iſmarus Hebrum,*
*Dat ſomno vaga turba, ſimul laſſata quieſcunt*
*Orgia, & ad biforem reboat nec tibia flatum.*
*Vix requies. iam ponte ligant, rotat enthea thirſum*
*Baſſaris, & maculis Erythrææ Nebridos horrens,*
*Excitat Odryſios ad marcida tympana myſtas.*
*Tu tamen hanc differs pœnam, ſed ſanguinis autor*
*Maioris, dum parces, eras. non pertulit vltra*
*Hoc pro te plus cauta manus, veſtrúmque pudorem*
*Spreuit, pro vobis primi cadit hoſtia belli,*
*Quiſq; rebellis erat. prædam quoque diuidis illis,*
*Mens deuota quibus fuerat, quæ territa ſeruit*
*Exemplo, gaudet pretio. Pharſalica Cæſar*
*Arua petens, ſubitas ferro compeſcuit iras:*
*Sed ſua membra ſecans, & cauſæ mole coactus,*
*Fleuit quos perimit. noſtris hic proficit armis*

*Sedi*



*Seditio. quodcunque iubes, niſi barbarus audit,*
*Hic cadit, vt miles timeat. Iam tempore brumæ*
*Alpes marmoreas, atque occurrentia iuncto*
*Saxa polo, rupeſq; vitri, ſiccamq; minantes*
*Per ſcopulos pluuiam, primus pede carpis, & idem*
*Lubrica præmiſſo firmas veſtigia conto.*
*Cœperat ad rupis medium, quæ maxima turba eſt,*
*Interno ſqualere gelu, quod colle ſupino*
*Arctatis concluſa vijs, reptare rigenti*
*Non poterat reuoluta ſolo. fors vnus ab illo*
*Agmine, canentem cuius rota triuerat Iſtrum,*
*Exclamat, Gladios malo, & ſolenne quieta*
*Quod frigus de morte venit, mea torpor inerti*
*Membra rigore ligat. quondam mihi corpus aduſtum*
*Frigoris igne perit. ſequimur ſine fine laboris*
*Inſtantem iuuenem, quiſquis fortiſſimus ille eſt,*
*Aut rex aut populus: caſtris modo clauſus, aprica*
*Vel ſub pelle iacet. nos anni vertimus vſum.*
*Quod iubet hic, lex rebus erit. non flectitur vnquam*
*A ceptis, damnúmque putat, ſi temporis iras,*
*Vel per damna timet. qua dicam gente creatum,*
*Quem Scytha non patior? cuius lac Tigridis infans*
*Hircana ſub rupe bibit? quæ ſuſtulit iſtum*
*Axe meo, grauior tellus? en vertice ſummo,*
*Algentes cogit turmas, ac frigora ridet,*
*Dum ſolus plus mente calet. cum claſſica regis*
*Arctoi ſequerer, Romani principis arma*
*Cæſareumq; larem luxu torpere perenni*
*Audieram. dominos nil prodeſt noſſe priores,*
*Si rex hic quoque fortis erat. Maiora parantem*
*Dicere, de ſcopulo verbis accendis amaris.*
*Quiſquis es oppoſiti metuis qui lubrica cliui,*

*Frange*

Frange cutem pendentis aquæ, ſcalpróque leuata
Sit tibi lympha gradus. turpes depone querelas.
Ocia frigus habent. non quid mihi membra biformis
Hylei natura dedit: non Pegaſus alis
Adiuuit quicquid gradior? pennáſque volanti
Dat Calais Zethúſque mihi, quem ninguida cernis
Calcantem iam dorſa iugi? vos frigora frangunt,
Vos alpes. Iam iam ſtudeam penſare pruinas,
Aeſtatem ſub Syrte dabo. Sic agmina voce
Erigis, exemplóque leuas, primúſque labores
Aggrederis quoſcumque iubes: tum cætera paret
Turba libens, ſeruit propriis cum legibus autor.
Qui tibi præterea comites, quantúſque magiſter
Militiæ, veſtrum poſt vos qui compulit agmen,
Sed non inuitum? dignus cui cederet vni
Sylla acie, genio Fabius, pietate Metellus,
Appius eloquio, vi Fuluius, arte Camillus,
Si præfecturæ quantus moderetur honorem
Vir, quæras, tendit patulos qua Gallia fines:
Vix habuit mores ſimiles cui teſte ſenatu,
In ſe etiam tractum commiſerat Vlpius enſem:
Qui dictat modo iura Gethis. ſub iudice veſtro
Pellitus rauum præconem ſuſcipit hoſtis.
Quid loquar hic illum, qui ſcrinia ſacra gubernat?
Qui quum ciuilis diſpenſet partis habenas,
Suſtinet armati curas. interprete ſub quo
Flectitur ad veſtras gens effera conditiones.
Quid laudare Petrum paruis temeraria Clio
Viribus aggrederis? cuius dignatur ab ore
Cæſar in orbe loqui. licet & quæſtore diſerto
Polleat, attamen hic nuper placidiſſime princeps,
Obſide præcepto, noſtræ de mœnibus vrbis,

Viſceri



Viſceribus miſeris inſertum depulit hoſtem.
Et quia laſſatis nimium ſpes vnica rebus
Veniſti, noſtris petimus ſuccurre ruinis:
Lugdunúmque tuam, dum præteris, aſpice victor,
Ocia poſt nimios poſcit te fracta labores.
Cui pacem das, redde animum. laſſata iuuenci
Ceruix depoſito melius poſt ſulcat aratro,
Telluris glebam ſolidæ. boue, fruge, colono,
Ciuibus exhauſta eſt. ſtantis fortuna latebat,
Dum capitur, væ quanta fuit? poſt gaudia princeps,
Delectat meminiſſe mali. populatibus, igni
Etſi concidimus, veniens tamen omnia tecum
Reſtituis: fuimus veſtri quia cauſa triumphi,
Ipſa ruina placet. cum victor ſcandere currum
Incipies, crinémque ſacrum tibi more priorum
Nectet muralis, vallaris, ciuica laurus,
Et regum aſpicient capitolia fulua cathenas.
Cum veſties Romam ſpolijs, cum diuite cera
Pinges Cinyphij captiua mapalia Bocchi:
Ipſe per obſtantes populos raucóſque fragores
Præcedam, & tenui (ſicut nunc) carmine dicam,
Te geminas Alpes, te Syrtes, te mare magnum,
Te freta, te Libycas pariter domuiſſe cateruas.
Ante tamen viciſſe, mihi quod lumina flectis,
Quódque ſerenato miſeros iam reſpicis ore,
Exultare libet. memini, cum parcere velles,
Hic tibi vultus erat. mitis dat ſigna venuſtas.
Annue, ſic veſtris reſpiret Byrſa tropæis.
Sic Parthus certum fugiat, Maurúſq; timore
Albus eat: ſic Suſa tremant, poſitiſq; pharetris
Exarmata tuum circumſtent Bactra tribunal.

AD

## AD PRISCVM VALERIANVM virum præfectorium.

### EDITIO PANEGYRICI.

PRiſce decus ſemper noſtrum, cui principe Auito
Cognatum ſociat purpura celſa genus,
Ad tua cum noſtræ currant examina nugæ,
Dico, ſtate vagæ, quo properatis? amat.
Diſtrictos ſemper, cenſor qui diligit extat:
Dura ſorte legit mollis amicitia.
Nil vatum prodeſt adiectum laudibus illud,
Vlpia quod rutilat porticus ære meo:
Vel quod adhuc populo ſimul & plaudente ſenatu
Ad noſtrum reboat concaua Roma ſophos.
Reſpondent illæ: Properabimus, ibimus: & nos
Non retines. tanto iudice culpa placet.
Cognitor hoc nullus melior bene carmina penſat,
Contemptu tardo, iudicio celeri,
Et quia non potui temeraria ſiſtere verba,
Hæc rogo ne dubites lecta dicare rogo.

## IN PANEGYRICVM, QVEM dixit Auito Auguſto ſocero ſuo Romæ.

### PRAEFATIO.

PAllados armiſonæ feſtum dum cantibus ortum
Perſonat Iſmario Thracia vate Chelys:

Et



Et dum Mopſopium ſtipantur per Marathonem,
Qui ſteterant fluuij, quæq; cucurrit humus:
Dulciſonum quatitur fidibus cum pectine murmur,
Has perhibent laudes laude probaſſe deam.
Diua, Gigantei fudit quam tempore belli
Armatus partus vertice diuiduo:
Quam neque Deliacis peperit Latona ſub antris,
Fixura errantem Cyclada pignoribus.
Nec quæ Cadmæis pariens Alciden in oris,
Suſpendit triplici nocte puerperium.
Nec cuius pluuio turris madefacta metallo eſt,
Cum matrem impleret filius aurigena.
Sed te cum trepidum ſpectaret Phlegra Tonantem,
Impulit excuſſam vertice ruptus apex.
Cumq; deos aliæ traherent in prælia vires,
Confuſum valida te ſine robur erat.
Protulit vt mox te patrius ſapientia vertex,
Tum mage vicerunt cum te habuere dei.
Te propter ceſſit manibus conſtructa tremendis,
Iam prope per rutilum machina tenſa polum.
Pindus, Othrys, Pholoë, dextris cecidere Gigantum,
Decidit & Rhœti iam grauis Oſſa manu.
Sternitur Aegeon, Briareus, Ephialta, Minasq;,
Aſſueti arctoas lambere calce rotas.
Enceladus patri iacuit, fratriq; Tiphoëus,
Euboicam hic rupem ſuſtinet, hic Siculam.
Hic ſeſe ad totam genitricem tranſtulit Orpheus,
Et docuit chordas dicere Calliopem,
Aſſurrexerunt Muſæ ſub laude ſororis,
Et placuit diuæ carmine plus pietas.
Quod ſi maternas laudes cantaſſe fauori eſt,
Hoc valeo priſcas æquiparare fides,

Publicus

*Publicus hic pater eſt, noui cui carmen Auitus,*
*Materia eſt maior, ſi mihi Muſa minor.*

---

# PANEGYRICVS AVITO
## Auguſto Socero dictus.

*PHœbe peragrato tandem viſurus in orbe,*
*Quem poſſis proferre parem, da lumina cœlo,*
*Sufficit hic terris, nec ſe iam ſignifer aſtris*
*Iactet, Marmaricus quem vertice continet Athlas.*
*Sidera ſunt iſti, quæ ſicut merſa niteſcunt,*
*Aduerſis ſic Roma micat, cui fixus ab ortu*
*Ordo fuit creuiſſe malis modo principe ſurget*
*Conſule, nempe patres collatos cernere faſces*
*Vos iuuat, & ſociam ſceptris mandaſſe curulem:*
*Credite poſt dabitis currus. Iam necte bifrontes*
*Anceps Iane comas, duplicíq; accingere lauro.*
*Principis anterior, iam conſulis iſte coruſcat*
*Annus, & emerita trabeis diademata creſcunt.*
*Incaſſum iam Muſa paues, quod propulit auſter*
*Vela ratis noſtræ, pelago quia currere famæ*
*Cœpimus. en ſydus, quod nos per cœrula ſeruet.*
*Forte pater ſuperum proſpexit ab æthere terras,*
*Ecce viget quodcunque videt. mundum reparaſſe*
*Aſpexiſſe fuit. ſolus fouet omnia nutus.*
*Iamq; vt conueniant ſuperi, Tegeaticus Arcas,*
*Nunc plantis, nunc fronte volat. vix contigit arua,*
*Et toto deſcendit auo. mare, terra, vel aër,*
*Indigenas miſere deos. Germane tonantis*
*Prime venis, viridi qui Dorida findere curru*
*Suetus, in attonita ſpargis cito terga ſerenum.*





*Humentes Nymphas Phorcus comitatur: ibiq;,*
*Glaucus Glauce venis: vatum & certiſſime Proteu*
*Certus eras. longo veniunt poſt ordine diui:*
*Pampineus Liber, Mars trux, Tirynthius hirtus,*
*Nuda Venus, fœcunda Ceres, pharetrata Diana,*
*Iuno grauis, prudens Pallas, turrita Cybele,*
*Saturnus profugus, vaga Cynthia, Phœbus ephœbus,*
*Pan pauidus, Fauni rigidi, Satyri petulantes.*
*Conuenere etiam cœlum virtute tenentes,*
*Caſtor equo, Pollux ceſtu, Perſeius harpe,*
*Fulmine Vulcanus, Typhis rate, gente Quirinus.*
*Quis canat hic aulam cœli, rutilantia cuius*
*Ipſa pauimentum ſunt ſidera? Iam pater aureo*
*Tranquillus ſeſe ſolio locat. inde priores*
*Conſedere dei, fluuijs quoque contigit illo*
*Sed ſenibus reſidere loco. tibi maximè fluctu*
*Eridane, & flauis in pocula fracte Sicambris.*
*Rhene tumens, Scythiæq; vagis equitate cateruis*
*Iſter, & ignotum plus notus Nile per ortum,*
*Cum procul erecta cœli de parte trahebat*
*Pigros Roma gradus, curuato cernua collo*
*Ora ferens. pendent crines de vertice tecti*
*Puluere non galea: clypeusq; impingitur ægris*
*Greſſibus, & pondus non terror fertur in haſta.*
*Vtq; pij genibus primum eſt affuſa Tonantis,*
*Teſtor, ſancte parens, inquit, te numen & illud*
*Quicquid Roma fui, ſummo ſatis obruta fato,*
*Inuideo abiectis, pondus non ſuſtinet ampli*
*Culminis arta domus, nec flumen vallibus inſtat.*
*Quid (rogo) bis ſeno mihi vulture Thuſcus aruſpex*
*Portendit? iaciens primæ cur mœnia genti*
*Ominibus iam celſa fui. dum collis Hetruſci*

*Fundamenta iugis aperis mihi Romule pauper.*
*Vel gladio ſecura fui. cum turbine iuncto*
*Me Rutulus, Veiens, pariterq; Auruncus, & Aequus,*
*Hernicus, & Volſcus premerent, ſat magna videbar.*
*Et tibi dum rumpit vitiatum fœmina ferro*
*Corpus, & ad caſtum remeas pudor erute vulnus:*
*Iam cum vallatam ſocio me clauſit Hetruſco*
*Tarquinius, proh Mutij ignes, proh Coclitis undæ,*
*Proh dolor, hic qui nam eſt, qui ſub mea iura redegit*
*Samnitem Gurges? Uolſci qui terga cecidit*
*Martius, & Senonas fundens Dictator & exul?*
*Fabritij vitam vellem, mortes Deciorum.*
*Vel ſic vincentem, vel ſic victos mea redde*
*Principia. heu quo nunc pompæ diteſq; triumphi,*
*Et pauper conſul: Libycum mea terruit axem*
*Cuſpis, & infido poſuit iuga tertia Pœno.*
*Indorum Ganges, Colchorum Phaſis, Araxes*
*Armeniæ, Tagus Aethiopum, Tanaiſq; Getarum,*
*Tybrinum tremuere meum. Me Teutone iuncto,*
*Quondam fracte ſubis Cimber, gladijſq; grauatas*
*Ante manus, ſolas iuſſi portare cathenas.*
*Væ mihi qualis eram, cum per mea iuſſa iuberent,*
*Sylla, Aſiagenes, Curius, Paulus, Pompeius,*
*Tigrani, Antiocho, Pyrrho, Perſæ, Mithridati,*
*Pacem, regna, fugam, vectigal; vincla, venenum.*
*Sauromatem taceo, ac Moſcum ſolitoſq; cruentum*
*Lac potare Getas, ac pocula tingere venis:*
*Vel cum diffugiunt fugiendos tum mage Perſas,*
*Nec tèrras dixiſſe ſat eſt fulgentibus armis*
*Tot maria intraui duce te longéque remotas*
*Sole ſub occiduo gentes. victricia Cæſar*
*Signa Caledonios tranſuexit aduſque Britannos,*

*Fuderit*



*Fuderit & quanquam Scotum, & cum Saxone Pictũ,*
*Hoſtes quæſiuit, quam iam natura vetabat*
*Quærere plus homines. vidit te frangere Leucas,*
*Trux Auguſte, Pharon dum claſſicus Actia miles*
*Stagna quatit, profugiſq; bibax Antonius armis*
*Inceſtam vacuat patrio Ptolemeida regno.*
*Cúmque prius quererer ſtricto de cardine mundi,*
*Sum, limes nunc ipſa mihi. Plus ſumme deorum.*
*Sum iuſto tibi viſa potens, quod Partichus vltro*
*Reſtituit mea ſigna pauor, poſitáque thiara*
*Funera Craſſorum fleuit dum purgat. & hinc iam*
*Proh dolor excuſſo populi iure atque ſenatus,*
*Quod timui incurri. ſum tota in principe, tota*
*Principis, & fio lacerum de Cæſare regnum,*
*Quæ quondam regina fui: capreaſq; Tiberij,*
*Et caligas Caij, Claudij cenſura ſecuta eſt.*
*Et vir morte Nero triſti. Piſone verendum*
*Galbam ſternis Otho, ſpeculo qui pulcher haberi*
*Dum captas, ego turpis eram. mihi fœda Vitelli*
*Intulit ingluuies ventrem, qui tempore paruo*
*Regnans ſero perit. laſſam poſt inclytus armis*
*Veſpaſianus habet, Titus hinc: poſt hunc quoque frater:*
*Poſt quem tranquillus vix me mihi reddere Nerua*
*Cœpit. adoptiuo factus de Cæſare maior*
*Vlpius inde venit, quo formidata Sicambris*
*Agrippina fuit, fortis, pius, integer, acer.*
*Talem capta precor Traianum. neſcio ſi quis*
*Aequiparet, ni fors iterum tu Gallia mittas,*
*Qui vincat. Lacrymæ vocem clauſere precantis,*
*Et quicquid ſupereſt luctus, rogat. Undique cœli*
*Aſſurgunt proceres, Mars, Cypris, Romulus, & qui*
*Autores tibi Roma dei. iam mitior ipſa*

T 2 *Flecti*

*Flectitur, atque iras veteres Saturnia donat.*
*Iuppiter iſta refert. Fatum quo cuncta reguntur,*
*Quoq; ego, non licuit frangi. ſic celſa laborant*
*Semper, & elatas noſtro de munere vires*
*Inuidit fortuna ſibi. ſed concipe magnos*
*Quanquam fracta animos. Si te Porſenna ſoluto*
*Plus timuit de ponte tremens, ſi mœnia capta*
*Mox Brenni videre fugam, ſi denique dirum*
*Hannibalem iuncto terræ cœliſq; tumultu*
*Repulimus. cum caſtra tuis iam proxima muris*
*Starent, Collina fulmen pro turre cucurrit.*
*Atque illic iterum timuit natura parentem*
*Poſt Phlegram pugnare Iouem. Torpentia tolle*
*Lumina, deterſam mentem caligo relinquat.*
*Te mirum eſt vinci, incipies cum vincere mirum*
*Non erit? vtq; tibi pateat quo ſurgere tandem*
*Feſſa modo poſſis, paucis cognoſce docebo.*
*Eſt mihi, quæ Latio ſe ſanguine tollit alumna*
*Tellus clara viris, cui non dedit optima quondam*
*Rerum opifex natura parem. fœcundus ab vrbe*
*Pollet ager, primo qui vix proſciſſus aratro,*
*Semina tarda ſitit, vel luxuriante iuuenco*
*Arcana exponit piceam pinguedine glebam.*
*Aſſurrexit huic, coxit quod torridus auſter*
*Niliacum, Libycumq; ſolum: collataq; ſemper*
*Arida Mygdonias damnarunt Gargara falces.*
*Apulus & Calaber ceſſit. ſpes vnica rerum,*
*Hanc Aruerne colens, nulli pede cedis in armis,*
*Quos vis vincis equo. teſtis mihi Cæſaris eſto*
*Hic nimium fortuna pauens, cum colle repulſus*
*Gergouiæ, caſtris miles vix reſtitit ipſis.*
*Hos ego tam fortes volui, ſed cedere Auitum*





*Dum tibi Roma paro, rutilat cui maxima dudum*
*Stemmata complexum germen, palmata cucurrit*
*Per proauos, gentiſq; ſuæ, te teſte Philagri,*
*Patritius reſplendet apex. Sed portio quanta eſt*
*Hæc laudum laudare patres? quos quippe curules*
*Et præfecturas conſtat debere nepoti?*
*Sunt alij, per quos ſe poſthuma iactet origo,*
*Et priſcum titulis numeret genus. Altera Auite*
*Nobilitas, tu ſolus auos. Libet ædere tanti*
*Geſta viri, & primam paucis percurrere vitam.*
*Soluerat in partum generoſa puerpera caſti*
*Ventris onus, manifeſta dedi mox ſigna futuri*
*Principis, ac totam fauſto trepidi patris aulam*
*Impleui augurio: licet idem grandia nati*
*Culparet fata, & pueri iam regna videret.*
*Sed ſibi commiſſum tanto ſub pignore cernens*
*Mundi depoſitum, ne quid tibi Roma periret*
*Iuuit fortunam ſtudio. laſtentia primum*
*Membra dedit niuibus, glaciémque irrepere plantis*
*Iuſſit, & attritas paruum ridere pruinas.*
*Surgentes anni Muſis formantur, & illo*
*Quo Cicerone tonas. didicit quoque facta tuorum*
*Ante ducum. didicit pugnas, libróque relegit*
*Quæ gereret campo. primus vix cœperat eſſe*
*Ex infante puer, rabidam cum forte cruentis*
*Rictibus, atque eſcas ieiuna fauce parantem,*
*Plus catulis ſtrauit (fuerant nam fragmina propter)*
*Arreptam de caute lupam, fractúſque molari*
*Diſſiluit vertex, & ſaxum vulnere ſedit.*
*Sic meus Alcides Nemeæ dum ſaltibus errat*
*Occurrit monſtro vacuus, non robora portans,*
*Non pharetras: ſtetit ira tremens atq; hoſte propinquo*

*Conſuluit ſolos virtus deſerta lacertos.*
*Parua quidem, dicenda tamen. Quis promptior iſto,*
*Tenſa cathenati ſummittere colla moloſſi?*
*Et luſtris recubare feras interprete nare*
*Diſcere non viſas, & in aëre quærere plantas?*
*Iam ſi forte ſuem latratibus improbus Vmber*
*Terruit, albentes nigro ſub gutture lunas*
*Frangere ludus erat, colluctantiq; lacerto*
*Vaſta per aduerſas venabula cogere prædas,*
*Quam pulchrum, cum forte domū poſt luſtra reuertens*
*Horrore ſplenderet apri, virtúſque repugnans*
*Proderet inuitum per fortia facta pudorem.*
*Sic Pandioniis caſtæ Tritonidos aruis,*
*Hippolytus roſeo ſudum radiabat ab ore,*
*Sed ſimul ac gemino flagrans cum Creſſa furore*
*Tranſiit affectu matres & fraude nouercas.*
*Quid volucrum ſtudium, dat quas natura rapaces*
*In vulgus prope cognatum? quis doctior iſto*
*Inſtituit varias per nubila iungere lites?*
*Alite vincit aues celeriq; per æthera lapſu,*
*Hoc nulli melius pugnator militat vnguis.*
*Nec minus hæc inter ciuilia iura ſecutus,*
*Eligitur primus iuuenis ſolus mala fracta*
*Alliget vt patriæ, poſcátque informe recidi*
*Vectigal. procerum tum forte potentior illic,*
*Poſt etiam princeps Conſtantius omnia præſtat*
*Indole defixus tanta [&] miratus in annis*
*Paruis grande bonum, vel in ore precantis ephebi*
*Verba ſenis. Ducis hinc pugnas & fœdera regum*
*Pandere Roma libet, variis incuſſa procellis*
*Bellorum, regi Getico tua Gallia pacis*
*Pignora iuſſa dare eſt: inter quæ nobilis obſes*





*Tu Theodore venis, quem pro pietate propinqui*
*Expetis in media pelliti principis aula*
*Tutus Auite fide. probat hoc iam Theuderis, altum*
*Exemplum officij: res mira & digna relatu,*
*Quod fueras blandus, regi placuiſſe feroci.*
*Hinc te paulatim prælibrat ſenſibus imis,*
*Atque animis vult eſſe ſuum. ſed ſpernis amicum,*
*Plus quàm Romanum gerere. ſtupet ille repulſam,*
*Et plus inde places. Rigidum ſic Pyrrhe videbas*
*Fabritium, ingeſtas animo cum diuite fugit*
*Pauper opes, regem temnens dum ſupplice cenſu*
*Pignus amicitiæ vili mendicat ab auro.*
*Aetium interea Scythico qui ſæpe duello eſt*
*Edoctus, ſequeris: qui quamquam celſus in armis,*
*Nil ſine te geſſit, cum plurima tu ſine illo,*
*Nam poſt Vithungos & Norica bella ſubacto*
*Victor Vindelico, Belgam, Burgundio quem trux*
*Preſſerat, abſoluit. vinctus tibi vincitur illic*
*Curſu Herulus, Chunus iaculis, Francúſque natatu,*
*Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus,*
*Vulnere vel ſi quis plangit, cui fleſſe periſſe eſt,*
*Ac ferro peraraſſe genas, vultúque minaci*
*Rubra cicatricum veſtigia defodiſſe.*
*Illuſtri iam tum donatur Celſus honore.*
*Squameus & rutilis etiam num liuida criſtis*
*Ora gerens, vix arma domum ſordentia caſtris*
*Retulerat: noua bella iterum, pugnámque ſub ipſis*
*Iam patriæ muris periturus commouet hoſtis.*
*Lithorius Scythicos equites tum forte ſubacto*
*Celſus Aremorico Geticum rapiebat in agmen*
*Per terras Aruerne tuas, qui proxima quæq;*
*Diſcurſu, flammis, ferro, feritate, rapinis*

*Delebant, pacis fallentes nomen inane.*
*Huius tum famulum quidam truculentior horum*
*Mox feriende feris, ruit ille, & triſtia fata*
*Commendat domino abſenti, partémque futuram*
*Vindictæ moriens Stygium ſpe portat ad amnem.*
*Et iam fama viro turres portáſque tuenti,*
*Intuitu pauidæ plebis perfert ſcelus actum.*
*Excutitur, reſtat, pallet, rubet, alget, & ardet,*
*Ac ſibimet multas vultum variata per vnum*
*Ira facit facies. vel qui mos ſæpe dolenti*
*Plus amat extinctum. tandem prorupit. & arma*
*Arma fremit, pinguiſq; etiamnum ſanguine fertur*
*Lorica, obtuſus per barbara vulnera contus,*
*Atque ſub aſſiduis dentatus cædibus enſis.*
*Includit ſuras ocreis, capitiq; micantem*
*Imponit galeam, fuluus cui creſcit in altum*
*Conus, & iratam iaculatur vertice lucem.*
*Et iam ſcandit equum, vulſiſq; à cardine portis*
*Emicat. aſſiſtunt ſocio virtúſque dolórque,*
*Et pudor. armatas pilo petit impiger alas,*
*Pugnando pugnam quærens, pauidúmque per agmen*
*Multorum interitu compenſat, quod latet, vnus.*
*Sic Phrygium Aemathia victorem cuſpide poſcens*
*Aeacides, cæſi luctum frenauit amici,*
*Per mortes tot Troia tuas, iam vilia præ ſe*
*Agmina contentus ruere, ſtrictúmque per amplos*
*Exerere gladium populos. natat obruta tellus*
*Sanguine, dúmque hebetat turba graue cædua telum,*
*Abſens in cuncto ſibi vulnere iam cadit Hector.*
*Proditus vt tandem tanti qui cauſa tumultus,*
*Inquit, Auitus: Age, Scythica nutrite ſub arcto,*
*Qui furis & cæſo tantum qui fidis inermi,*





*Congredere armato. multum tibi præſtitit ira*
*Iam mea, conceſſi pugnam, iubeóque reſiſtas:*
*Certantem mactaſſe iuuat. Sic fatur, & æquor*
*Proſilit in medium, nec non ferus aduenit hoſtis.*
*Vt primum pectus vel cominus ora tulere,*
*Hic ira tremit, ille metu. iam cætera turba*
*Diuerſis trepidat votis, varióſque per ictus*
*Pendet ab euentu. ſed poſtquam prima, ſecunda,*
*Tertiáque acta rota eſt, venit ecce, & celſa cruentum*
*Perforat haſta virum. poſt & confinia dorſi*
*Cedit transfoſſo, ruptus bis pectore thorax.*
*Et dum per duplicem ſanguis ſingultat hiatum,*
*Diuidua ancipitem carpſerunt vulnera vitam.*
*Hæc poſt geſta viri: Temet Styx liuida teſtor,*
*Intemerata mihi præfectus iura regebat.*
*Et caput hoc ſibimet ſolitis defeſſa ruinis*
*Gallia ſuſcipiens, Getica pallebat ab ira,*
*Nil prece, nil precio, nil milite fractus agebat*
*Aëtius. capto terrarum damna patebant*
*Litorio. in Rhodanum proprios producere fines*
*Theudoridæ fixum, nec erat pugnare neceſſe,*
*Sed migrare. Gethis rapidam trux aſperat iram*
*Victor. quod ſentit Scythicum pro mœnibus hoſtem*
*Imputat, & nihil eſt grauius (ſi forſitan vnquam*
*Vincere contingat) trepido. Poſtquam vndique nullum*
*Præſidium, ducibúſque tuis nil Roma relictum eſt,*
*Fœdus Auite nouas. ſæuum tua pagina regem*
*Lecta domat. iuſſiſſe ſat eſt te quod rogat orbis.*
*Credant hoc nunquam gentes, populiq; futuri,*
*Litera Romani caſſat quod Barbare vincis.*
*Iura igitur rexit. namque hoc quoque par fuit, vt tum*
*Aſſertor fieret legum, qui nunc erit autor.*

*Ne dandus populis princeps, caput, induperator,*
*Cæſar, & Auguſtus ſolum fera prælia noſſet.*
*Iam præfecturæ perfunctus culmine tandem*
*Se dederat ruri. nunquam tamen ocia, nunquam*
*Deſidia imbellis. ſtudiúmque & cura quieto*
*Armorum ſemper: ſubito eum rupta tumultu*
*Barbaries totas in te transfuderat arctos*
*Gallia. Pugnacem Rugum comitante Gelono*
*Gepida trux ſequitur. Rhetum Burgundio cogit,*
*Chunus, Bellonotus, Neurus, Baſterna, Toringus,*
*Bructerus, vluoſa quem vel Nicer abluit vnda,*
*Prorumpit Francus. cecidit cito ſecta bipenni*
*Hercinia in lintres, & Rhenum texuit alno,*
*Et iam terrificis diffuderat Attila turmis*
*In campos ſe Belga tuos. vix liquerat alpes*
*Aëtius, tenue & rarum ſine milite ducens*
*Robur, in auxilijs Geticum male credulus agmen*
*Incaſſum proprijs præſumens adfore caſtris.*
*Nuntius at poſtquam ductorem perculit, Hunos*
*Iam prope contemptum proprijs in ſedibus hoſtem*
*Expectare Getas, verſat vagus omnia ſecum*
*Conſilia, & mentem curarum fluctibus vrget.*
*Tandem cunctanti ſedit ſententia, celſum*
*Exorare virum, collectiſq; omnibus vna*
*Principibus, coram ſupplex ſic talibus inſit:*
*Orbis Auite ſalus, cui non noua gloria nunc eſt,*
*Quod rogat Aëtius voluiſti, & non nocet. hoſtis*
*Vis prodeſt. incluſa tenes tot milia nutu,*
*Et populis Geticis ſola eſt tua gratia limes.*
*Infenſi ſemper nobis, pacem tibi præſtant.*
*Victrices, i, prome aquilas. fac optime Chunos,*
*Quorum forte prior fuga nos concuſſerat olim,*

*Bis*



*Bis victos prodeſſe mihi. ſic fatus, & ille*
*Pollicitus votum, fecit ſpem. Protinus inde*
*Aduolat, & famulas in prælia concitat iras.*
*Ibant pellitæ per claſſica Romula turmæ,*
*Ad nomen currente Geta. timet ære vocari*
*Dirutus, opprobrium non damnum barbarus horrens.*
*Hos ad bella trahit iam tum ſpes orbis Auitus,*
*Vel iam priuatus, vel adhuc. Sic cinnama buſto,*
*Collis Erythræi portans Phœbeius ales,*
*Concitat omne auium vulgus. famulantia currunt*
*Agmina, & anguſtus pennas non explicat aër.*
*Iam propè fata tui biſſenas vulturis alas*
*Complebant (ſcis nanque tuos ſcis Roma labores)*
*Aëtium placidus mactauit ſemiuir amens.*
*Vixq; tuo impoſitum capiti diadema Petroni,*
*Ilico barbaries necnon ſibi capta videri*
*Roma Getis, tellusq; ſuo ceſſura furori.*
*Raptores ceu forte lupi, quis nare ſagaci,*
*Monſtrat odor pinguem clauſis ab ouilibus auram,*
*Irritant acuúntque famem, portántque rapinæ*
*In vultu ſpeciem, patulo ieiunia rictu*
*Pallentes. iam iámque tener ſpe frangitur agnus,*
*Atque abſens auido crepitat iam præda palato.*
*Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus*
*Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum*
*Ludus, & aſſuto glaucum mare findere lembo.*
*Francus Germanum primum, Belgámque ſecundum*
*Sternebat, Rhenúmque ferox Alamanne bibebas*
*Romanis ripis. & vtroque ſuperbus in agro*
*Vel ciuis vel victor eras. Sed perdita cernens*
*Terrarum ſpacia, princeps iam Maximus, vnum*
*Quod fuit in rebus peditúmque equitumq; magiſtrum*

*Te*

Te ſibi Auite legit.collati rumor honoris
Inuenit agricolam,flexi dum forte ligonis.
Exercet dentes,vel pando pronus aratro
Vertit in excoctam per pinguia iugera glebam.
Sic quondam ad patriæ res fractas pauper arator
Cincinnate venis,veterem cum te induit vxor
Ante boues trabeam,dictatorémque ſalignæ
Excepere fores,atque ad ſua tecta ferentem
Quod non perſeuit,turpiq́; & faſce grauata
Vile triumphalis portauit purpura ſemen.
Ut primum ingeſti pondus ſuſcepit honoris,
Legas qui veniam poſcant,Alamanne,furoris.
Saxonis incurſus ceſſat,Chattumq́; paluſtri
Alligat Albis aqua.vixq́; hoc te menſtrua totum
Luna videt,iámque ad populos & rura feroci
Tanta Getæ protendit iter,qua pulſus ab æſtu
Oceanus refluum ſpargit per culta Garumnam
In flumen currente mari.tranſcendit amarus
Blanda fluenta latex,fluuijq́; impacta per alueum
Salſa peregrinum ſibi nauigat vnda profundum.
Hic iam diſpoſito laxantes fræna duello
Veſorum proceres raptim ſuſpendit ab ira
Rumor ſuccincto referens diplomate Auitum
Iam Geticas intrare domos,poſitáque parumper
Mole magiſterij,legati iura ſubiſſe.
Obſtupuere duces,pariter Scythicusq́; ſenatus,
Et timuere ſuam pacem ne forte negaret.
Sic rutilus Phaëthonta leuem cum carperet axis,
Iam pallente die flagrantiq́; excita mundo
Pax elementorum fureret,vel ſicca propinquus
Sæuiret per ſtagna vapor,limusq́; ſitiret
Puluereo ponti fundo,tunc vnica Phœbi





Inſuetum clemens extinxit flamma calorem.
Hic aliquis tum fortè Getes dum falce recocta
Ictibus informat,ſaxóque cacuminat enſem,
Iam promptus caluiſſe tubis,iam iamq́; frequenti
Cæde ſepulturus terram,non hoſte ſepulto,
Claruit vt primum nomen venientis Auiti,
Exclamat,perijt bellum.date rurſus aratra.
Ocia ſi replico priſcæ bene nota quietis,
Non ſemel iſte mihi ferrum tulit.ô pudor,ô Dij,
Tantum poſſe fidem? quid fœdera lenta minaris?
In damnum mihi fide meum.compendia pacis
Et præſtare iubes,nos & debere.quis vnquam
Crederet? En Getici reges parere volentes,
Inferius regnaſſe putant,nec dicere ſaltim
Deſidiæ obtentu poſſum te prælia nolle.
Pacem fortis amas.iam parteis ſternit Auitus.
Inſuper & Geticas præmiſſus continet iras
Meſſianus.adhuc mandaſti & ponimus arma.
Quid reſtat,quid poſſe velis? quod non ſumus hoſtes,
Parua reor.tu ſi priſco mihi notus in actu es,
Auxiliaris ero.vel ſic pugnare licebit.
Hæc ſecum rigido Veſus dum corde volutat,
Ventum in conſpectu fuerat.rex atque magiſter,
Propter conſtiterant.hic vultu erectus,at ille
Lætitia erubuit,veniámque rubore popoſcit.
Poſt hinc germano regis,hinc rege retento,
Palladiam implicitis manibus ſubiere Toloſam.
Haud ſecus inſertis ad puluinaria palmis
Romulus & Tatius fœdus icere parentum:
Cum ferro & rabidis cognato in Marte maritis
Herſilia inſeruit Pallantis colle Sabinas.
Interea incautam furtiuis Vuandalus armis

*Te capit,inſidóque tibi Burgundio ductu*
*Extorquet trepidas mactandi principis iras,*
*Heu facinus,in bella iterum,quartóſque labores*
*Perfida Eliſſeæ crudeſcunt claſſica Byrſæ.*
*Nutriſtis quod fata malum conſcenderat arces?*
*Euandri Maſſyla phalanx,montéſque Quirini*
*Marmarici preſſere pedes,rurſúſque reuexit*
*Quæ captiua dedit quondam ſtipendia Barche.*
*Exilium patrum,plebis mala,principe cæſo*
*Captiuum imperium ad Geticas rumor tulit aures.*
*Luce noua veterum cœtus de more Getarum*
*Contrahitur.ſtat priſca annis,viridiſq; ſenectus*
*Conſilijs.ſqualent veſtes,ac ſordida macro*
*Lintea pingueſcunt tergo,nec tangere poſſunt*
*Altatæ ſuram pelles,ac poplite nudo*
*Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.*
*Poſtquam in concilium ſeniorum venit honoræ*
*Pauperies,paciſq; ſimul rex verba popoſcit.*
*Dux ait:Optaſſem patrijs ſecurus in aruis*
*Emeritam fateor ſemper fouiſſe quietem,*
*Ex quo militiæ poſt munera trina,ſuperbum*
*Præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.*
*Sed dum me noſtri princeps modo Maximus orbis*
*Ignarum,abſentem,procerum poſt mille repulſas*
*Ad lituos poſt iura vocat,voluitq; ſonoris*
*Præconem mutare tubis,promptiſſimus iſtud*
*Arripui officium,vos quo legatus adirem.*
*Fœdera priſca precor,quæ nunc meus ille teneret,*
*Iuſſiſſem ſi forte ſenex,cui ſemper Auitum*
*Sectari creuiſſe fuit,tractare ſolebam*
*Res Geticas olim.ſcis te neſciſſe,frequenter*
*Quæ ſuaſi,niſi facta.Tamen fortuna priorem*
*Arripuit*



*Arripuit genium.perijt quodcunque merebar,*
*Cum genitore tuo.Narbonem tabe ſolutum*
*Ambierat(tu paruus eras)trepidantia cingens*
*Milia,in infames iam iamq; coëgerat eſcas.*
*Iam triſtis propriæ credebat defore prædæ,*
*Si clauſus fortaſſe perit:cum noſtra probauit*
*Conſilia,& refugo laxauit mœnia bello.*
*Téque ipſum ( ſunt ecce ſenes ) hoc pectore fotum*
*Hæ flentem tenuere manus,ſi forſitan altrix*
*Te mihi,cum nolles,lactandum tolleret.Ecce*
*Aduenio,& priſci repeto modo pignus amoris.*
*Si tibi nulla fides,nulla eſt reuerentia patris,*
*I durus,pacémque nega.Prorumpit ab omni*
*Murmur conſilio fremituſq;,& prælia damnans*
*Seditioſa ciet concordem turba tumultum.*
*Tum rex effatur:Dudum dux inclyte culpo*
*Poſcere te pacem noſtram,cum cogere poſſis*
*Seruitium,trahere ac populos in bella ſequaces.*
*Ne quæſo inuidiam patrio mihi nomine inuras,*
*Quid mereor,ſi nulla iubes? ſuadere ſub illo*
*Quod poteras,modo velle ſat eſt,ſolúmque moratur,*
*Quod cupias,neſciſſe Getas.mihi Romula dudum*
*Per te iura placent:paruumq; ediſcere iuſſit*
*Ad tua verba pater,docili quo priſca Maronis*
*Carmine molliret Scythicos mihi pagina mores,*
*Iam pacem tum velle doces.ſed percipe,quæ ſit*
*Conditio obſequij,rata forſan pacta probabis.*
*Teſtor Roma tuum nobis venerabile numen,*
*Et ſocium de Marte genus,vel quicquid ab æuo,*
*Nil te mundus habet melius,nil ipſa ſenatu*
*Me pacem ſeruare tibi,vel velle abolere*
*Quæ noſter peccauit auus,quem fuſcat id vnum,*
*Quod*

Quod te Roma capit.ſed Dij ſi vota ſecundant,
Excidij veteris crimen purgare valebit
Vltio præſentis:ſi tu dux inclyte ſolum,
Auguſti ſubeas nomen. Quid lumina flectis?
Inuitum plus eſſe decet,non cogimus iſtud
Sed conteſtamur.Romæ ſum te duce amicus,
Principe te miles.regnum non præripis vlli:
Nec quiſquam Latias Auguſtus poſſidet arces.
Qua vacat,aula tua eſt.teſtor,non ſufficit iſtud,
Ne noceam,atque tuo hoc vtinam diademate fiat,
Vt proſim.ſuadere meum eſt,nam Gallia ſi te
Compulerit,quæ iure poteſt,tibi pareat orbis,
Ne pereat.Dixit,pariterque in verba petita
Dat ſanctam cum fratre fidem.Diſcedis Auite
Mœſtus,qui Gallos ſcires non poſſe latere
Quid poſſint ſeruire Getæ te principe.nanque
Ciuibus vt patuit trepidis,te fœdera ferre,
Occurrunt alacres,ignaróque ante tribunal
Sternunt.vtq; ſatis ſibimet numeroſa coiſſe
Nobilitas viſa eſt.quam ſaxa niualia Cottij
Deſpectant,varijs necnon quam partibus ambit
Tyrrheni,Rheniq; liquor,vel longa Pyrene
Quam iuga ab Hiſpano ſecluſam iure coërcent,
Aggreditur nimio curarum pondere triſtem
Gaudens turba virum.procerum tum maximus vnus
Dignus qui patriæ perſonam ſumeret,inſit.
Quam nos per varios dudum fortuna labores
Principe ſub puero,laceris terat aſpera rebus,
Fors longum dux magne queri,cum quippe dolentum
Maxima pars fueris,patriæ dum vulnera lugens
Sollicitudinibus vehementibus exagitaris.
Has nobis inter clades ac funera mundi



Mors vixiſſe fuit.ſed dum per verba parentum
Ignauas colimus leges,ſanctúmque putamus
Rem veterem per damna ſequi, portauimus vmbram
Imperij,generis contenti ferre vetuſti
Et vitia,ac ſolitam veſtiri murice gentem
More magis quàm iure pati.promptiſſima nuper
Fulſit conditio,proprias quas Gallia vires
Exercet,trepidam dum Maximus occupat vrbem.
Imò orbem potuit,ſi te ſibi tota magiſtro
Regna reformaſſet.Quis noſtrum Belgica rura,
Littus Aremorici,Geticas quis mouerit iras,
Non latet.ijs tantis tibi ceſſimus inclyte bellis.
Nunc iam ſumma vocant.dubio ſub tempore regnum
Non regit ignauus.poſtponitur ambitus omnis.
Vltima iam claros quærunt poſt damna Ticini,
Ac Trebiæ.trepidans raptim reſpublica venit
Ad Fabium.Cannas celebres Varrone fugato,
Scipiadumq; etiam turgentem funere Pœnum
Liuius electus fregit.captiuus (vt aiunt)
Orbis,in vrbe iacet.princeps perit,hic caput omne
Nunc habet imperium. Petimus conſcende tribunal,
Erige collapſos,non hoc modo tempora poſcunt,
Vt Romam plus alter amet.ne forte reare.
Te regno non eſſe parem;cum Brennica ſigna
Tarpeium premerent:ſcis,tum reſpublica noſtra
Tota Camillus erat,patriæ qui debitus vltor,
Texit fumantes hoſtili ſtrage fauillas.
Non tibi centurias aurum populare parauit,
Nec modo venales numeroſóq; aſſe redemptæ
Concurrunt ad puncta tribus.ſuffragia mundi
Nullus emit.pauper legeris;quod ſufficit vnum,
Es meritis diues.patriæ cur vota moraris,
Qua iubeas?hac eſt ſententia cunctis.

*Si dominus ſis, liber ero. Fragor atria complet*
*Tirrheni, quo forte loco pia turba ſenatus*
*Detulerat vim, vota, preces. Locus, hora, dieſq;*
*Dicitur imperio felix: ac protinus illic*
*Nobilium excubias gaudens ſolertia mandat.*
*Tertia lux refugis Hyperiona fuderat aſtris.*
*Concurrunt proceres, ac milite circunfuſo*
*Aggere compoſito ſtatuunt, ac torque coronant*
*Caſtrenſi mœſtum, donántque inſignia regni.*
*Iam prius induerat ſolas de principe curas.*
*Haud alio quondam vultu Tirynthius heros*
*Pondera ſuſcepit cœli, ſimul atque nouercæ,*
*Cum Libyca ſe rupe Gigas ſubduceret, & cum*
*Tutior Herculeo ſediſſet machina dorſo.*
*Hunc tibi Roma dedi, patulis dum Gallia campis*
*Intonat, Auguſtum plauſu, fauſtúmque fragorem*
*Portat in exanguem Boreas iam fortior auſtrum*
*Hic tibi reſtituet Libyen per vincula quarta,*
*Et cuius ſolum amiſſas poſt ſecula multa*
*Pannonias, reuocauit iter. iam credere promptum eſt,*
*Quid faciat bellis. ô quas tibi ſæpe iugabit*
*Inflictis gentes aquilis, qui maxima regni*
*Omina priuatus fugit, cum forte vianti*
*Excuteret præpes plebeium motus amictum.*
*Lætior at tanto modo principe priſca deorum*
*Roma parens attolle genas, ac turpe veternum*
*Depone: en princeps faciet iuueneſcere maior,*
*Quàm pueri fecere ſenem. Finem pater ore*
*Vix dederat, plauſere Dij, fremituſq; cucurrit*
*Concilio. felix tempus neuere ſorores*
*Imperijs Auguſte tuis, & conſulis anno*
*Fulua volubilibus duxerunt ſecula penſis.*





# AD MAGNVM FELICEM Conſulem.

Largam Sollius hanc Apollinaris
Felici, Domino pioque fratri
Dicit Sidonius ſuus ſalutem.

*DIc, dic, quod peto Magne, dic amabo*
*Felix nomine, mente, honore, fama,*
*Natis, coniunge, fratribus, parente,*
*Germanis genitoris atque matris,*
*Et ſummo patruelium Camillo,*
*Quid nugas temerarias amici*
*Quas ſparſit teneræ iocus iuuentæ*
*In formam redigi iubes libelli?*
*Ingentem ſimul & repente faſcem*
*Conflari inuidiæ & perire chartam?*
*Mandatis famulor: ſed ante teſtor*
*Lector, quas patieris hic ſalebras*
*Non nos currimus aggerem vetuſtum,*
*Nec quicquam inuenies, vbi priorum*
*Antiquas terat orbitas Thalia.*
*Non hic antipodas, ſalumq; rubrum,*
*Non hic Memnonios canemus Indos*
*Auroræ face ciuica peruſtos,*
*Non Artaxata, Suſa, Bactra, Carrhas,*
*Non coctam Babylona perſonabo,*
*Quæ largum fluuio patens alumno,*
*Incluſum bibit hinc & inde Tigrim.*
*Non hic Aſſyrijs Ninum priorem,*
*Non Medis caput Arbacem profabor,*
*Nec qua diuite, cum refugit hoſtem,*

Arſit Sardanapalus in fauilla.
Non Cyrum Aſtiagis loquar nepotem,
Nutritum vbere quem ferunt canino,
Cuius non valuit rapacitatem
Vel Lydi ſatiare gaza Crœſi:
Cuius nec feritas ſubacta tunc eſt,
Cæſis milibus ante cum ducentis
In vallis Scythicæ coactus arcum,
Orbatæ ad Tomyris veniret vtrem.
Non hic Cecropios leges triumphos,
Vel ſi quo Marathon rubet duello,
Aut cum milia mille concitarent
Inflatum numeroſitate Xerxen,
Atque hunc fluminibus ſatis profundis
Confeſtim ebibitis adhuc ſitiſſe:
Necnon Thermopylas & Hellis vndas,
Spretis obicibus ſoli ſaliq;
Inſanis equitaſſe cum cateruis,
Admiſſóque in Athon tumente ponto
Iuxta frondiferæ cacumen Alpis
Scalptas claſſibus iſſe per cauernas.
Non prolem Garamantici Tonantis,
Regnis principibúſque principantem,
Porrectas Aſiæ loquar paterno
Actum fulmine peruolaſſe terras,
Et primum Darij tumultuantes
Præfectos ſatrapasq; perculiſſe:
Mox Porum ſolio patrum ſuperbum
Cognatóſque ſibi deos crepantem,
Captis coniuge, liberis, parente
In caſus hominis redire iuſſum:
Qui tum maxima bella concitaſſet,





Tota & Perſidis vndique gregatæ
Vno conſtituiſſet arma campo;
Hoc ſolum perhibetur aſſecutus,
Dormire vt melius liberet hoſti.
Non lectos Minyas loquente ſylua
Dicam Phyſiaco ſtetiſſe portu;
Forma parcita cum Ducis Pelaſgi
Molliret rabidos virago tauros,
Nec tum territa, cum ſuus colonus
Poſt anguis domiti ſatos molares,
Armatas tremebundus inter herbas
Florere in ſegetem ſtuperet hoſtem,
Et pugnantibus hinc & hinc ariſtis
Supra belliferas madere glebas,
Culmoſos viridi cruore fratres.
Non hic terrigenam loquar cohortem
Admixto mage viuidam veneno,
Cui præter ſpeciem modo carentem
Angues corporibus voluminoſis
Alte ſquamea crura porrigentes
In veſtigia fauce deſinebant.
Sic formæ triplicis procax iuuentus
Tellurem pede proterens voraci
Currebat, capitum ſtupenda greſſu:
Et cum claſſica numinum ſonabant,
Mox contra tonitrus reſibilante
Audebat ſuperos ciere planta.
Nec Phlegræ legis ampliata rura,
Miſſi dum volitant per aſtra montes,
Pindus, Pelion, Oſſa, Olympus, Othrys,
Cum ſiluis, gregibus, feris, pruinis,
Saxis, fontibus, oppidis, leuati

*Vibrantum ſpatioſiore dextra.*
*Non hic Herculis excolam labores,*
*Cui ſus, cerua, leo, Gigas, Amazon,*
*Hoſpes, taurus, Eryx, aues, Lycas, fur,*
*Neſſus, Libs, iuga, poma, virgo, ſerpens,*
*Oeta, Thraces equi, boues Iberæ,*
*Luctator fluuius, canis triformis,*
*Portatúſque polus polum dederunt.*
*Non hic Elida nobilem quadrigis,*
*Nec notam nimis amnis ex amore*
*Verſu proſequar, vt per ima ponti*
*Alpheus fluat, atque tranſmarina*
*In fluctus cadat vnda coniugales.*
*Non hic Tantaleam domum retexam,*
*Qua mixtum Pelopea per parentem*
*Prolis facta ſoror, nouóque monſtro*
*Infantem genuit pater nepotem.*
*Nil mœſtum hic canitur: nec eſculentam*
*Fletus pangimus ad dapem Thyeſtæ,*
*Fratris crimine qui miſer voratis*
*Viuum pignoribus fuit ſepulchrum:*
*Cum poſt has epulas repente flexis*
*Titan curribus occidens, ad ortum*
*Conuiuam fugeret, diem fugaret.*
*Nec Phryx paſtor erit tibi legendus*
*Decreſcens cui Dindymon reciſo*
*Fertur vertice texuiſſe claſſem:*
*Cum iuſſu Veneris patrocinantis*
*Teras Oebalias & hoſpitales,*
*Raptor depopulatus eſt Amyclas,*
*Prædam trans pelagus petens ſequacem.*
*Sed nec Pergama, nec decenne bellum,*





*Nec ſæuas Agamemnonis phalangas:*
*Nec periuria proſequar Sinonis,*
*Arx quo Palladio dicata ſigno*
*Pellaci reſerata proditore,*
*Portantem pedites equum recepit.*
*Non hic Mæonia ſtylo camœnæ,*
*Ciuis Dulichijque Theſſalique*
*Virtutem ſapientiámque narro:*
*Quorum hic Peliaco putatur antra*
*Venatu, fidibus, palæſtra, & herbis*
*Sub Saturnigena ſene inſtitutus:*
*Dum nunc luſtra terens puer ferarum*
*Paſſim per Pholoën iacet niuoſam,*
*Nunc præſepibus accubans amatis,*
*Dormit mollius in iuba magiſtri:*
*Inde Scyriadum datus parenti*
*Falſæ nomina pertuliſſe Pyrrhæ.*
*Atque inter tetricæ cohors Mineruæ*
*Occultos Veneri rotaſſe thyrſos:*
*Poſtremo ad Phrygiæ ſonum rapinæ*
*Tractus laudibus Hectoris trahendi.*
*Aſt illum cui contigit paternam*
*Quartum poſt Itacam redire luſtrum,*
*Nec Smirnæ ſatis explicat volumen.*
*Nam quis continuare poſſit illos*
*Quos terra & pelago tulit labores?*
*Raptum Palladium, repertum Achillem:*
*Captum præpetibus Dolona plantis.*
*Et Rheſi niueas prius quadrigas,*
*Xanthi quàm biberent fluenta, tractas?*
*Ereptam quoque quam deo patronus*
*Philocteta tibi dedit pharetram?*

*Aiacem Telamonium furentem*
*Quod ſeſe ante rates agente cauſam,*
*Pugnacis tulit eloquens coronam?*
*Vitatum hinc Poliphemon, atque Circen,*
*Et Læſtrygonij famem tyranni?*
*Tum pomaria diuitis Calipſus*
*Sirenas pereuntibus placentes*
*Vitatas, tenebras facémque Naupli.*
*Et Scyllæ rabidum voracis inguen:*
*Vel Taurominitana quos Charybdis*
*Ructatos ſcopulos cauat profundo?*
*Non diuos ſpecialibus fauentes*
*Agris, vrbibus, inſulisq; canto,*
*Saturnum Latio, Iouémque Cretæ,*
*Iunonémque Samo, Rhodóque Solem.*
*Aennæ Perſephonem, Mineruam Hymeto,*
*Vulcanum Lipare, Papho Dionem,*
*Argis Perſea, Lampſaco Priapum,*
*Thebis Eubion, Ilióque Veſtam.*
*Tymbræ Delion, Arcadem Licæo.*
*Martem Thracibus, ac Scythis Dianam,*
*Quos fecere deos dicata templa,*
*Thus, ſal, far, mola vel ſuperfluarum*
*Conſecratio cærimoniarum.*
*Non cum Triptolemo verendam Eleuſin,*
*Qui primas populis dedere ariſtas*
*Paſtis Chaonium per Ilicetum.*
*Non Apin Mareoticum ſonabo*
*Ad Memphitica ſiſtra concitari.*
*Non dicam Lacedæmonis iuuentam*
*Vnctas Tyndaridis dicaſſe luctas,*
*Doctos quos patrijs Palem Therapnis*





*Gymnas Bebrycij tremit theatri.*
*Non ſortes Lyciasq; Cæritúmque,*
*Reſponſa aut Themidis priora Delphis.*
*Nec quæ fulmine Thuſcus expiato,*
*Septum numina quærit ad bidental.*
*Nec quos Euganeum bibens Timauum,*
*Colle Antenoreo, videbat augur*
*Diuos Theſſalicam mouere pugnam.*
*Nec quos Amphiaraus, & Melampus.*
*Ex ipſis rapuit deos fauillis,*
*Per templum male fluctuante flamma,*
*Gaudens lumine perdito Metellus.*
*Non hic Cinyphius canetur Ammon*
*Mitratum caput eleuans arenis,*
*Vix ſe poſt Hecatombeon litatum*
*Suetus promere Syrtium barathro.*
*Non hinc Dindyma, nec crepante buxo*
*Curetas Berecynthiam ſonantes:*
*Non Bacchum Trieteria exerentem*
*Deſcribam, & tremulas furore feſto*
*Ire in Baſſaridas, vel infulatos*
*Aram ad thuricremam rotare myſtas,*
*Non hic Heſiodea pinguis Aſcræ*
*Spectes carmina, Pindariq; chordas.*
*Non hic ſocciferi iocos Menandri.*
*Non læſi Archilochi feros iambos,*
*Vel plus Steſichtori graues camœnas,*
*Aut quod compoſuit puella Lesbi.*
*Non quod Mantua contumax Homero,*
*Adiecit latialibus loquelis,*
*Aequari ſibimet ſubinde liuens*
*Buſto Parthenopen Maroniano.*

Non quod per ſatyras, epiſtolarum
Sermonúmque ſales, nouúmque epodon
Libros carminis, ac poëticam artem,
Phœbi laudibus & vaga Dianæ
Conſcriptis voluit ſonare Flaccus.
Non quod Papinius tuus meúſque
Inter Labdacios ſonat furores.
Aut cum fortè pedum minore rhythmo
Pingit gemmea prata ſiluularum.
Non quod Corduba præpotens alumnis
Facundum ciet, hic putes legendum:
Quorum vnus colit hiſpidum Platona,
Incaſſúmque ſuum monet Neronem.
Orcheſtram quatit alter Euripidis.
Pictum fæcibus Aeſchylon ſecutus,
Aut plauſtris ſolitum ſonare Theſpin,
Qui poſt pulpita trita ſub cothurno
Ducebant olidæ marem capellæ.
Pugnam tertius ille Gallicanam
Dixit Cæſaris, vt gener ſocérque
Cognata impulerint in arma Romam:
Tantum dans lacrymas ſuis Philippis
Vt credat Cremeræ leuem ruinam,
Infra & cenſeat Aliam dolendam,
Ac Brenni in trutina Iouem redemptum,
Poſtponat Trebiam grauéſque Cannas,
Stragem nec Thraſimenicam loquatur:
Fratres Scipiadas putet ſilendos,
Quos Tarteſiacus retentat orbis:
Euphratem taceat male appetitum,
Craſſorum & madidas cruore Carrhas,
Vel quos Sparthace conſulum ſolebas

Victrici



Victrici gladios fugare ſica.
Ipſum ne fleat ille plus duellum,
Quod poſt Cimbrica turbidus tropæa,
Et vinctum Naſomonium Iugurtham,
Dum quærit Mithridaticum triumphum,
Arpinas voluit mouere Syllæ.
Non Getulicus hic tibi legetur,
Non Marſus, Pedo, Silius, Tibullus.
Non quod Sulpiciæ iocos Thalia
Scripſit blandiloquos ſuo Caleno.
Non Perſij rigor, aut lepos Propertij:
Sed nec centimeter Terentianus.
Non Lucilius hic, Lucretiusq; eſt.
Non Turnus, Memor, Ennius, Catullus.
Stella, & Septimius, Petroniusq;,
Aut mordax ſine fine Martialis.
Non qui tempore Cæſaris ſecundi
Aeterno incoluit Tomos reatu.
Nec qui conſimili deinde caſu
Ad vulgi tenuem ſtrepentis auram
Irati fuit hiſtrionis exul.
Non Peluſiaco ſatus Canopo,
Qui ferruginei thoros mariti
Et muſa canit inferos ſuperna.
Nec qui iam patribus fuere noſtris
Primo tempore maximi ſodales,
Quorum vnus Bonifacium ſequutus,
Nec non præcipitem Sebaſtianum,
Natales puer horruit cadurcos,
Plus Pandionias amans Athenas,
Cuius ſi varium legas poëma
Tum Phœbum vel Hyantias puellas

Potatu

*Potato madidas ab Hippocrene:*
*Tunc Amphiona, filiúmque Maiæ,*
*Tunc vatem Rhodopeium ſonare*
*Collato modulamine arbitreris.*
*Nunc tu hinc non legeris; tuúmque fulmen*
*O digniſſime Quintianus alter,*
*Spernens qui Lugurum ſolum & penates*
*Mutato lare Gallias amaſti:*
*Inter claſſica ſigna, pila, turmas,*
*Laudans Aëtium, vacánſque libro,*
*In caſtris hedera ter aureatus.*
*Sed nec tertius ille nunc legetur,*
*Betin qui patrium ſolum relinquens,*
*Vndoſæ petijt ſitim Rauennæ:*
*Ploſores cui fulgidam Quirites,*
*Et charus popularitate princeps*
*Traiano ſtatuam foro locarunt.*
*Sed ne tu mihi comparare tentes*
*Quos multo minor ipſe plus adoro,*
*Paulinum, Ampeliúmque, Symmachúmque,*
*Meſſalam ingenij ſatis profundi:*
*Et nulli modo Martium ſecundum,*
*Dicendi arte noua parem vetuſtis,*
*Petrum & cum loquitur nimis ſtupendum,*
*Vel quem municipalibus poëtis*
*Præponit bene villicum ſenatus.*
*Noſtrum aut quos retinet ſolum diſertos*
*Dulcem Antedion, & mihi magiſtri*
*Muſas ſat venerabiles Eriti:*
*Acrem Lampridium, Catum, Leonem,*
*Præſtantémque tuba Seuerianum,*
*Et ſic ſcribere non minus valentem,*

*Marcus*



*Marcus Quintilianus vt ſolebat.*
*Nos valde ſteriles modos camœnæ*
*Raræ credimus hos, breuíque chartæ,*
*Quæ ſcombros merito piperque portet.*
*Nam quis nam deus hoc dabit relictæ*
*Vt vel ſuſcipiens bonos odores.*
*Nardum ac pinguia nicerotianis*
*Quæ flagrant alabaſtra tincta ſuccis,*
*Indo cinnamon ex rogo petitum,*
*Quo Phœnix iuueneſcit occidendo,*
*Coſtum, malobatrum, roſas, amomum,*
*Mirrham, thus, opobalſamúmque ſeruet?*
*Quapropter facinus meum tuere,*
*Et condiſcipuli tibi obſequentis,*
*Incautum precor aſſeras pudorem.*
*Germanum tamen ante ſed memento*
*Doctrinæ columen probum, aduocare:*
*Iſti qui valet exarationi*
*Diſtrictum bonus applicare theta.*
*Noui ſed bene, non refello culpam,*
*Nec doctis placet impudens poëta,*
*Sed nec turgida contumelioſi*
*Lectoris nimium verebor ora.*
*Si tanquam grauior ſeuerióque*
*Noſtræ Terpſichores iocum refutans,*
*Rugato Cato tetricus labello*
*Narem Rhinoceroticam minetur.*
*Non te terreat hic nimis peritus.*
*Verum ſi cupias probare tanta,*
*Nullus ſcit (mihi crede) quanta neſcit.*

EPITHA

## EPITHALAMII DICTI Ruricio & Hiberiæ.

### PRAEFATIO.

*FLucticolæ cum feſta nurus Pagaſæa per antra*
*Rupe ſub Aemathia Pelion explicuit,*
*Anguſtabat humum ſuperum ſatis ampla ſupellex,*
*Certabant gazis hinc polus, hinc pelagus.*
*Ducebátque choros viridi prope tectus amictu,*
*Cœruleæ pallæ concolor ipſe ſocer.*
*Limpha quoque in thalamos veniens de gurgite nuda,*
*Veſtiti cœpit membra timere viri.*
*Tum diuûm quicunque aderat terrore remoto,*
*Quo quis pollebat luſit in officio.*
*Iupiter emiſit tepidum ſine pondere fulmen,*
*Et dixit, melius nunc Cytherea calet.*
*Pollux tum ceſtu laudatus, Caſtor habenis,*
*Pallas tum criſtis, Delia tum pharetris.*
*Alcides claua, Mauors tum luſit in haſta,*
*Arcas tum virga, Nebride tum Bromius.*
*Huc & Pimpleidas induxerat optimus Orpheus,*
*Chordis, voce, manu, carminibus, calamis.*
*Ambitioſus Hymen totas ibi contulit artes,*
*Qui non ingenio, fors placuit genio.*
*Feſcennina tamen non ſunt admiſſa, priuſquam*
*Intonuit ſolita noſter Apollo lyra.*

EPITHA



## EPITHALAMIVM RVRICIO & Iberiæ dictum.

*INter Cyaneas Ephyræa cacumina cautes*
*Qua ſuper Idalium leuat Orithion in æthram,*
*Exeſi ſale montis apex, vt forte vagantem*
*Dum fugit, & fixit trepidus Symplegada Tiphis,*
*Atque reourrentem ructatum ad rauca Maleam,*
*Exit in Iſthmiacum pelagus claudentibus alis*
*Saxorum de rupe ſinus, quo ſæpe receſſu*
*Sic tanquam toto coëat de lumine cœli*
*Arctatur collecta dies, tremulaſq; per vndas*
*Inſequitur ſecreta vadi, tranſmittitur alto*
*Perfuſus ſplendore latex, miróque relatu*
*Lympha bibit Solem, tenuiq; inſerta fluento*
*Perforat arenti radio lux ſicca liquorem,*
*Profecit ſtudio ſpacium, nam Lemnius illic*
*Ceu templum luſit Veneri, fulménque relinquens,*
*Hic ferrugineus fumauit ſæpe Pyracmon.*
*Hic lapis eſt de quinque locis, dans quinque colores,*
*Aethiopus, Phrygius, Parius, Pœnus, Lacedæmon,*
*Purpureus, viridis, maculoſus, eburnus & albus,*
*Poſtes Chryſolithi fuluus difulgurat ardor,*
*Myrrhina Sardonices, amethyſtus Iberus, iaſpis*
*Indus, Chalcidicus, Scythicus, berillus, acathes,*
*Attollunt duplices argenti cardine valuas,*
*Per quas incluſi lucem vomit vmbra ſmaragdi.*
*Limina craſſus onix cruſtat, proptérque hyacinthi*
*Cœrula concordem faciunt in ſtagna colorem.*
*Exterior non compta ſilex, ſed prominet alte*
*Aſper ab aſſiduo limpharum verbere pumex.*

*Interiore*

Interiore loco ſimulauit Mulciber auro
Extantes late ſcopulos, atque arte magiſtra
Ingenti cultu naturæ inculta fefellit,
Huic operi inſiſtens, quod necdum nouerat illa
Quæ pro Lemniacis damnauit furta cathenis.
Squameus huc Triton duplicis confinia dorſi,
Qua coeunt ſupra ſinuamina tortilis alui
Inter aquas calido portabat corde Dionem.
Sed premit adiecto radiantis pondere conchæ,
Semiferi Galathea latus, quod pollice fixo
Vellit, & occulto ſpondet connubia tactu.
Tum gaudens torquente ioco, ſubridet amator
Vulnere, iámque ſuam parcenti piſtre flagellat.
Ponè ſubit turmis flagrantibus agmen Amorum.
Hic cohibet delphina roſis, viridiq́; iuuenco
Hic vectus, ſpretis pendet per cornua frenis.
Hi ſtantes motu titubant, plantáque madenti
Labuntur, firmántque pedum veſtigia pinnis.
Illa recuruato dimiſerat ora lacerto
Mollia, marcebant violæ, grauiórque ſopore
Cœperat attritu florum deſcendere ceruix.
Solus de numero fratrum qui pulchrior ille eſt,
Deerat amor, dum feſta parat celeberrima Gallis,
Quæ ſocer Omatius maiorum maior auorum,
Patritiaq́; nepos gentis, nata, generóque,
Excolit auſpicijs fauſtis. ſed fulſit vt ille
Forte dies, matrem celeri petit ille volatu.
Cuius fax, arcus, coritus pendebat, at ille
Cernuus, & leuæ pendens in margine palmæ
Libratos per inane pedes aduerberat alis.
Oſcula ſic matris carpens, ſomnóque refuſæ
Semiſopora leui ſcalpebat lumina penna.





Tum prior ijs alacer cœpit, Noua gaudia porto
Felicis prædæ, genitrix. calet ille ſuperbus
Ruricius noſtris facibus, dulciq́; veneno
Tactus, votiuum ſuſpirat corde dolorem.
Eſſet ſi præſens ætas, impenderet illi
Lemnias imperium, Creſſa ſtamen labyrinthi,
Alceſte vitam, Circe herbas, poma Calypſo,
Scylla comas, Atalanta pedes, Medea furores,
Hippodame ceras, Cycno Ioue nata coronam.
Huic Dido in ferrum, ſimul in ſuſpendia Phyllis,
Euadne in flammas, & Seſtias iſſet in vndas.
His hoc illa refert. Gaudemus nate rebellem
Quod vincis, laudasq́; virum: ſed forma puellæ eſt,
Quam ſi ſpectaſſet quondam Sthenobeius heros,
Non pro contemptu domuiſſet monſtra Chimeræ.
Thermodoontiaca vel qui genitrice ſuperbus
Spreuit Gnoſiacæ temeraria vota nouercæ.
Hac viſa occiderat, fateor, ſed crimine vero.
Et ſi iudicio forſan mihi quarta fuiſſet,
Me quoque Rhethea damnaſſet paſtor in Ida.
Vincere vel ſi optas iſtam da malo puellam,
Dixerat, hanc dederam formam, pro munere formæ,
Tantus honor, geniusq́; genis. collata rubori
Pallida blatta latet, depreſſaq́; lumine vultus
Nigreſcunt victo baccharum vulnera collo.
Te quoque multimodis ambiſſet Iberia ludis,
Axe Pelops, curſu Hippomenes, luctáque Athelous,
Aeneas bellis, ſpectatus Gorgone Perſeus.
Nec minor hæc ſpecies, totiens cui Iuppiter eſſet,
Delia, taurus, olor, ſatyrus, draco, fulmen, & aurum.
Quare age, iungantur. nam cenſus, forma, genusq́;
Conueniunt. nil hic diſpar tua fixit harundo.

*Sed quid vota moror? Dixit currumq; popoſcit,*
*Cui dederant cryſtalla iugum, quæ frigore primo*
*Orbis adhuc teneri, glacies vbi Caucaſon auget,*
*Strinxit Hiperboreis Tanaitica cruſta pruinis,*
*Naturam ſumens gemmæ, quia perdidit vndæ.*
*Perforat hanc fuluo formatus temo metallo.*
*Miſerat hoc fluuius, cuius ſub gurgite nymphæ*
*Mygdonium fouere Midam, quam pauper in auro*
*Ditauit verſis Pactolij flumina votis.*
*Splendet perſpicuo radios rota margine cingens*
*Marmaricæ de fauce feræ, dum bellua curuis*
*Dentibus excuſſis, gemit exarmarier ora.*
*Miſit & hic munus, tepidas qui nudus Erythras*
*Concolor Aethiopi, vel crinem pinguis amomo*
*Fluxus odoratis vexat venatibus Indus.*
*Illa tamen paſci ſuetos per Cypron olores,*
*Vittata ſtringit myrto, queis cætera denſis*
*Lactea puniceo ſinuantur colla corallo.*
*Ergo iter aggreſſi pendens rota ſulcat inanem*
*Aëra, & in liquido non ſoluitur orbita tractu.*
*Hic triplex vno comitatur Gratia nexu,*
*Hic redolet patulo fortunæ copia cornu.*
*Hic ſpargit calathis, ſed flores Flora perennes,*
*Hic Cererem Siculam Pharius comitatur Oſiris,*
*Hic grauidos Pomona ſinus pro tempore portat,*
*Hic Pallas madidis venit inter prœla trapetis.*
*Hic diſtincta latus maculoſa nebride Thyas*
*Indica Echionio Bromij rotat orgia thyrſo,*
*Hic & Sigeis ſpecubus qui Dindyma ludit,*
*Iam ſectus recalet Corrybas, cui gutture rauco*
*Ignem per bifores regemunt caua buxa cauernas,*
*Sic ventũ ad thalamos, thus, nardus, balſama, myrrhæ*

*Hic*



*Hic ſunt, hic phœnix buſti dat cinnama viui.*
*Proxima quin etiam feſtorum afflata calore,*
*Iam minus alget hyems, ſpeciémque tenentia vernam*
*Hoc dat vota loco, quod non dant tempora mundo.*
*Tum iuuenis Paphiæ dextram, dextrámque puellæ*
*Complectens, paucis cecinit ſolennia dictis*
*Ne facerent vel verba moram. Feliciter æuum*
*Ducite concordes, ſint nati, ſintq; nepotes.*
*Cernat & in proauo ſibimet quod pronepos optet.*

## AD CATVLINVM QVOD propter hoſtilitatem barbarorum Epithalamium ſcribere non valuerit.

*Quid me, & ſi valeam, parare carmen*
*Feſceninicolæ iubes Diones,*
*Inter crinigeras ſitum cateruas,*
*Et Germanica verba ſuſtinentem,*
*Laudantem tetrico ſubinde vultu,*
*Quod Burgundio cantat eſculentus,*
*Infundens acido comam butyro?*
*Vis dicam tibi, quid poëma frangat?*
*Ex hoc barbaricis abacta plectris*
*Spernit ſenipedem ſtylum Thalia,*
*Ex quo ſeptipedes videt patronos.*
*Felices oculos tuos & aures,*
*Felicémque libet vocare naſum.*
*Cui non allia ſordidæq; cepæ*
*Ructant mane nouo decem apparatus,*
*Quem non vt vetulum patris parentem,*

 *Nutri*

*Nutricisque virum, die nec orto*
*Tot tantiq; petunt ſimul Gigantes,*
*Quot vix Alcinoi culina ferret.*
*Sed iam Muſa tacet tenetq; habenas*
*Paucis hendecaſſyllabis, iocata,*
*Ne quiſquam ſatyram vel hos vocaret.*

## EPIGRAMMA QVO AB imperatore Maioriano trium capitum remedium poſtulauit Sidonius.

*AMphitrionaden perhibet veneranda vetuſtas,*
*Dum releuat terras promeruiſſe polos.*
*Et licet in nuda toruus confregerit vlna,*
*Ille Cleoneæ guttura rauca feræ.*
*Et quanquam ardenti gladio vix ſtrauerit hydram*
*Cum duplices pareret vulnere mors animas:*
*Captiuumq; ferens ſylua ex Erymanthide monſtrum*
*Exarmata feri riſerit ora ſuis.*
*Colláque flammigenæ dirumpens fumida furis,*
*Tandem directas iuſſerit ire boues:*
*Taurus, cerua, Gigas, hoſpes, luctator, Amazon*
*Cres, canis, Heſperides ſint monimenta viri:*
*Nulla tamen fuſo prior eſt Gerione pugna,*
*Vni tergeminum cui tulit ille caput.*
*Hæc quondam Alcides, at tu Tirynthius alter,*
*Sed princeps magni maxima cura dei,*
*Quem draco, ceruus, aper, paribus ſenſere ſagittis,*
*Cum dens, cum virus, cum fuga nil valuit.*
*Leſtrygones nos eſſe puta, monſtrúmque tributum:*
*Hic*



*Hic capita, vt viuam, tu mihi tolle tria.*

*HAs ſupplex famulus preces dicauit,*
*Reſponſum opperiens pium ac ſalubre,*
*Vt reddas patriam, ſimulq; vitam,*
*Lugdunum exonerans ſuis ruinis,*
*Hoc te Sidonius tuus precatur.*
*Sic te Sidonio recocta fuco,*
*Multos purpura veſtiat per annos.*
*Sic luſtros imperij perennis acto,*
*Quinquennalia faſcibus dicentur.*
*Sic ripæ duplicis tumore fracto,*
*Detonſus Vachalim bibat Sicamber.*
*Quod ſi contuleris tuo poëtæ,*
*Mandem perpetuis legenda faſtis,*
*Quæcunque egregijs geris triumphis.*
*Nam nunc Muſa loquax tacet tributo,*
*Quæ pro Virgilio Terentioq;*
*Sextantes legit vnciaſq; fiſci,*
*Marſyæq; timet manum ac rudentem,*
*Qui phœbi ex odio vetuſtiore*
*Nunc ſuſpendia vatibus minatur.*

## SIDONIVS APOLLINARIS POLEMIO SVO SALVTEM.

*CVm poſt profectionem tuam, mi Polemi, frater amantiſſime, mecum granditer reputo, quatinus in votis tuis Philoſophi Feſcennina cantarem; obrepſit materia, quæ decurſa facile dignoſci valet, magis me doctrinæ, quàm cauſæ tuæ habuiſſe rationem. Omiſſa itaque epithalamij teneritudine per aſperrimas philo-*

ſophiæ & ſalebroſiſſimas regulas ſtylum traxi. Quare
iam talis ordo eſt, vt ſine plurimis nouisq́; verbis, quæ,
præfata pace plurimorum eloquentium, ſpecialiter tibi
& complatonicis tuis nota ſunt; nugæ ipſæ non value- B
runt expediri. Videris vtrum aures quorundam per im-
peritiam temere mentionem centri, proportionis, diaſte-
matum, climatum, vel mœrarum epithalamio conduci-
bilem non putent. Illud certe conſulari viro verè Ma-
gno, quæſtorio viro Dõnulo, ſpectabili viro Leone duci-
bus audacter affirmo, muſicam & aſtrologiam, quæ ſint
infra arithmeticam conſequentia membra philoſophiæ,
nullatenus poſſe ſine his nominibus indicari; Quæ ſi
quiſpiam vt Græca (ſicut ſunt) & peregrina verba con-
tempſerit, nouerit ſibi aut ſuper eiuſcemodi artis men-
tione ſuperſedendum, aut nihil omnino ſe, aut certe non
ad aſſem, latiali lingua hinc poſſe diſſerere. Quod ſi ali-
quis ſecus atque aſſero, rem ſe habere cenſuerit, do qui-
dem abſens obtrectatoribus manus: ſed nouerint ſen-
tentiam meam, diſcrepantia ſentientes, ſine Marco
Varrone, ſine Sereno non Septimio, ſed Sammonico,
ſine Cenſorino qui de die natali volumen illuſtre con-
fecit, non poſſe damnari. Lecturus es hic etiam nouum C
verbum, id eſt, eſſentiam: ſed ſcias hoc ipſum dixiſſe
Ciceronem. Nam eſſentiam necnon & indoloriam no-
minauit, addens: Licet enim nouis rebus noua nomina
imponere, & recte dixit. Nam ſicut ab eo quod eſt,
verbi gratia, ſapere & intelligere, ſapientiam & in-
telligentiam nominamus regulariter, & ab eo quod eſt
eſſe eſſentiam non taceamus. Igitur quoniam tui amo-
ris ſtudio inductus homo Gallus, ſcholæ ſophiſticæ intro-
miſi materiam vel te potiſſimũ facti mei deprecatorem
requiro. Illi Venus vel Amorum commentitia pigmen-
ta tribuantur, cui defuerit ſic poſſe laudari. Vale.





## CALLIOPEN INVOCAT AD canendum Epithalamium.

PRoſper connubio dies coruſcat,
Quem Clotho niueis benigna penſis,
Albus quem picei lapillus Indi,
Quem pacis ſimul arbor, & iuuentæ
Æternúmque virens oliua ſignet.
Eia Calliope nitente palma
Da ſacri laticis loquacitatem,
Quem fodit pede Pegaſus volanti,
Cognato madidus iubam veneno.
Non hic impietas, nec hanc puellam
Donat mortibus ambitus procorum.
Non hic Oenomai cruenta curru
Audit pacta Pelops, nec inſequentem
Pallens Hippomenes ad ima metæ
Tardat Schœnida ter cadente pomo.
Non hic Herculeas videt palæſtras
Ætola Calydon ſtupens ab arce,
Cum cornu fluuij ſuperbientis
Alcides premeret ſubinde feſſum,
Vndoſo refouens ab hoſte pectus:
Sed doctus iuuenis decénſque virgo,
Ortu culmina Galliæ tenentes
Iunguntur: cito diua necte chordas,
Nec quod detonuit camœna maior
Noſtram pauperiem ſilere cogas.
At tædas Thetidis probante Phœbo
Et Chiron cecinit minore plectro.
Nec riſit pia turba ruſticantem,
Quamuis ſæpe ſenex biformis, illic
Carmen rumperet hinniente cantu.

# EPITHALAMIVM POLEMIO & Araneolæ dictum.

*Forte procelloſi remeans ex arce Caphareï,*
*Phœbados Iliacæ raptum ſatis vlta pudorem*
*Pallas, Erichtheo Xanthum mutabat Hymetto,*
*Aurato micat ære caput, maiúſque ſerenum*
*De terrore capit. poſito nam fulmine necdum*
*Cinyphio Tritone truces hilarauerat artus.*
*Gorgo tenet pectus medium, factura videnti*
*Et truncata moras. nitet inſidioſa ſuperbum*
*Effigies, viuitq́, anima pereunte, venuſtas.*
*Alta ceraſtarum ſpiris caput aſperat atrum*
*Congeries, torquet maculoſa volumina mordax*
*Crinis, & irati dant ſibila tetra capilli.*
*Squammeus ad mediam thorax non peruenit aluum*
*Poſt calibem pendente peplo. tegit extima limbi*
*Circite palla pedes, qui cum ſub veſte mouentur,*
*Criſpato rigidæ crepitant in ſyrmate rugæ.*
*Leuam parma tegit Phlegræi plena tumultus.*
*Hic rotat excuſſum vibrans in ſidera Pindum*
*Enceladus, rapido fit miſſilis Oſſa Typheo.*
*Porphyrion Pangæa rapit, Rhodopénque Adamaſtor*
*Strymonio cum fonte leuat, veniénſque ſuperne,*
*Intorto calidum reſtinguit flumine fulmen.*
*Hic Pallas Pallanta petit, cui Gorgone viſa*
*Inuenit ſolidum iam lancea tarda cadauer.*
*Hic Lemnon pro fratre Mimas cõtra Aegida torquet,*
*Impulſumq́ quatit iaculabilis inſula cœlum.*
*Plurimus hic Briareus populoſo corpore pugnat,*
*Cognatam portans aciem, cui vertice ab vno*

*Cernas*



*Cernas ramoſis palmas fruticare lacertis.*
*Nec ſpecies ſolas monſtris dedit arte furorem*
*Mulciber, atque ipſas timuit quas finxerat iras.*
*Haſtam dextra tenet, nuper quam valle Aracinthi*
*Ipſa ſibi poſita Pallas protraxit oliua.*
*Hoc ſteterat genio, ſuper vt veſtigia diuæ*
*Lambentes teneat Maratonia baccha trapetas.*
*Hic duo templa micant, quorum ſupereminet vnus*
*Vt meritis, ſic ſede locus, qui continet alta*
*Scrutantes ratione viros, Quid machina cœli,*
*Quid tellus, quid foſſa maris, quid turbidus aër,*
*Quid noctis luciſq́ vices, quid menſtrua lunæ*
*Incrementa parent, totidem cur damna ſequantur,*
*Ilicet hic ſummi reſident ſeptem ſapientes.*
*Innumerabilium primordia phiſophorum,*
*Thales Mileto genitus vadimonia damnat.*
*Lyndie tu Cleobule iubes modus optimus vt ſit.*
*Tu meditans totum decoras Periandre Corinthon.*
*Atticus inde Solon, nequid nimis, approbat vnum.*
*Prienæa Bia plureis ais eſſe malignos.*
*Tu Mitilene ſatus cognoſcis Pittace tempus.*
*Noſcere ſeipſum Chilon Spartane docebas.*
*Aſſerit hic Samius poſt docta ſilentia luſtri*
*Pythagoras, ſolidum princeps quod muſica mundum*
*Temperet, & certis concentum reddat ab aſtris:*
*Signáque, Zodiacus quæ circulus axe ſupremo*
*Terna quater retinet, proprio non currere motu,*
*Aequis inter ſe ſpacijs tamen eſſe locata.*
*Fixáque ſignifero pariter quoque cernua ferri.*
*Præcipuúmque etiam ſeptem vaga ſidera cantum*
*Hinc dare, perfectus numerus quod vterque habeatur,*
*Hoc numero affirmans, hoc ordine cuncta rotari.*

X 5 Falci

*Falciferi Cronon ire ſenis per ſumma polorum,*
*Martis contiguum, medio Ioue, pergere ſidus,*
*Poſt hos, iam quarto ſe flectere tramite Solem,*
*Sic placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum,*
*Arcadium ſexto, Lunam ſic orbe ſupremo*
*Terdenas tropico prope currere climate mœras,*
*Si quos ergo chelys, ſi quos lyra, tibia ſi quos*
*Aediderint cum voce modos, exemplar ad iſtud*
*Ponderibus poſitis, quantum proportio ſuadet;*
*Interualla ſequi ſeptem ſideris edit,*
*Harmoniam dicens etiam, quod quatuor iſtis*
*Sic ſedeant elementa modis, vt pondere magnis*
*Sit locus inferior media tellure. quod autem*
*Perfectè medium eſt, imum patet eſſe rotundi:*
*Hinc fieri, vt terram leuior ſuperemineat vnda:*
*Altior his quoque ſit, qui purior eminet aër:*
*Omnia concludat cœlum leuitate ſuprema,*
*Pendeat & totum ſimul hoc ab origine centri:*
*Thales hoc etiam numeris inquirit, & aſtris*
*Defectum vt Phœbi necnon lunæq; laborem*
*Nuntiet anterius, ſed rebus inutile ponit*
*Principium, dum credit aquis ſubſiſtere mundum.*
*Huius diſcipuli verſa eſt ſententia dicens,*
*Principiis propriis ſemper res quáſque creari,*
*Singula qui quoſdam fontes decreuit habere*
*Aeternum irriguos, ac rerum ſemine plenos.*
*Hunc etiam ſequitur, qui gignere cuncta putabat*
*Hunc aërem, pariterque deos ſic autumat ortos:*
*Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata ſeruat:*
*Sed diuinum animum ſentit, qui fecerit orbem.*
*Iunior huic iunctus reſidet collega, ſed idem*
*Materiam cunctis creaturis aëra credens*

*Indicat*



*Indicat inde deum, faceret quo cuncta, tuliſſe.*
*Poſt hos Arceſilas diuina mente paratam*
*Conijcit hanc molem, confectam partibus illis,*
*Quas atomos vocat ipſe leues. Socratica poſt hunc*
*Secta micat, quam de naturæ pondere migrans*
*Ad mores hominum limandos tranſtulit vſum,*
*Hanc ſectam perhibent ſummum excoluiſſe Platona,*
*Sed triplici formaſſe modo, dum primus & vnus*
*Phyſica vel logico, logicum vel iungit ad ethos.*
*Inuenit hic princeps quid prima eſſentia diſtet*
*A ſummo ſextóque bono, cum denique ſaxa*
*Sint tantum, penitúſque niſi nihil eſſe probentur;*
*Proxima ſuccedant, quibus eſſe & viuere promptũ eſt,*
*Addere quis poſſis nil amplius arbore & herba:*
*Tertia ſit pecorum, quorum eſſe & viuere motu*
*Non caret & ſenſu: mortales quarta deinde*
*Reſpiciat factura ſuos, quibus eſſe, moueri,*
*Viuere cum ſenſu datur, & ſupereminet illud,*
*Quod ſapiunt, veróque valent diſcernere falſum.*
*Quinta creaturas ſuperas ſubſtantia prodat,*
*Quas quidam dixere deos, quia corpora ſumant*
*Contemplanda homini, paulo poſt ipſa relinquant,*
*Inq; ſuam redeant, ſi qua eſt tenuiſſima, formam:*
*Sic fieri vt pateat ſubſtantia ſumma creator;*
*Sexta tamen, ſupráque nihil, ſed cuncta ſub ipſo*
*Hoc in gymnaſio Polemi ſapientia vitam*
*Excolit, adiunctúmque ſuo fouet ipſa Platoni,*
*Obuiet & quanquam totis academia ſectis*
*Atque neget verum, veris hunc laudibus ornat*
*Stoica poſt iſtos, ſed concordantibus ipſis*
*Chryſippus Zenónque docent præcepta tenere.*
*Excluſi prope iam Cynici, ſed limine reſtant.*

*Aſt*

Aſt Epicureos eliminat vndique virtus.
At parte ex alia textrino prima Mineruæ
Palla Iouis rutilat, cuius bis coctus aheno
Serica Sidonius fucabat ſtamina murex.
Ebria non ſolum ſpirat conchylia ſandix,
Inſertum nam fulgur habet, filóque rigenti
Ardebat grauidum de fragmine fulminis oſtrum.
Hic viridis patrio Glaucus pendebat amictu:
Vndabant hic arte ſinus, fictóque tumore
Merſabat pandas tempeſtas tecta carinas.
Amphitrioniadi ſurgebat tertia veſtis:
Paruulus hic gemino cinctus ſerpente nouercæ,
Inſcius arridet monſtris; ludúmque putando
Inſidias dum neſcit amat, vultúque dolentis
Extingui deflet, quos ipſe interficit angues.
Præterea ſparſis ſunt hæc ſubiecta figuris,
Sus, leo, cerua, Gigas, taurus, iuga, Cerberus, hydra,
Hoſpes, Neſſus, Erix, volucres, Trax, Cacus, Amazon,
Cres, fluuius, Libs, poma, Lycus, virgo, polus, Oete,
Hoc opus, & ſi quid ſupereſt, quod nomine veſtri
Virgineæ poſuere manus. ſed in agmine toto
Inter Cecropias Ephyreiadáſque puellas
Araneola micat. proprias conferre laborat
Ipſa Minerua manus, calatiſq; euicta recedens,
Cum tenet hæc telas, vult hæc plus tela tenere.
Hic igitur proaui trabeas imitata rigentes,
Palmatam parat ipſa, pater quia conſul, & idem
Agricolam contingat auum, doceátque nepotes,
Non abaui ſolum ſed aui quoque iungere faſces.
Texuerat tamen & chlamydes, quibus ille magiſter
Per Tarteſiacas conſpectus ſplenduit vrbes,
Et quibus ingeſtæ ſub tempore præfecturæ

Conſpi



Conſpicuus, ſanctas ſe reddit præſule leges.
Attamen in trabea ſegmento luſerat alto,
Quod priſcis illuſtre thoris. Ithaceſia primum
Fabula, Duliciiq; lares formantur: & ipſam
Penelopen tardas texit diſtexere telas.
Tænaron hic fruſtra, bis rapta coniuge, pulſat
Thrax fidibus, legem poſtquam temerauit Auerni,
Et prodeſſe putans, iterum non reſpicit vmbram.
Hic nocet Alceſte prælato coniuge, vitam
Rumpere, quam cernas Parcarum vellere in ipſo
Nondum pernetam, fato præſtante ſalutem,
Hic nox natarum Danai lucebat in auro,
Quinquaginta enſes genitor quibus impius aptat,
Et dat concordem diſcordia iuſſa furorem.
Solus Hypermeſtræ ſeruatus munere Lynceus
Effugit. aſpicias illam ſibi parua pauentem,
Et pro dimiſſo tantum pallere marito.
Iamq; Iouem in formas mutat, quibus ille tenere
Mnemoſinen, Europam, Semelen, Ledam, Cynoſuram,
Serpens, bos, fulmen, cygnus, Dictymna ſolebat.
Iamq; opus in turrem Danaæ, pluuiámque metalli
Ibat, & hic alio ſtillabat Iuppiter auro:
Cum virgo aſpiciens vidit Tritonia verſo
Lumine, doctiſonas ſpectare libentius artes.
Commutat commota manus, ac pollice docto
Pingere philoſophi victricem Laida cœpit,
Quæ Cynici per menta feri rugoſáque colla
Rupit odoratam redolenti forpice barbam.
Subriſit Pallas caſtóque hæc addidit ore.
Non noſtra vlterius ridebis dogmata virgo
Philoſopho nuptura meo, mage flammea ſumens,
Hoc mater ſine texat opus. conſurge ſophorum

Egregium

Egregium Polemi decus ac nunc ſtoica tandem
Pone ſupercilia, & Cynicos imitatus amantes
Incipias iterum paruum mihi ferre Platona.
Hærentem tali compellat voce magiſtri,
Perge libens, neu tu damnes fortaſſe iugari
Quod noſter iubet eſſe ſenex, qui non piger hauſit
Numina condemnans Anyto pallente venenum.
Dixerat. ille ſimul ſurgit, vultúque modeſto
Tetrica nodoſæ commendat pallia clauæ.
Amborum tum diua comas viridantis oliuæ
Pace ligat, nectit dextras, ac fœdera mandat,
Nymphidius quæ cernat auus. probat Atropos omen,
Fuluáque concordes iunxerunt fila ſorores.

## EVCHARISTICON AD FAVſtum Reienſem Epiſcopum.

PHœbum & ter ternas decima cũ Pallade Muſas,
Orpheáque, & laticem ſimulatum fontis equini,
Ogygiámque chelym, quæ ſaxa ſequacia flectens
Cantibus, auritos erexit carmine muros
Sperne, fidis magis ille veni nunc ſpiritus oro
Pontificem dicture tuum, qui pectora priſcæ
Intraſti Mariæ, rapiens cum tympana ſiccus
Iſraël, appenſi per concaua gurgitis iret.
Aggeribus vallatus aquæ, mediaſq; per vndas
Puluerulenta tuum clamaret turba triumphum.
Quiq; manum Iudit ferientem colla Holofernis
Iuuiſti, exciſo iacuit cum gutture truncus,
Et fragilis valido latuit bene ſexus in ictu.
Expreſſo vel qui complens de vellere pellem,

Inficiens



Inficienſq; dehinc non tacto vellere terram
Firmaſti Gedeona, tubis inſerte canoris
Spiritus, & ſolo venit victoria cantu.
Quiq; etiam adſumptum pecoroſi de grege Ieſſe
Afflaſti regem, plauſtro cum fœderis arcam
Imponens hoſtis, nullo moderante bubulco,
Proderet obſcœnum turgenti podice morbum.
Quiq; trium quondam puerorum in fauce ſonaſti,
Quos in Chaldæi poſitos fornace tyranni,
Roſcida combuſto madefecit flamma camino,
Quiq; volubilibus ſpaciantem tractibus alui
Compleſti Ionam, reſonant dum viſcera monſtri
Introrſum pſallente cibo, vel pondera ventris
Ieiuni, pleniq; tamen vate intemerato
Ructat cruda fames, quem ſingultantibus extis
Eſuriens vomuit ſuſpenſo belua morſu.
Quiq; duplex quondam veniſti in pectus Eliſei,
Thesbiten cum forte ſenem iam flammeus axis
Tolleret, & ſciſſam linquens pro munere pallam
Hiſpidus ardentes auriga intraret habenas.
Quiq; etiam Eliam terris miſſure ſecundum,
Zachariæ iuſti linguam placate ligaſti,
Dum faceret ſerum rugoſa puerpera patrem
Edita ſignificans iuſſo reticere propheta,
Gratia cum fulſit, noſſet ſe vt lex tacituram.
Quiq; etiam naſcens ex virgine ſemine nullo,
Ante vllum tempus deus, atque in tempore Chriſtus,
Ad corpus quantum ſpectat vt te ipſe creaſti.
Qui viſum cæcis, greſſum quoque reddere claudis,
Auditum ſurdis, mutis laxare loquelam
Suetus, ad hoc etiam veniſti vt mortua membra
Lecto, ſandapila, tumulo conſurgere poſſint.

Quiq;

Quiq; etiam pœnas ſuſcepta in carne tuliſti,
Suſtentans alapas,ludibria,verbera,vepres,
Sortem,vincla,crucem,clauos,fel,miſſile,acetum,
Poſtremo mortem,ſed ſurrecturus,adiſti,
Eripiens,quicquid veteris migrauerat hoſtis
In ius per noſtrum facinus,cum fœmina prima
Præceptum ſoluens culpa nos perpete vinxit:
Qui cum te interitu petijt,nec reperit in te
Quod poſſet proprium conuincere,perdidit omne
Quod lapſu dedit Eua ſuo chirographon illud
Quo peruaſus homo eſt,hæc compenſatio rupit.
Expers peccati,pro peccatoribus amplum
Fis precium , veterémque nouus vice fœnoris Adam
Dum moreris de morte rapis,ſic mortua mors eſt,
Sic ſeſe inſidijs,quas fecerat ipſa fefellit.
Nam dum indiſcrete petit inſontéſque reóſque,
Egit vt abſolui poſſent,& crimine nexi.
Quiq; etiam iuſtos ad tempus ſurgere tecum
Iuſſiſti cineres,cum tectis tempore longo
Irrupit feſtina ſalus,infuſáque raptim
Excuſſit tumulis ſolidatas vita fauillas:
Da Fauſtum laudare tuum,da ſoluere grates
Quas & poſt debere iuuat.Te magne ſacerdos,
Barbitus hic noſter,plectro licet impare,cantat.
Hæc igitur prima eſt vel cauſa,vel actio laudum,
Quod mihi Germani dum lubrica voluitur ætas,
Seruatus tecum domini per dona probatur
Nec fama titubante pudor,te reſpicit iſtud.
Quantumcunque bonum,merces debebitur illi.
Ille tibi ſit laus (ſi labi noluit) eius:
Nam quod nec potuit,totum ad te iure redundat.
Præterea quod me pridem Reios veniente

Cum



Cum Procyon fureret,cum ſolis torridus ignis
Flexilibus rimis ſitientes ſcinderet agros,
Hoſpite te noſtros excepit protinus æſtus
Pax,domus,vmbra,latex,benedictio,menſa,cubile.
Omnibus attamen iis ſat præſtat,quod voluiſti
Vt ſanctæ matris ſanctum quoque limen adirem.
Dirigui,fateor,mihi conſcius,atque repente
Tinxit adorantem pauidum reuerentia vultum:
Nec ſecus intremui,quàm ſi me forte Rebeccæ
Iſraël,aut Samuel crinitus duceret Annæ.
Quapropter vel te votis ſine fine colentes,
Affectum magnum per carmina parua fatemur.
Seu te flammatæ Syrtes,& inhoſpita Teſqua,
Seu cœno viridante palus,ſeu nigra receſſu
Incultum mage ſaxa tenent,vbi ſole remoto
Concaua longæuas aſſeruant antra tenebras.
Seu te præruptis porrecta in rupibus alpis,
Succinctos gelido libantem ceſpite ſomnos
Anachorita tremit,qui quanquam frigora portet,
Conceptum Chriſti nunquam domat ille calorem,
Qua nunc Elias,nunc te iubet ire Ioannes,
Nunc duo Macharij,nunc & Pampicius heros,
Nunc Cor,nũc Ammon,nunc Sarmata,nunc Hilariõ,
Nunc vocat in tunica nudus te Antonius illa
Quam fecit palmæ foliis manus alma magiſtri.
Seu te Lirinus priſcum complexa parentem eſt,
Qua tu iam fractus permagna ſæpe quiete
Diſcipulis ſeruire venis,vixq; ocia ſomni,
Vix coctos capture cibos,abſtemius æuum
Ducis,& inſertis pingis ieiunia pſalmis
Fratribus inſinuans,quantos illa inſula plana
Miſerit in cœlum montes,quæ ſancta Capraſij

T Vita

*Vita ſenis, iuuenisq; Lupi: quæ gratia patrem*
*Manſit Honoratum: fuerit quis Maximus ille*
*Vrbem tu cuius monachusq; antiſtes & abbas,*
*Bis ſucceſſor agis, celebrans quoque laudibus illis*
*Eucherij venientis iter redeuntis Hilarij.*
*Seu te commiſſus populus tenet, & minor audet*
*Te medio tumidos maiorum temnere mores,*
*Seu tu ſolicitus curas, qua languidus eſca,*
*Quáve peregrinus viuat, quid paſcat & illum*
*Lubrica crura cui tenuat ſub compede carcer.*
*Seu mage funeribus mentem diſtractus humandis*
*Liuida defuncti ſi pauperis oſſa vireſcant,*
*Infaſtiditum fers ipſe ad buſta cadauer.*
*Seu te conſpicuis gradibus venerabilis aræ*
*Concionaturum plebs ſedula circunſiſtit,*
*Expoſitæ legis bibat auribus vt medicinam.*
*Quicquid agis, quocunque loci es, ſemper mihi Fauſtus,*
*Semper Honoratus, ſemper quoque Maximus eſto.*

---

## EPIGRAMMA QVO INVITAT
### Ommatium ad natalem diem ſuorum.

*QVatuor ante dies quàm lux Sextilis aduſti*
*Primo ſpiciferum proferat orbe caput:*
*Natalis noſtri decimus ſextusq; coletur,*
*Aduentu felix qui petit eſſe tuo.*
*Non tibi gemmatis ponentur prandia menſis,*
*Aſſyrius murex nec tibi ſigna dabit.*
*Nec per multiplices abaco ſplendente cauernas,*
*Argenti nigri pondera defodiam.*
*Nec ſcyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo*
*Cruſtatum ſtringit tortilis anſa latus.*
*Fercula ſunt nobis mediocria, non ita facta*
*Menſuræ vt grandis ſuppleat ars precium.*
*Non panes Libyca ſolito flaueſcere Syrte*
*Accipiet Galli ruſtica menſa tui.*
*Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna,*
*Quæq; Serapteno palmite miſſa bibas.*
*Pocula non hic ſunt illuſtria nomine pagi,*
*Quod poſuit noſtris ipſe triumuir agris.*
*Tu tamen vt venias, petimus. dabit omnia Chriſtus,*
*Hic mihi qui patriam fecit amore tuo.*



### De Balneis villæ ſuæ ſupra lacum poſitæ.

*SI quiſquam Abitacum dignaris viſere noſtram,*
*Non tibi diſpliceat, ſi quod habes placeat.*
*Aemula Baiano tolluntur culmina cono,*
*Parq; cothurnato vertice fulget apex.*
*Garrula Gauranis plus murmurat vnda fluentis,*
*Contigui collis lapſa ſupercilio.*
*Lucrinum diues ſtagnum Campania nollet,*
*Aequora ſi noſtri cerneret illa lacus,*
*Illud puniceis ornatur littus echinis,*
*Piſcibus in noſtris hoſpes vtrumque vides.*
*Si libet & placido partiris gaudia corde,*
*Quiſquis ades, Baias tu facis hic animo.*

### Tetraſtichon ſuper piſcinam.

*INtrate algentes poſt balnea torrida fluctus,*
*Vt ſolidet calidam frigore lympha cutem,*

*Et licet hoc ſolo mergatis membra liquore,*
*Per ſtagnum noſtrum lumina veſtra natant.*

## Ad Sororium ſuum Hecdicium.

*Natalis noſter nonas inſtare decembres*
*Admonet, occurras non rogo ſed iubeo,*
*Sit tecum coniunx, duo nunc properate, ſed illuc*
*Poſt annum optamus tertius vt venias.*

## De Piſcibus nocte captis.

*Quatuor hic primum piſces nox inſuit hamis,*
*Inde duos tenui, tu quoque ſume duos.*
*Quos miſi ſunt maiores, rectiſſimus ordo eſt,*
*Namque animæ noſtræ portio maior eras.*

## SOLLIVS SIDONIVS APOLLINARIS PONTIO LEONTIO S.

*Dum apud Narbonem quodam Martium dictũ,* A *ſed nuper factum, moras necto, ſubijt animũ quoſpiam ſecundum amorem tuum hexametros concinnare, quibus lectis oppido ſcires, & ſi vtrique noſtrum diſparatis æquo pluſculum locis lar familiaris incolitur, non idcirco tam nobis animum diſſidere quàm patriã. Habes ergo hic Dionyſium inter triumphi Indici oblectamenta marcentem: Habes & Phœbum quem tibi iure poëtico inquilinum factum conſtat ex numine, illum ſcilicet Phœbum Antedij mei perfamiliarem, cuius collegio vir præfectus, non modo muſicos quoſque, verum etiam Geometras, arithmeticos, & aſtrologos* B



*differendi arte ſuperuenit: Si quidem nullum hoc exactius compertum habere cenſuerim, quid ſidera zodiaci obliqua, quid planetarum vaga, quid ex otio ſparſa præualeant. Nam ita (vt ſic dixerim) ijs membris philoſophia claret, vt videatur mihi Iulium Firmicum, Sammonicum, Saturninum, in libris matheſeos peritiſſimos conditores abſque interprete ingenio tantum ſuffragante didiciſſe. Nos veſtigia doctrinæ ipſius adorantes coram canoro cycno raucum anſerem profitemur. Quid te amplius moror? Burgum tuam, quo iure amicum decuit, meam feci, probe ſciens, vel materiam tibi eſſe placituram, etiam ſi ex ſolido poema diſpliceat.*

---

## BVRGVS PONTII LEONTII.

*Biſtonij regis ſtabulum, Buſiridis aras,*
*Antihiphatæ menſas, & Taurica regna Thoantis,*
*Atque Ithaci ingenio fraudatum luce Cyclopem*
*Potantem fontes campo, per concaua montis*
*Per prope tranſfoſſi tenebroſum luminis antrum*
*Hoſpes adi, ſiquis Burgum taciturus adiſti.*
*Et licet in carmen non paſſim laxet habenas*
*Phœbus, & hic totus non pandat carbaſa fandi,*
*Quiſque tamen tantos non laudans ore penates*
*Inſpicis, inſpiceris: reſonat ſine voce voluntas.*
*Nam tua te tacitum liuere ſilentia clamant.*
*Ergo age, Pierias Erato mihi percute chordas,*
*Reſponſent Satyri, digitumq; pedemq; mouentes*
*Ludant, & tremulo non rumpant cantica ſaltu.*
*Quicquid forte Dryas, vel quicquid Hamadrias vnquã*

*Connexis ſibimet feſtum plauſere Napæis,*
*Dependat modo Burge tibi, vel Naidas iſtic*
*Nereidum chorus alme doce, cum forte Garumna*
*Huc redeunte venis pontúmque in flumine ſulcas.*
*Pande igitur cauſas Erato, laribúſque ſit ede*
*Quis genius. tantum non eſt ſine præſule culmen.*
*Forte ſagittiferas Euan populatus Erythras,*
*Vite capiſtratas cogebat ad eſſeda tigres:*
*Intrabat duplicem qua temo racemifer arcum*
*Marcidus ipſe ſedet curru, madet ardua ceruix*
*Sudati de rore meri. caput aurea rumpunt*
*Cornua, & indigenam iaculantur fulminis ignem.*
*Sumpſerat hoc primum naſcens, cum tranſiit olim*
*In patrium de matre femur. fert tempus vtrunque*
*Veris opes, rutilóſque ligat vindemia flores.*
*Cantharus & thyrſus dextra leuáque feruntur:*
*Nec tegit exertos, ſed tangit palla lacertos.*
*Dulce natant oculi, quos ſi fors vertat in hoſtem,*
*Attonitos, ſolum dum cernit, inebriat Indos,*
*Tum ſalebris ſaliens quotiens ſe contulit axis,*
*Paſſim deciduo perfunditur orbita muſto.*
*Baſſaridas Satyros, Panas, Faunóſque docebat*
*Ludere Silenus iam numine plenus alumni,*
*Sed comptus tamen ille caput: nam vertice nudo*
*Amiſſos ſertis ſtudet excuſare capillos.*
*Corniger inde noui Ganges it pompa triumphi.*
*Cernuus impexam faciem ſtetit ore madenti,*
*Arentes vitreis adiuuit fletibus vndas,*
*Coniectas in vincla manus, poſt terga reuinxit*
*Pampinus, hic ſenſim captiuo humore refuſus*
*Sponte refrondeſcit per brachia roſcida palmes.*
*Necnon & rapti coniunx ibi vincta mariti*

It,



*It, croceas diuulſa genas, vetitáque recondi.*
*Lampade cum ſolis radiis aurora rubebat.*
*Affuit hic etiam poſt perdita cinnama phœnix,*
*Formidans mortem ſibi non ſupereſſe ſecundam.*
*Succedit captiua cohors; quæ fercula gazis*
*Fert onerata ſuis. ebur hic, hebenúſque, vel aurum,*
*Et niueæ piceo raptæ de pectore baccæ*
*Geſtantur. quicunque nihil ſuſtentat odoris*
*Mittitur innexus. Videas hic ipſa placere*
*Supplicia, & virides violis halare cathenas.*
*Vltima nigrantes incedunt præda elephanti:*
*Informis cui forma gregi. riget hiſpida dorſo*
*Vix ferrum paſſura cutis. quippe improba cratem*
*Natiuam nec tela forant, contracta viciſſim*
*Tenſaq; terga feris crepitant, vſuq; cauendi*
*Pellunt excuſſis impactum miſſile rugis.*
*Iámque iter ad Thebas per magnum victor agebat*
*Aëra, & ad ſummas erexerat orgia nubes:*
*Cum videt Aonia venientem Delion arce,*
*Grypas & ipſe tenet, vultus iis laurea curuos*
*Fronde lupata ligant, hederis quoque circumplexis*
*Pendula lora virent. ſenſim fera ſubuolat ales*
*Aërias terræq; vias, ne forte citato*
*Alarum ſtrepitu lignoſas frangat habenas.*
*Aeternum nitet ipſe genas. creuere corymbis*
*Tempora, & auratum verrit coma concolor axem,*
*Læua parte tenet vaſta dulcedine raucam*
*Celato Pythone lyram, pars dextra ſagittas*
*Continet, atque alio reſonantes murmure neruos.*
*Ibant Pimpliades pariter, mediúmque noueno*
*Circunſiſtentes vmbrabant ſyrmate currum.*
*Pendet per teretes tripodas Epidaurius anguis*

 Diffu

Diffuſus ſanctum per colla ſalubria virus.
Hippocreniſatas iungebat Pegaſus alas,
Portans doctiloquo facundum crure Creontem.
Vt ſeſe iunxere chori, conſurgit vterque
Fratris in amplexus: ſed paulo ſegnior Euan,
Dum pudet inſtabiles ſi ſurgat prodere plantas.
Tum Phœbus, Quo pergis? ait, num forte nocentes
Bacche petis Thebas? te cretus Echione nempe
Abnegat eſſe deum. linque iis, rogo, mœnia, linque.
Et mecum mage flecte rotas. deſpexit Agaue
Te colere, & noſmet Niobe. riget inde ſuperbum
Vulnera tot patiens, quot ſpectat pignora ventris,
Optantémque mori grauius clementia fixit.
Parcere ſæpe malum eſt, ſenſumq; inferre dolori.
Ipſa autem nato occiſo Pentheia mater
Amplius vt furiat, nunquid veſana futura eſt?
Ergo nec Aonios colles habitare valemus,
Cum patris extincti thalamis potietur adulter
Frater natorum, coniunx genitricis habendus
Vitricus ipſe ſuus. Cordi eſt ſi iungere greſſum,
Dicam qua pariter ſedem tellure locemus.
Eſt locus, irrigua qua rupe Garumna rotate,
Et tu qui ſimili feſtinus in æquora lapſu
Exis curuata Durani muſcoſe ſaburra,
Iam pigreſcentes ſenſim confunditis amnes.
Currit in aduerſum hic pontus, multóque recurſu
Flumina quas voluunt, & ſpernit & expedit vndas.
At cum ſummotus lunaribus incrementis
Ipſe Garumna ſuos in dorſa recolligit æſtus,
Præcipiti fluxu raptim redit, atque videtur
In fontem iam non refluus, ſed defluus ire.
Tum recipit laticem, quamuis minor ille, minore

Stagnan



Stagnanti de fratre ſuum, turgeſcit & ipſe
Oceano, propriáſque facit ſibi littora ripas.
Hos inter fluuios vni mage proximus vndæ eſt
Aethera mons rumpens, alta ſpectabilis arce,
Plus celſos habiturus heros, vernámque ſenatum:
Quem generis princeps Paulinus Pontius olim,
Cum latius patria dominabitur, ambiet altis
Mœnibus, & celſæ tranſmittent aëra turres.
Quarum culminibus ſedeant commune micantes
Pompa vel auxilium. non illos machina muros,
Non aries, non alta ſtrues, vel proximus agger,
Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares,
Sed nec teſtudo, nec vinea, nec rota currens,
Iam poſitis ſcalis vnquam quaſſare valebunt.
Cernere iam videor, quæ ſint tibi Burge futura.
Diceris ſic. namque domus de flumine ſurgunt,
Pendentéſque ſedent per propugnacula thermæ.
Hic cum vexatur piceis aquilonibus æſtus,
Scrupeus aſprata latrare crepidine pumex
Incipit, ac fractis ſaliens è cautibus altum
Excutitur torrens, ipſiſq; aſpergine tectis
Impluit, ac tollit nautas, & ſæpe iocoſo
Ludit naufragio. nam tempeſtate peracta
Deſtituit refluens miſſas in balnea claſſes.
Ipſa autem quantis, quibus aut ſunt fulta columnis?
Cedat puniceo precioſus liuor in antro.
Synnados, & Numadum qui portat eburnea ſaxa.
Collis, & herboſis quæ vernant marmora venis.
Candentem iam nolo Paron, iam nolo Caryſton.
Vilior eſt rubro quæ pendet purpura ſaxo.
Et ne poſteritas dubitet, quis conditor extet,
Fixus in introitu lapis eſt. hic nomina ſignat

Y 5 Auto

*Autorum. ſed propter aqua & veſtigia preſſa*
*Quæ rapit, & fuſo detergit gurgite cœnum.*
*Sectilibus partes tabulis cruſtatus ad aurea*
*Tecta venit, fuluo nimis abſcondenda metallo.*
*Nam locuples fortuna domus non paſſa latere,*
*Diuitias prodit, cum ſic ſua culmina celat.*
*Hæc poſt aſſurgit, duplicémque ſuperuenit ædem*
*Porticus, ipſa duplex, duplici non cognita plauſtro:*
*Quarum vnam molli ſubductam vertice curuæ*
*Obuerſis paulum reſpectant cornibus alæ.*
*Ipſa diem natum cernit ſinuamine dextro,*
*Fronte videns medium, læuo viſura cadentem.*
*Non perdit quicquàm trino de cardine cœli,*
*Et totum ſolem lunata per atria ſeruat.*
*Sacra tridentiferi Iouis hic armenta profundo*
*Pharnacis immergit genitor. percuſſa ſecuri*
*Corpora cornipedum, certáſque rubeſcere plagas*
*Sanguineo de rore putes. ſtat vulneris horror*
*Verus, & occiſis viuit pictura quadrigis.*
*Ponticus hic rector numeroſis Cyzicon armis*
*Claudit. at hinc ſociis conſul Lucullus opem fert:*
*Compulſusq́; famis diſcrimina ſumma ſubire*
*Inuidet obſeſſo miles Mithridaticus hoſti.*
*Enatat hic pelagus Romani militis ardor,*
*Et chartam madido tranſportat corpore ſiccam.*
*Deſuper in longum porrectis horrea tectis*
*Creſcunt, atque amplis anguſtant fructibus ædes.*
*Huc veniet calidis quantum metet Affrica terris,*
*Quantum vel Calaber, quantum colit Apulus acer,*
*Quanta Leontino turgeſcit meſſis aceruo,*
*Quantum Mygdonio committunt Gargara ſulco,*
*Quantum quæ tacitis Cererem venerata choreis*





*Attica Triptolemo ciui condebat Eleuſis,*
*Cum populis hominum glandem linquentibus olim*
*Fulua fruge data iam ſecula fulua perirent.*
*Porticus ad gelidos patet hinc æſtiua Triones,*
*Hinc calor innocuus thermis hyemalibus exit,*
*Atque locum tempus mollit, quippe illa rigori*
*Pars eſt apta magis. nam quod fugit ora leonis,*
*Inde Lycaoniæ rabiem male ſuſtinet vrſæ.*
*Actus at in thermas longe venit altior amnis,*
*Et cadit in montem, patulisq́; canalibus actus,*
*Circunfert clauſum caua per diuortia flumen.*
*Occiduum ad ſolem poſt horrea, ſurgit opaca*
*Quæ dominis hiberna domus. ſtrepit hic bona flamma*
*Appoſitas depaſta trabes. ſinuata camino*
*Ardentis perit vnda globi, fractóque flagello*
*Spargit lentatum per culmina tota vaporem.*
*Continuata dehinc videas, quæ conditor auſus*
*Aemula Palladiis textrinæ ducere templis:*
*Hac celſi quondam coniunx veneranda Leonij*
*(Qua non vlla magis nurus vnquam Pontia gaudet*
*Illuſtris pro ſorte viri) celebrabitur æde*
*Vel Syrias vacuaſſe colus, vel ſerica fila*
*Per cannas torſiſſe leues, vel ſtamine fuluo*
*Prægnantis fuſi mollitum neſſe metallum.*
*Parietibus poſt hinc rutilat quæ machina iunctis,*
*Fert recutitorum primordia Iudæorum.*
*Perpetuum pictura micat: nec tempore longo*
*Depreciata ſuas turpant pigmenta figuras.*
*Flecteris ad læuam? te porticus accipit ampla*
*Directis curuata viis, vbi margine ſummo*
*Pendet, & arctatis ſtat ſaxea ſilua columnis.*
*Alta volubilibus patet hinc cœnatio valuis.*

*Fuſilis Euripus propter.cadit unda ſuperne*
*Ante fores pendente lacu,venámque ſecuti*
*Vndoſa inueniunt nantes cœnacula piſces.*
*Cominus erigitur vel prima,vel extima turris,*
*Mos erit hic dominis hibernum ſigma locare.*
*Huius conſpicuo reſidens in culmine,ſæpe*
*Dilectum noſtris muſis ſimul atque capellis*
*Aſpiciam montem,lauri ſpaciabor in iſtis*
*Frondibus,hic trepidam credã mihi credere Daphnem.*
*Iam ſi forte gradus geminam conuertis ad Arcton,*
*Vt venias in templa dei,qui maximus ille eſt:*
*Delicijs redolent iunctis apotheca penúſque.*
*Hic multus tu frater eris;Iam diuide ſedem*
*Ceſſurus mihi fonte meo,quem monte fluentem*
*Vmbrat multicauus ſpacioſo circite fornix.*
*Non eget hic cultu,dedit huic natura decorem.*
*Nil fictum placuiſſe placet,non pompa per artem*
*Vlla,reſultanti non comet malleus ictu*
*Saxa,nec exeſum ſupplebunt marmora tophum.*
*Hic fons Caſtaliæ nobis vice ſufficit vndæ.*
*Cætera diues habe:colles tua iura tremiſcant.*
*Captiuos hic ſolue tuos,& per iuga Burgi*
*Læta relaxata fiant vineta cathenæ.*
*Confirmat vocem iamiam prope ſobrius iſtam*
*Silenus,paritérque chori cecinere fauentes.*
*Nyſa valle Bromio,Phœbo Parnàſſe biuertex.*
*Non illum Naxus,non iſtum Cyrrha requirat:*
*Sed mage perpetuo Burgus placitura petatur.*

*ECce quotiens tibi libuerit pateris capacioribus hilarare conuiuium,miſi quod inter ſcyphos & amyſtidas tuas legas. Subueneris verecundiæ meæ,ſi in ſobrias aures iſta non venerint,nec iniuria hoc ſecus atq; æquum eſt flagito : quandoquidem Baccho meo iudicium decemuirale paſſuro,tempeſtiuius quàm conuenit tribunal erigitur. Si quis autem hoc carmen prolixius eatenus duxerit eſſe culpandum, quod epigrammatis exceſſerit paucitatẽ, iſtum liquido patet, neque balneas Etruſci, neque Herculem Surrentinum,neque Cumas Flauij Sabini,neque Tybur Vopiſci,neque omnino quicquam de Papinij noſtri ſiluulis lectitaſſe : quas omnes deſcriptiones vir ille præiudicatiſſimus, non diſtichorum aut tetraſtichorum ſtringit anguſtijs,ſed potius vt Lyricus Flaccus in artis poëticæ volumine præcipit, multis ijſdemq́ purpureis locorum communium pannis ſemel inchoatas materias decenter extendit. Hoc me ad defenſionis exemplum poſuiſſe ſufficiat , ne hæc ipſa longitudinis deprecatio longa videatur. Vale.*



## NARBO.

### Ad Conſenſium clariſſimum ciuem Narbonenſem.

*CVm iam pro meritis tuis pararem*
*Conſenti,columen decuſq; morum,*
*Veſtræ laudibus hoſpitalitatis*
*Cantum impendere pauperis cicutæ,*
*Vltro in carmina tu tubam recludens,*
*Conuerſo ordine,verſibus citaſti,*
*Suetus ludere ſic magis ſodalem.*
*Paret muſa tibi,ſed impudentem*
*Multo cautius hinc ſtylum mouebit.*
*Nam cum carmina poſtules,diſerte*
*Suades ſcribere,ſed facis tacere.*

*Nuper*

*Nuper quadrupedante cum citato*
*Ires Phocida Sextiáſque Baias,*
*Illuſtres titulisq́; prælijsq́;*
*Vrbes, per duo conſulum tropæa*
*(Nam Martem tulit iſta Iulianum,*
*Et Bruto duce nauticum furorem:*
*Aſt hæc Teutonicas cruenta pugnas,*
*Erectum & Marium cadente Cimbro)*
*Miſiſti mihi multiplex poëma,*
*Doctum, nobile, forte, delicatum.*
*Ibant hexametri ſuperbientes,*
*Et veſtigia iuncta ſed minora*
*Per quinos elegi pedes ferebant.*
*Miſiſti & triplicis metrum trochæi,*
*Spondeo comitante dactylóque*
*Dulces hendecaſyllabos, tuúmque*
*Blando fœnore Sollium ligaſti.*
*Vſuram petimúſque, reddimuſq́;.*
*Nam quod carmine pro tuo rependo,*
*Hoc centeſima laudium tuarum eſt.*
*Quid primum venerer, colámque pro te?*
*Ni fallor patriam patrémque iuxta.*
*Qui quanquam ſibi vindicare ſummum*
*Poſſit iure locum, tamen neceſſe eſt*
*Illam vincere, quæ parit parentes.*

*SAlue Narbo potens ſalubritate,*
*Vrbe & rure ſimul bonus videri,*
*Muris, ciuibus, ambitu, tabernis,*
*Portis, porticibus, foro, theatro,*
*Delubris, capitolijs, monetis,*
*Thermis, arcubus, horreis, macellis,*

*Pratis*



*Pratis, fontibus, inſulis, ſalinis,*
*Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto.*
*Vnus qui venerere iure diuos,*
*Lenæum, Cererem, Palem, Mineruam,*
*Spicis, palmite, paſcuis, trapetis:*
*Solis fiſe viris, nec expetito*
*Naturæ auxilio, procul relictis,*
*Promens montibus altius cacumen.*
*Non te foſſa patens, nec hiſpidarum*
*Obiectu ſudium coronat agger.*
*Non tu marmora, bratteam vitrumque,*
*Non teſtudinis Indicæ nitorem,*
*Non ſi quas eboris trabes, refractis*
*Roſtris Marmarici dedere Barri,*
*Figis mœnibus, aureaſq́; portas*
*Exornas Aſaroticis lapillis:*
*Sed per ſemirutas ſuperbus arces,*
*Oſtendens veteris decus duelli,*
*Quaſſatos geris ictibus molares,*
*Laudandis precioſior ruinis.*
*Sint vrbes aliæ ſitu minaces,*
*Quas vires humiles per alta condunt,*
*Et per præcipites locata criſtas*
*Nunquam mœnia cæſa glorientur.*
*Tu pulſate places, fidémque fortem*
*Oppugnatio paſſa publicauit.*
*Hinc te Martius ille rector, atque*
*Magno patre prior, decus Getarum,*
*Romanæ columen ſaluſq́; gentis,*
*Theudoricus amat: ſibiq́; fidum*
*Aduerſos probat ante per tumultus.*
*Sed non hinc videare forte turpis,*

*Quod*

*Quod te machina crebra perforauit,*
*Nanque in corpore fortium virorum*
*Laus eſt amplior, amplior cicatrix.*
*In caſtris Marathonijs merentem*
*Vulnus non habuiſſe grande probrum eſt,*
*Inter publicolas manu feroces,*
*Trunco Mutius eminet lacerto.*
*Vallum Cæſaris opprimente Magno,*
*Inter tot facies ab hoſte tutas*
*Luſcus Scæua fuit magis decorus.*
*Laus eſt ardua dura ſuſtinere.*
*Ignauis, timidis, & improbatis*
*Multum ringitur ocioſa virtus.*
*Quid quod Cæſaribus ferax creandis,*
*Felix prole, virum ſimul dediſti*
*Natos cum genitore principantes?*
*Nam quis Perſidis expeditionem,*
*Aut victricia caſtra prateribit*
*Cari principis, & perambulatum*
*Romanis legionibus Niphatem,*
*Tum, cum fulmine captus imperator,*
*Vitam fulminibus parem peregit?*
*Iis tu ciuibus vrbe, rure pollens,*
*Conſentij mihi gignis alme patrem,*
*Illum cui nitidi ſales, rigorq́;*
*Romanus fuit Attico in lepore.*
*Hunc Mileſius & Thales ſtupere*
*Auditum potuit, ſimulq́; Lindi eſt*
*Notus qui Cleobulus inter arces,*
*Et tu qui Periandre de Corintho es,*
*Et tu quem dederat Bias Priene,*
*Et tu Pittace Lesbius ſophiſtes,*
*Et*



*Et tu qui tetricis potens Athenis*
*Vincis Socraticas Solon palæſtras,*
*Et tu Tyndareis ſatus Therapnis*
*Chilon legifero prior Licurgo.*
*Non hic ſi voluit, vacante cura,*
*Quis ſit ſideribus notare curſus,*
*Diuerſas Arato vias cucurrit.*
*Non hunc cum geometricas ad artes*
*Mentem compoſuit, ſequi valebit*
*Euclides ſpacium ſciens olympi:*
*Non hunc ſi voluit rotare rhythmos,*
*Quidquam propoſito virum morari*
*Chryſippus potuiſſet ex aceruo.*
*Hic cum Amphioniæ ſtudebat arti*
*Plectro, pollice, voce, tibiaq́;*
*Trax vates, deus Arcas, atque Phœbus,*
*Omni carmine poſt erant, & ipſas*
*Muſas non ita muſicas putares.*
*Hic ſi ſyrmate cultus & cothurno*
*Intraſſet ſemel atticum theatrum*
*Ceſſiſſent Sophocles & Euripides.*
*Et ſi pulpita perſonare ſocco*
*Comœdus voluiſſet, huic leuato*
*Palmam tu digito dares Menander.*
*Hic cum ſemipedem ſtylum polibat,*
*Smirnææ incude doctus officinæ,*
*Aut cum ſe hiſtoriæ dabat ſeueræ,*
*Primos vix poterant locos tueri.*
*Terrens Herodotus, tonans Homerus,*
*Non iſto potior fuiſſet olim,*
*Qui Pandioniam mouebat arte*
*Orator caueam tumultuoſus,*
*Seu luſcum raperetur in Philippum,*


*Cauſam*

Cauſam ſeu Cteſiphontis actitaret,
Vir ſemper popularitate creſcens,
Et iuſte reſidens in arce fandi,
Qui fabro genitore procreatus,
Oris maluit expolire limam.
Quid vos eloquij canam Latini
Arpinas, Patauine, Mantuane,
Et te comica qui doces Terenti,
Et te tempore qui ſatus ſeuero
Graios Plaute ſales lepore tranſis.
Et te multimoda ſatis verendum
Scriptorum numeroſitate Varro?
Et te qui breuitate Criſpe polles?
Et qui pro ingenio fluente nulli
Corneli Tacite es tacendus ori?
Et te Maſſilienſum per hortos
Sacri ſtipitis Arbiter colonum.
Helleſpontiaco parem priapo?
Et te carmina per libinoſa
Notum Naſo tener, Tomosq́ miſſum,
Quondam Cæſareæ nimis puellæ
Ficto nomine ſubditum Corinnæ.
Quid celſos Senecas loquar, vel illum
Quem dat Bilbilis alta Martialem,
Terrarum indigenas Hibericarum?
Quid quos duplicibus iugata tædis
Argentaria Polla dat poetas?
Quid multos varij ſtyli retexam,
Arguti, teneri, grauis, dicacis?
Si Conſenſius affuit, latebant.
Huic ſummi ingenij viro, ſimulq́
Summæ nobilitatis atque formæ,
Iuncta eſt fœmina, quæ domum ad mariti,





Priſci inſignia transferens Iouini,
Impleuit trabeis larem ſophiſtæ.
Sic intra proprios tibi penates
Conſenti, patriæ decus ſuperbum,
Faſtis viuit auus, paterq́ libris.
Hæc per ſtemmata te ſatis potentem,
Morum culmine ſed potentiorem,
Non poſſim merita ſonare laude:
Nec ſi me Odryſio canens in antro,
Qua late trepidantibus fluentis,
Cautes per Ciconum reſultat Hebrus,
Princeps inſtituiſſet ille vatum,
Cum dulces animata ſaxa chordæ
Ferrent per Rhodopen trahente cantu.
Et verſa vice fontibus ligatis
Terras currere cogerent anhelas:
Nec non Iſmara ſolibus paterent,
Aurita chelyn expetente ſilua,
Et nulli reſolubiles calori
Curuata ruerent niues ab Oſſa,
Stantem aut Strymona Biſtones viderent
Cum carmen rapidus latex ſitiret:
Nec ſi Peliaco datus bimembri
Ad Centaurica plectra conſtitiſſem
Hinnitum duplicis timens magiſtri:
Nec ſi me docuiſſet ille fari,
Iuſſus paſcere qui gregem eſt clientis
Amphryſi, ad fluuium deus bubulcus,
Qui ferrugineos Cyclopas arcu
Strauit, ſub Liparenſibus caminis,
Vibrans plus graue fulmen in ſagitta,
Quem primum non tenero calentem ab ortu,
Excepere ſinu nouem ſorores.

Et te de genitrice vagientem.
Texerunt vitreæ vado Hippocrenes:
Tunc hac merſus aqua loquacis vndæ,
Pro fluctu mage literas bibiſti.
Tunc tunc iam puer aptior magiſtro.
Quicquid rhetoricæ inſtitutionis,
Quicquid grammaticalis, aut paleſtræ eſt,
Sicut iam tenet hauſeras, voraſti.
Et iam te aula tulit, piusq; princeps
Inter conſpicuos ſtatim locauit,
Conſiſtoria quos habent, tribunos.
Nanque & purpureos in arce regni
Præeſſe officijs tuis volebat,
Mores nobilitate quod merebant.
Tantum culminis & decus ſtupendum
Scripti annalibus indicant honores,
Hinc tu militiam ſecutus amplam,
Caſtrenſem licet ampliare cenſum
Per ſuffragia iuſta debuiſſes,
Solennis tamen abſtinens lucelli,
Fama plus locuples domum rediſti,
Solum quod dederas tuum putando.
Tum ſi fortè fuit quod imperator,
Eoas ſoceri venire in aures
Fido interprete vellet & perito,
Te commercia duplicis loquelæ.
Doctum ſoluere protinus legebat.
O ſodes, quotiens tibi loquenti,
Byzantina ſophos dedere regna?
Et te ſeu latialiter ſonantem
Tanquam Romulea ſatum ſuburra,
Seu linguæ Argolicæ rotunditate
Vndantem, Marathone ceu creatum

Plauden



Plaudentes ſtupuere Boſphorani,
Mirati minus Atticos alumnos?
Hinc ſi fœdera ſoluerentur orbis
Pacem te medio darent feroces
Chunnus, Sauromates, Getes, Celonus.
Tu Tuncrum, & Vachalim, Viſurgin, Albin,
Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris,
Solis moribus inter arma tutus.
Tu Mæotida Caſpiáſque portas,
Tu fluxis equitata Bactra Parthis
Conſtans interpidibusq; ſic adires,
Vt faſtu poſito tumentis aulæ,
Qui ſupra ſatrapas ſedet tyrannus,
Ructans ſemideum propinquitates,
Lunatum tibi flecteret tiaram.
Tu ſi publica fata non vetarent
Et Byrſam peteres, vel Africanæ
Telluris Tanaiticum rebellem,
Confeſtim poſito furore Martis,
Poſt piratica damna deſtinaret
Plenas mercibus inſtitor carinas:
Et per te bene pace reſtituta
Non vltra mihi bella nauigarent.
Iam ſi feria forte terminantem,
Te ſpectacula cœperant theatri,
Pallebat chorus omnis hiſtrionum,
Tanquam ſi Arcitenens nouemq; Muſæ
Propter pulpita iudices ſederent.
Coram te Caramalus aut Phabaton
Clauſis faucibus loquente geſtu
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in ſchemate vel ſemel latebit.

Z 3

Siue Aeetias & ſuus Iaſon
Inducuntur ibi, feruſq; Phaſis,
Qui iactos ſuper arua Colcha dentes
Expauit fruticante cum duello
Spicis ſpicula mixta fluctuarent:
Siue prandia quis refert Thyeſtæ
Seu veſtros Philomela torua planctus
Diſcerptum aut puerum, cibumq; factum,
Iam iam coniugis innocentioris,
Seu raptus Tyrios, Iouemq; taurum
Spreto fulmine, fronte plus timendum:
Seu turris Danaë refertur illic,
Cum multum pluuio rigata cenſu eſt,
Dans plus aurea furta quàm metalla.
Seu Ledam quis agit, Phrygemq; ephebum
Aptans ad cyathos, facit tonanti
Succo nectaris eſſe dulciorem:
Seu Martem ſimulat modo in cathenas
Miſſum Lemniacas, modo aut repulſo
Formam imponit apri, capútque ſetis
Et tergum aſperat, hiſpidiſq; malis
Læue incuruat ebur, vel ille figit
Hirtam dorſa fera repanda tela
Attritu aſſiduo cacuminantem:
Seu Perſeia virgo vindicata
Illic luditur Harpe coniugali:
Seu qui carminis atque fabularum
Clauſa ad Pergama dat biluſtre bellum.
Quid dicam citharistrias choraules,
Mimos ſcoenobatas, gelaſianos,
Cannas, plectra, iocos, palen, rudentem,
Coram te trepidanter explicare?
Nam Circenſibus ipſe quanta ludis





Victor geſſeris intonante Roma,
Lætam par fuit exarare Muſam,
Ianus forte ſuas bifrons Calendas,
Anni tempora circinante Phœbo,
Sumendas referebat ad curules.
Mos eſt Cæſaris, hic die bis vno,
Priuatos vocitent parare ludos.
Tunc cœtus iuuenum ſed aulicorum,
Elei ſimulacra torua campi
Exercet ſpaciantibus quadrigis.
Et iam te vrna petit, ciétque rauca
Acclamatio ſibilans coronæ.
Tum qua eſt ianua, conſulúmque ſedes,
Ambit quam paries vtrinque ſenis
Cryptis, carceribúſque fornicatus
Vno & quatuor, axe forte lecto
Curuas ingrederis premens habenas.
Id collega tuus, ſimúlque vobis
Pars aduerſa facit. micant colores,
Albus vel Venetus, virens rubénſque:
Veſtra inſignia continent miniſtri.
Ora, & lora, manus, iubáſque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis,
Hortantúrque obiter, iuuántque blandis
Vltro plauſibus, & voluptuoſum
Dictant quadrupedantibus furorem.
Illi ad clauſtra fremunt, repaguliſq;
Incumbunt ſimul, ac per obſeratas
Transfumant tabulas, & ante curſum
Campus flatibus occupatur abſens.
Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,
Ardeſcunt, ſaliunt, timent, timentur,
Nec greſſum cohibent, ſed inquieto

Duratum pede ſtipitem flagellant.
Tandem murmure buccinæ ſtrepentis,
Suſpenſas tubicen vocans quadrigas,
Effundit celeres in arua currus.
Non ſic fulminis impetus triſulci,
Non pulſa Scythico ſagitta neruo,
Non ſulcus rapidè cadentis aſtri,
Non fundis balearibus rotata
Vnquam ſic liquidos poli meatus
Rumpit plumbea glandium procella.
Cedit terra rotis, & orbitarum
Moto puluere ſordidatur aër.
Inſtant verberibus ſimul regentes,
Iámque & pectora prona de couinno
Extenſi rapiuntur, & iugales
Trans armos feriunt vacante tergo,
Nec cernas cito cernuos magiſtros,
Temones mage ſufferant an axes,
Iam vos ex oculis velut volantes,
Conſumpto ſpacio patentiore,
Campus clauſerat arctus arte factus,
Per quem lōga humilem duplámque muro
Euripus ſibi machinam tetendit.
Vt meta vlterior remiſit omnes,
Fit collega tuus prior duobus,
Qui te tranſierant. ita ipſe quartus
Gyri conditione tum fuiſti.
Curæ eſt id medijs, vt ille primus
Preſſus dexteriore concitatu,
Partem ſi patefecerit ſiniſtram,
Totas ad podium ferens habenas,
Curru prætereatur intus acto.
Tu conamine duplicatus ipſo

Stringis



Stringis quadriiugos, & arte ſumma
In gyrum bene ſeptimum reſeruas.
Inſtabant alij manu atque voce,
Paſſim & deciduis in arua guttis
Rectorum alipedúmque ſudor ibat.
Raucus corda ferit fauor fauentum,
Atque ipſis pariter viris equiſq;
Fit curſu calor, & timore frigus.
Itur ſic ſemel, itur & ſecundo,
Eſt ſic tertius atque quartus orbis,
Quinto circite non valens ſequentum
Pondus ferre prior, rotabat axem:
Quod velocibus imperans quadrigis,
Exhauſtos ſibi ſenſerat iugales,
Iam ſexto reditu per explicato,
Iámque & præmia flagitante vulgo,
Pars contraria nil timens tuam vim
Securas prior orbitas terebat,
Tenſis cum ſubito ſinu lupatis,
Tenſis pectoribus, pede ante fixo:
Quantum auriga ſuos ſolebat ille
Raptans Oenomaum tremente Piſa,
Tantum tu rapidos teris iugales.
Hic compendia flexuoſa metæ
Vnus dum premit, incitatus à te
Elatas ſemel impetu quadrigas
Iunctim non valuit plicare gyro:
Quem tu quod ſine lege præteriret
Tranſiſti remanens, ab arte reſtans.
Alter dum popularitate gaudet
Dexter ſub cuneis nimis cucurrit.
Hunc, dum obliquat iter, diúque lentus
Sero cornipedes citat flagello,

Z 5 Tortum

*Tortum tramite tranſis ipſe recto.*
*Hic te incautius aſſecutus hoſtis,*
*Sperans anticipaſſe iam priorem,*
*Tranſuerſum venit impudens in axem.*
*Incuruantur equi, proterua currûm.*
*Intrat turba rotas, quatérque terni*
*Arctantur radij, repleta donec*
*Interualla crepent, volubiliſq;*
*Frangat margo pedes. ibi ipſe quintus*
*Curru præcipitatus obruente,*
*Montem multiplici facit ruina,*
*Turpans prociduam cruore frontem.*
*Miſcet cuncta fragor reſuſcitatus,*
*Quantum non Cypariſſifer Lycæus,*
*Quantum non nemoroſa tollit Oſſa,*
*Crebras inquietata per procellas:*
*Quantum nec reboant voluta ab auſtro*
*Doris, Trinacris, aut voraginoſo*
*Quæ vallat ſale Boſphorum Propontis.*
*Hic mox præcipit æquus imperator,*
*Palmis ſerica, torquibus coronas*
*Coniungi, & meritum remunerari.*
*Victis ire iubens ſatis pudendis,*
*Villis verſicoloribus tapetas,*
*Iam vero iuuenalibus peractis,*
*Quem te præbueris ſequente in æuo,*
*Intra aulam ſoceri mei expetitus,*
*Curam cum moderatus es palatij,*
*Chartis poſterioribus loquemur,*
*Si plus temporibus vacat futuris.*
*Nunc quam diximus hoſpitalitatem,*
*Paucis perſonet obſequens Thalia.*
*O dulcis domus, ô pij penates,*

*Quos*



*Quos res difficilis ſibique diſcors,*
*Libertas ſimul excolit pudórque.*
*O conuiuia, fabulæ, libelli,*
*Riſus, ſerietas, dicacitates,*
*Occurſus, comitatus, vnus idem:*
*Seu delubra dei colenda nobis,*
*Siue ad pontificem gradus ferendi,*
*Siue ad culmina Marij Maronis,*
*Tecta illuſtria ſeu videnda Liuij.*
*Siue ad doctiloqui Leonis ædes,*
*Quo bis ſex tabulas docente iuris*
*Vltro Claudius Apius taceret*
*Claro obſcurior in decemuiratu:*
*Ac ſi dicat epos, metrúmque rhythmis*
*Flectat commaticis tonante plectro,*
*Mordacem faciat ſilere Flaccum,*
*Quamuis poſt Satyras lyrámque tendat*
*Ille ad Pindaricum volare cycnum.*
*Seu nos Magne tuus fauor tenebat,*
*Multis prædite dotibus virorum.*
*Forma, nobilitate, dote, cenſu,*
*Cuius ſi varios eam per actus*
*Centum & ferrea laſſet ora laude,*
*Conſtans, ingenioſus, efficáxque,*
*Prudens arbiter, optimus propinquus,*
*Nil fraudans genij ſibi vel vlli,*
*Perſonas, loca, tempus intuendo.*
*Seu nos atria veſtra continebant,*
*Marcelline meus perite legum,*
*Qui verax nimis & nimis ſeuerus,*
*Aſper crederis eſſe neſcienti.*
*At ſi te bene quiſpiam probauit,*
*Noſcit quid velit ipſe iudicare,*

*Nam*

*Nam nunquam metuis loqui quod æquum eſt.*
*Si te Sylla premat ferúſque Carbo,*
*Si triſtes Marij trucéſque Cinnæ,*
*Etſi forte tuum caput latúſque*
*Circunſtent gladij triumuirales.*
*Seu nos Lympidij lares habebant*
*Ciuis magnifici, viriq́; ſummi*
*Fraternam bene regulam ſequentis,*
*Seu nos eximij ſimul tenebat*
*Nectens officioſitas Marini,*
*Cuius ſedulitas ſodalitáſque*
*Aeterna mihi laude ſunt colendæ.*
*Seu quoſcumque alios videre fratres*
*Cordi vtrique fuit, quibus vacaſſe*
*Laudandam reor occupationem.*
*Horum nomina cum referre verſu*
*Affectus cupiat, metrum recuſat.*
*Hinc nos ad propriam domum vocabas,*
*Cum mane exierat nouum, & caleſcens*
*Horam ſol dabat alteram ſecundam.*
*Hic promens teretes pilas, throcóſque,*
*Hic talos crepitantibus fritillis,*
*Nos ad verbera tractuum ſtruentes,*
*Tanquam Naupliades repertor artis,*
*Gaudebas hilarem ciere rixam.*
*Hinc ad balnea non Neroniana,*
*Nec quæ Agrippa dedit, vel ille cuius*
*Buſtum Dalmaticæ vident Salonæ,*
*Ad thermas tamen ire ſed libebat,*
*Priuato bene præbitas pudori.*
*Poſt quas nos tua pocula, & tuarum*
*Muſarum medius chorus tenebat:*
*Quales nec ſtatuas imagineſque*

*Aere*



*Aere aut marmoribus coloribusq́;*
*Mentor, Praxiteles, Scopas dederunt,*
*Quantas nec Polycletus ipſe finxit,*
*Nec ſit Phidiaco figura cœlo.*
*Sed iam te veniam loquacitati*
*Quingenti hendecaſillabi precantur.*
*Tantum & ſi placeat poëma, longum eſt.*
*Iam iam ſufficit, ipſe & impediris,*
*Multum in carmine perlegens amicum,*
*Dormitantibus ocioſorem.*

## PROPEMPTICON AD Libellum.

*Egreſſus foribus meis libelle,*
*Hanc ſeruare viam precor memento,*
*Quæ noſtros bene ducit ad ſodales,*
*Quorum nomina ſedulus notaui.*
*Antiquus tibi nec teratur agger,*
*Cuius per ſpacium, ſatis vetuſtis*
*Nomen Cæſareum viret columnis.*
*Sed ſenſim gradere, & moras habendo*
*Affectum celerem moues amicis.*
*Ac primum Domitij larem Seueri*
*Intrabis, trepidantibus camœnis,*
*Tam Cenſorius haud fuit vel ille*
*Quem riſiſſe ſemel ferunt in æuo.*
*Sed gaudere potes rigore docto.*
*Hic ſi te probat, omnibus placebis.*
*Hinc te ſuſcipiet benigna Briuas*
*Sancti quæ fouet oſſa Iuliani.*
*Quæ dum mortua mortuis putantur,*

*Viuens*

*Viuens è tumulo micat poteſtas:*
*Hinc iam dexteriora carpis arua,*
*Emenſusq; iugum die ſub vno*
*Flauum craſtinus aſpicis Triorbem:*
*Tum terram Gabalum ſatis niuoſam:*
*Et quantum indigenæ volunt putari,*
*Sublimem in puteo videbis vrbem.*
*Hinc te temporis ad mei Laconas*
*Iuſtinum rapies, ſuúmque fratrem,*
*Quorum notus amor per orbis oras*
*Calcat Pirithoúmque Theſeúmque,*
*Et fidum rapidi ſodalem Oreſtæ.*
*Quorum cum fueris ſinu receptus,*
*Ibis Treuidon, & calumnioſis*
*Vicinum nimis heu Rugum Rutenis.*
*Hic docti inuenies patrem Tonantij,*
*Rectorem columénque Galliarum,*
*Priſci Ferreolum parem Syagrij,*
*Coniunx Papianilla quem pudico*
*Curas participans iuuat labore.*
*Qualis nec Tanaquil fuit, nec illa*
*Quam tu Tricipitine procreaſti,*
*Qualis nec Phrygiæ dicata Veſtæ,*
*Quæ contra ſatis Albulam tumentem*
*Duxit virgineo ratem capillo.*
*Hinc te Leſora Caucaſon Scytharum*
*Vincens aſpiciet, citróque Tarnis*
*Limoſum & ſolido ſapore preſſum,*
*Piſcem perſpicua gerens in vnda.*
*Hic Zeti & Calais tibi adde pennas:*
*Nimboſúmque iugum fugax caueto:*
*Nanque eſt aſſiduæ ferax procellæ,*
*Sed quamuis rapido ferare curſu,*

*Laſſum*



*Laſſum te Vorocingus obtinebit.*
*Noſtrum hic inuenies Apollinarem,*
*Seu contra rabidi leonis æſtus*
*Veſtit frigore marmorum penates.*
*Siue hortis ſpaciatur in repoſtis,*
*Quales mellifera virent in Hybla:*
*Quales Coricium ſenem beantes*
*Fuſcabat picei latex Galeſi:*
*Siue inter violas, thymum, liguſtrum,*
*Serpyllum, caſiam, crocum atque caltham,*
*Narciſos hyacinthinósque flores*
*Spernit, quàm precij petitor ampli,*
*Glebam Thurifer aduehit Sabæus,*
*Seu ficto potius ſpecu quieſcit,*
*Collis margine, qua nemus reflexum*
*Natiuum dare porticum laborans,*
*Non lucum arboribus facit, ſed antrum,*
*Quis pomaria priſca regis Indi*
*Hic nunc comparet, aureasq; vites,*
*Plectro viridante pampinatas,*
*Cum Porus poſuit crepante gaza*
*Fuluo ex palmite vineam metalli,*
*Gemmarum fluitantibus racemis?*
*Hinc tu Conction ibis, atque Auito*
*Noſtro dicis, aue: dehinc valeto.*
*Debes obſequium viro perenne.*
*Nam dent hinc veniam mei propinqui,*
*Non nobis prior eſt parens amico,*
*Hinc iam te Fidulus decus bonorum,*
*Et nec Tetradio ſatis ſecundus,*
*Morum dotibus aut tenore recti,*
*Sancta ſuſcipit hoſpitalitate.*
*Ex intende gradum, tribusq; villis*

*Thau*

*Thaumaſtum expete, quemlibet duorum*
*Quorum iunior eſt mihi ſodalis,*
*Et collega ſimul gradúque frater.*
*Quod ſi fors ſenior tibi inuenitur*
*Hunc pronus prope patruum ſaluta.*
*Hinc ad conſulis ampla tecta Magni,*
*Felicémque tuum veni libelle.*
*Et te bibliotheca, quæ paterna eſt,*
*Qualis nec tetrici fuit Philagrij,*
*Admitti faciet probe probatum,*
*Hic ſæpe Eulaliæ meæ legeris,*
*Cuius Cecropiæ pares Mineruæ*
*Mores, & rigidi ſenes, & ipſe*
*Quondam purpureus ſocer timebant.*
*Sed iam ſufficit, ecce, linque portum,*
*Ne te pondere plus premam ſaburræ.*
*His in verſibus anchoram leuato.*

FINIS OPERVM C. SOLLII
SIDONII APOLLINARIS.

PETRI
# COLVI BRVGENSIS
IN
# C. SOLLI SIDONI
APOLLINARIS OPERA
NOTÆ.

# IOANNES
# DE
# VVOVVVEREN
## VIRO CL.
## THEODORO MARCILIO S.

*VIR Cl. Quiſquis vnquam extitit diuino quodam inſtinctu excelſior, qui præmunitus robore animi, victor & triumphator voluptatum digna virtutis indole adfectauit, maligna fati legi repente vt oſtenſus, interceptus fuit. Quod, quoniam mutare noſtri roboris non eſt, deplorare velle, muliebre tormētum: vt Fortunæ crimen aſperè inſectari, Neceſſitati aut Naturæ rerū bellum inferre. Vtinam tantum a vnius capite crudelitas iſta deſæuiret. irritat ſe ipſa tyrannis, dúmque parentat optimi cuiúſque morte inexplebili auiditati, quærit quem ſecutorem paret; ita videas ſublimes animas, quaſi quoddam collegium triſtis carnificinæ. Nuperrimæ P. Coluius emerſerat, in quo non exiles ingenij virtutes collegimus, quas magis probeſſet, ſi per inuidiam fati maturuiſſent.*

Nunc *flos iuuenum*  
*Oſtentatus*  
*Rapiúsque ſimul*  
*Solſtitialis velut herba ſolet.*

*Vix enim annum xxvij tetigerat, cum fatale hoc ferrum, non tantum acerbo, ſed triſti ictu (vt vulgi ſententia eſt) ferijt ſurgentem eius indolem inter ipſa virtutum incremēta. Eſt profectò arcana quædam fati*

*inuidia, quæ præſcindit grauidas ſpes noſtras, ne aliam quàm homini datum ſit exſurgamus. Sed tu, mi Colui, lacrymis meis compoſitus beatior non eris, neque maior per me poſteris narratus, tantum vt manes tuos placarem iuueniles fœtus publicare volui quos ſi vixiſſes (vt ætas & tempus ſemper apportat aliquid noui) ſub acumen atrocis ſtyli reuocaſſes; vbi ſane periculum fuiſſet cum Auguſti Aiace in ſpongiam incumberet. Periniurium itaque eſt iuuenis eruditionem ex hiſce velle æſtimare: cum neque hoc conſilio à me edantur vt ſplendorem ei hinc conciliem, neque adeò Sidonio ipſi, cuius veſtẽ hoc limbo præcingi fortaſſe tãti nõ erat. Cæterùm quid facere debui? Solus ne ego ſæuirem in acerbos labores vt æterna obliuione perirent? hoc neque naturæ meæ facilitas ſiuit, neque infixa mentibus mortalium pietatis æterna lex, qua mortuis tenemur, cum & longè ineptiora nobis hodie obtrudantur: nugæ ſomniorum interpretamenta, quæ, vt ait Plinius, ſub horis moriuntur: quod ſi ſcombros & thus veſtiant, cur profectò cur abunde ſibi placeant harum quiſquiliarum auctores. Nemo igitur, vt opinor erit, qui improbabit, quod hoc quaſi extremo officio defunctum adfecerim. Tibi verò Clariſſ. Marcili, tanquam conſeruatori præmaturi iſti fœtus lucem & vitam debent. ego, vt poſteri intelligant, me te tuique animi dotes incomparabiles ſerio æſtimare didiciſſe, publicitus teſtatum volo, qui non exiguum taciti gaudij fructum ſentiam, quòd me inter amantiſſimos tui numeraris, ſimulque obteſtor ne tibi & publicæ vtilitati ea inuideas quæ in omni genere ſtudiorum concepta ſeruas. Vale, & me ama. Lutetiæ Pariſiorũ Prid. Non. Iun.* CIↃ. IↃ. XCVII.

PETRI

PETRI

# COLVI BRVGENSIS

AD

# C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS

EPISTOL. LIB. I.

## NOTÆ.

### EPISTOL. I.

C. PLINII *diſcipl.*] Secutus eſt præcipuè in Epiſtolis C. Plinium ſecundum, quod nos aliquoties in hiſce notis oſtendemus. Sed & ipſe fatetur epiſt. 1. lib. 9. *Eo quod C. Plinius cuius nos orbitas ſequi hos opere pronuncias.* & hæc 1. Epiſt. magna ex parte ſimilis eſt Epiſt. 1. Plinij lib. 1. & Epiſt. 22. lib. 4. *Ego Plinio diſcipulus aſſurgo.*

*Iul. Ticianus*] Quædam de Ticiano dixit B. Pius in ſuo ad hunc auctorem Commentario, quibus nos addamus ea quæ apud Auſonium Gratiarum actione: *Quomodo Ticianus magiſter? Sed glorioſius ille municipalem ſcholam apud Viſontionem, Lugdunúmque variando non ætate quidem, ſed vilitate conſenuit.* de eodem videtur ſenſiſſe epiſt. 16. ad Probum, quem Apologos Æſopi tranſtuliſſe dicit, ſed præſtat verba ſubiicere: *Apologos Ticiani, & Nepotis Chronica, quaſi alios Apologos (nam et ipſa inſtar fabularum ſunt) ad nobilitatem tuam miſi.* & paulo poſt:

*Apologos en miſit tibi*
*Ab vſque Rheni limite,*
*Auſonius nomen Italum*
*Præceptor Auguſti tui*

*Æſopicam trimetriam*
*Quam vertit exili ſtylo*
*Pedeſtre concinnans opus*
*Fandi Ticianus artifex.*

*Frontonianorum*] à Frontone Oratore Lucij & Antonini Augg. magiſtro, de quo in Gratiarum actione hunc in modum loquitur Auſonius: *Vnica mihi amplectenda Frontonis imitatio, quem tamen Auguſti magiſtrum ſic conſulatus ornauit, vt præfectura nõ cingeret. Et poſt: quærendum, vt reliquerit tantus orator, quibus conſulibus geſſerit conſulatum. Ecce aliud quod aliquis opponat. in tanti igitur oratoris faſtigium te glorioſus attollis? cui talia requirenti reſpondeo breuiter. Non ego me contendo Frontoni, ſed Antonino præfero Gratianum.* Hęc latius adſcripſi, quo tota de Frõtone, vnde hi Frontoniani, manifeſtior fieret hiſtoria. Rectè hæc retulit doctiſſimus Scaliger ad hanc veterem inſcriptionem, quam, mihi temperare non poſſum, quin adſcribam. Eſt autẽ huiuſmodi:

M. AVFIDIO FRONTONI,
PRONEPOTI M. CORNELII
FRONTONIS, ORATORIS,
CONSVLIS, MAGISTRI
IMPERATORVM, LVCII
ET ANTONINI, NEPOTIS
AVFIDI VICTORINI,
PRÆFECTI VRBIS, BIS CONSVLIS,
FRONTO, CONSVL.
FILIO DVLCISSIMO.

Firmicus etiam meminit Frontonis lib. 2. & Sidon. lib. 1. Epi. III. lib. VIII. epi. III. & epi. X. laudat Chariſius lib. 1. Frõtonis ad M. Antoninum libros, & orationem pro Ptolemæo.

*Varia occaſione fluxerũt*] ad eum modũ Auſonius epi. XVI. ad Probum: *Adiuro beneuolentiam tuam verecundiæ meæ teſtem, eos mihi ſubita perſuaſione fluxiſſe.*

*In portu iudicij publici poſt Ciuidulorum Scyllas enauigatas ſufficientis gloriæ ancora ſedet*] ita ſcripti. non ſidit. ad idemq; exemplum carmine 2. ſed vtrumque eodem ſignificatũ ac modo. Virgil. Æneid. 7.

*Fluminis intraſtis ripas, portúque ſedetis.*

Et lib. 10.

*Donec roſtra tenent ſiccam, & ſedere carinæ*
*Omnes innocuæ* —

Et



Et inde ſedere, pro firmiter hærere, optimi Latinitatis auctores vſurpant, Virgilius, Plautus, vt alios omittam, ex quibus alij annotarunt. Ad I.C. noſtros venio, ex quibus Vlp. in l. 7. qui ſatiſd. cog. ait: *ſi hoc iudici ſedeat.* Iordanes. *Conſilio ſedit.* Sidere ea in re vſurpat Propertius lib. II.

*Nunc ad te mea lux veniet mea littore nauis,*
*Seruata in mediis ſidet onuſta vadis.*

Tacit. Annal. 2.

*Mille naues ſufficere viſæ quo facilius portu ſiderentur.*

*Genuinũ molarem*] ita omnes MS. ſed ego ſatis eſſe putabam genuinum, exemplo Perſij:

*—Et genuinum fregit in illis.*

Sed nihil abſque librorum auctoritate tollo, poteſt enim eſſe ex iis, quæ Sidon. fruſtra multis locis poſuiſſe animaduertimus: ſed & Aimonius monachus lib. 4. *Nec ignoro multos fore, qui ſolita libidine omnibus detrahant & genuinum infigant dentem.* Dentes in inuidis ſemper. Horatius:

*Et iam dente minus mordeor inuido.*

Iordanes: *Qui vitam aliorum ſolent dente maledico lacerare.* & poſtea: *liuidulorum latratum.* Hieronymus ad Vigilant. *Tanquam rabidi canes contra Chriſti latrant diſcipulos.* Symmac. lib. 1. epiſt. 25. *An vereris æmuli venena lectoris ne libellus tuus admorſu inuidi dentis vratur.*

EPIST. II.

*Theudrici*] ita plerumque habent MS. & eſt hæc antiquiſſima ſcribendi ratio: ſic Lacoonte pro Lacconte, in Petronio, & pleraque alia.

*In quo patulum*] Victorinus vnus deterioris notæ liber: in quo patulum, quam lectionem non admitto.

*Aurium legula*] neſcio quid hic ſibi velit Pius ſua interpretatione, neque tamen ipſe intelligo, ſed mihi videbatur quale illud apud Petronium: *deſcendentes ab aure capillos:* aut ſimile quid.

*Recedente aluo*] Plin. lib. 6. epiſt. *Si receſſit venter.*

*Sed ſucculenti*] corpus ſolidum, ſucci plenum. Terent. Eunucho, vbi Donatum vide.

*Excluſa velis incluſa cancellis*] vt hunc locum intelligas legendus doctiſſ. P. Pithæi Aduerſ. lib. 2. cap. 12. & Lipſ. ad 13. lib. Annal. Taciti.

*Menſis cedentibus*] ita omnes MS. quod quid ſibi velit nõdum rectè ſcio, niſi, cedentibus, videlicet pondere argenti,

quod ita debere intelligi ſequentia conuincunt: *Suſpicioſus miniſter, &c.*

*Toreumatum peripetaſmatúmque* ] Virgil. Culice:

*—nec pocula gratum*
*Alconis referent Bœtique toreuma.*

Feſtis autem diebus ſternebant lectos peripetaſmatis, quod alij etiam annotarunt, quibus hæc poterunt addi. Ouidius Metamorph. lib. VIII.

*—in medio thorus eſt de mollibus herbis*
*Impoſitus lecto ſponda pedibúſque ſalignis.*

Et non ſolum feſtis verum etiam profeſtis ſi quos honeſto conuiuio excipere vellent ita lectos ſedéſque ornabant. Æneid. I. *—thoris iuſſi diſcumbere pictis.* & lib. IV.

*—Mauriſia pictis gens epulata thoris.* & alij alibi.

*Abundantiam Gallicam* ] Ammianus Marcellinus Gallis conuiuij elegantiam tribuit.

*Acroama ſimul intonat* ] ſic Plinius lib. VI. epiſt. XXXI. *Interdum acroamata audiebamus interdum iucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur.*

*Luxu ſabbatario* ] ieiunia ſabbatariorum Martial. lib. 4. epig. 4. de quibus piget repetere quæ alij ante me dixerunt, quorum ſcrinia non compilo.

*Iocülariter compellat* ] ita edidi ex conſenſu MSS. Codd. Cùm antea vel ioculanter vel luculenter legeretur, dicit Theodoricum compellaſſe iocülariter in luſu; quod quid ſit non opus eſt vt exponam, ſic infra lib. II. epiſt. IX. *inter aleatoriarum vocum competitiones*, Symmach. lib. 5. epiſt. 25.

*Fidem fecerit* ] MS. fidefecit, & quidni ita dictum ſit, vt fideiubere.

*Organa hydrautica* ] de iis Athenæus lib. 4. Deipnoſophi. quem lege.

*Sub phonaſco* ] ille erat qui aliorum vocem vel ad dicendum vel ad canendum formabat. Suetonius Octauiano, cap. 96. *Pronunciabat dulci & proprio quodam oris ſono: dabat aſſiduè phonaſco operam.* eſt enim φωνασκεῖν τὴν φωνὴν ἀποτελεῖν. Heſychius.

*Meſochorus* ] vtitur hac voce Plinius lib. II. Epiſt. XIV. *Infiniti clamores commouentur, cum μεσόχορος dedit ſignum*, quod vt illo loco ſuſpectum ſit docto viro, cauſſa non eſt.

*Non hiſtoriam ſed Epiſtolam* ] ita loquebantur cum prolixitatem ſuam incuſarent. Saluianus lib. I. de Gubernatione Dei, *poſſum innumera proferre, ſed vereor ne hiſtoriam texiſſe videamur.* Sed hæc clauſula ex quadam Epiſtola Plinij ſumpta eſt.



## EPIST. III.

*Legibus ambitus* ] variæ fuerunt variis temporibus latæ ambitus honorum coërcendi gratia leges, de quibus videndi illi qui ex profeſſo de legibus ſcripſerunt, & noſtri I.C. Modeſtinus l. I. de lege Iulia. ambitus. Paulus lib. 5. ſentent. tit. XXXII. huc pertinet illa Suetonij Iulio cap. XLI. *Nudatos opere Cenſorio, aut ſententia iudicum de ambitu condemnatos reſtituit.*

*Cui pater, ſocer, auus, proauus* ] Non ſemel parentum ſuorum dignitatem recenſet, vide epiſt. IX. lib. V. & epiſt. II. lib. VIII.

*Amicabilibus* ] Retinui ita, libris quibuſdam reclamantibus, Plautus Trinummo:

*Vos porro, vt occœpiſtis date operam amicabilem.*

*Antiquati honoris* ] Symma. li. III. epi. IX. lib. VI. epiſt. XXIX.

Ille arbiter ſtertentum oblatratorũ aures rauci voce præconis obuerberat. Sic apud Caſſiod. variar. lib. XII. epiſt. V. *Falſarius vocem præconis exhorreat.* Apud Homer.

—πεδόβηος δ' Θεῷ ἐναλίγκιος αὐδήν.

## EPIST. V.

*Romæ poſitus* ] Sidon. *Mediolani etiamnum poſito*, Sulpit. Seuerus in Epiſt. ad Boſſulam: *Ego enim Toloſæ poſitus.* Iordanes: *Sed dum eum ſemper ibi poſitum nõ potuiſſet lædere.* Symmach. eodẽ ferè modo li. V. ep. XXVIII. Idẽ epiſt. XXV. *Capuam locutus accepi.* & Salluſtius Hiſto. lib. I. apud Priſcian. lib. XV. *Apud Præneſte locutus.* ita enim ex vet. lib. legendum.

*Publicus curſus vſui fuit, vtpote ſacris apicibus auxito* ] de curſu publico videndus C. lib. XII. tit. LI. & præcipuè l. 6. vbi quædam quæ huic loco faciunt.

*Rhodanuſiæ* ] Iordanuſiæ quidam libri: ſed male. vide Stephan. περὶ πολέων Ροδανουσία, πόλις ἐν Μασσαλίᾳ.

*Vtrimque torrentis latera* ] ita Victorini lib. non vt alij, vtraque, quod tamen ſequi malo: nam eodem modo Iordanus de rebus Geticis de Caucaſo loquens: *lateribus in altitudinem vtrimque directis.*

*Phaëtontiados* ] videndus Ouidius Metamorphoſ. lib. II. Seruius Honoratus in Eclog. VI. & X. lib. Æneid. & fabuloſiſſimi Græcorum commentarij.

*Cærulum Aduam.* ] Quidam libb. Cæruleum, ſed vtrũque æquè dicitur, & idem ſignificat, quod æquore ab maris tali colore. Tibull. eleg. viij. lib. 3.

*Teſtis Arar, Rhodanuſq; celer, magnuſq; Garunna,*

& ideo apud Ouid. Metamorphoſ. lib. 5. Neptunus Iouis

*Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.*

Huc pertinent ea quæ Appianus de Sexto Pompeio gloriabundo ob geminum naufragium aduerſariæ partis phœniceum paludamentũ conuertiſſe in cæruleũ ad inſtar Neptuni, cuius fili' haberi ambiebat ob felicẽ in nauigatione ſucceſſũ.

*Quorum ripæ thoriſque paſſim acernis querniſque nemoribus veſtiebantur.* ] Virgil. Æneid. lib. 10.

*Quales aëriæ Liquetia flumina circum*
*Siue Padi ripis, Atheſin ſeu propter amœnum*
*Conſurgunt geminæ quercus*—— & quæ ſequuntur.

*Nidorũ ſtrues impoſita nutabat* ] omnes ferè MSS. Codd. natabat habent, ſed malè, ſi quid iudico. hoc enim mihi velle videtur propter rotationem arundinum & iuncorum quibus impoſiti ſunt, qui nunc huc nunc illuc ventorum flatibus agitati variè mouentur, nidos mutaſſe. quod quid ſit ex ſimili loco Virgil. facile eſt intelligere, qui Ænei. li. x. de quercubus

——*intonſáque cœlo*
*Attollunt capita & ſublimi vertice nutant.* & alibi:
*Aſpice conuexo nutantem pondere mundum.*

*Tityro Mantuano* ] Ecloga VIII.

*Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.*

*Peruectus* ] ita credo ſcripſiſſe Sidonium in MSS. enim eſt pereuectus, quod tam peruectus, quam prouectus eſſe poſſit.

*Rauennam* ] deſcriptio ſitus ciuitatis, quæ illuſtrari poteſt iis, quæ de ea ſcripſit Iordanus celeberrimus Rauennatum epiſcopus lib. de reb. Gott.

*Qui ab alueo* ] liber Colonienſis: Quadus ex quo lego: qua dum, id eſt, ex qua parte.

*Amœna fontium* ] ſic Virgil. Æneid. v. *Ardua terrarum* & VIII. *Pelagi alta.* Apuleius lib. 5. Metamorph. *Poſtquam ardua montium, & lubrica vallium, & roſcida ceſpitum, & gleboſa camporũ emerſi.* Lucret. lib. 9. *Saxorum ſtructa*, Saluſt. hiſtoriis *Caua terræ.* quæ iis, quæ alij ante me in hũc loquẽdi modum annotarũt, poterunt addi. vide Iuret. Symm. lib. 6. Epiſt. LXII.

*Naumachias epotaturus* ] quidam, epoturus, ſed parum intereſt. Iuuenal:

Epota



--*Epotaque flumina Medo prandente*--

Martialis.

*Venit & epoto Sarmata paſtus equo.*

rò ex Lucillio hoc eſt, quem nõ ſemel imitatur Sidonius. Satyrarum, lib. xiv.

*Naumachiam licèt hanc nunquam, alueolúmque potare, & Calices, delectes te hilo non rectius viuas.*

Ita enim illum locum partim ex coniectura, partim ex li... rum ſcriptorum auctoritate emendamus, quem alibi, Deo lente, explicabimus, & bene ita ſcribi copioſius probabimus.

*Nuptijs Patricij Ricimeris* ] De ijs ad hunc eundem He... nium huius libri epiſt. 9. Paulus Diaconus quædam lib. 6. Iordan. de reb. Geticis. Vide Panegyr. Anthem. dictum.

*Thalaſſio Feſcenninus* ] Hunc locum de veteribus libris rexit elegantiſſimus P. Pithæus Aduerſ. lib. 11. cap. 6. quidam ex libris noſtris etiam id referunt.

*Penulam deponit inglorius* ] Erat illa veſtis humilioris conditionis hominum, vt viri docti docuerunt. Obſeruo ego promiſcuè veteres peregrinantes vſos fuiſſe. Cicero pro Mil.

*Cum hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet.*

## EPIST. VI.

*Buſſequas* ] Apuleius Apolog. pro ſeipſo I. *Sed Aemilia... vir vltra Virgilianos opiliones & buſſequas.*

*Trabeatis pro auorum imaginibus* ]. Ex ijs nobilitas Ro... æſtimata fuit. præferebantur autem in pompis funebribus imagines maiorum. vide Turneb. in locos Cicer.

*Runcantes* ] Non aſſequitur Pius, qui è terra herbas euel... exponit. vti etiam Iſidorus originum lib. 17. cap. 11. vnde rruncare apud Nonium, Arnobium, alióſque. At mihi eſt ncantes aut ronchantes ῥέγχοντες Roncus aut ronchus ... aut ῥόγχος Hinc veriſimili deductione roncare.

*Floreas opes* ] Vict. vnus expreſſe. *Floras*, antique quod non horret Sidonius: & exemplo Virgilij id facere poterat, qui Æneid. ad Ennij imitationem ſcripſerat:

*Filia prima manu flores Lauinia crines*
*Et roſeas laniata genas*--

Si, in Flauos, veteribus Criticis id mutare viſum non fuiſ-

ſet.

ſet,quod ex Seruio datur colligere. Næuius Lycurgo: *vt videam Vulcani opera hæc fimbrijs fieri Flora.* vbi inuita Mineruа doctiſſ.Iunius,Floridæ,reponit.

*Frugibus rupta congeſtis horrea* ] Virgil.1.Georg.

*Illique immenſa ruperunt horrea fruges.*

malè quidam libri : Fructibus.

## EPIST. VII.

*Seruandi* ] Ita meus liber,& ſic eum vocat Diaconus lib. cuius hæc de eo : *Sequenti anno ſeruandus Gallorum præfectus imperium tentans inuadere, iuſſu Anthemij in exilium truſus eſt.*

*Cumulus accedit laudibus imperatoris* ] Plinius lib. Epiſt.7. *Magna Cæſaris laus eſt,ſub quo hoc liberum fuit.* & lib.3. *Accedere ergo hoc quoque laudibus principis.*

*Quod amare palam licèt & capite damnatos* ] Vide optimi & doctiſſimi Ræuardi Var.lib.1.cap.3.

*Comite ſacrarum largitionum,* ] De eo. tit. 6. lib. 12. C.l. vnica C.de Auri publ.perſ.l.4.C.de ſepulch. viol. Symm. lib. 10.epiſt.33.l.1.C.de Auri publ.perſ.

*Detonſus pumicatúſque* ] rectè ita ex MS. cõſenſum emendaui cum antea legeretur nullo ſenſu,pumicatus,& hoc optimè conueniat. Solebant illi qui radebantur poſtea pumice læuigari. Cteſias lib. 3. rerum Perſicarum Sardanapalum κατεξυρημένον τ̃ πώγωνα κατακεχηνωλσμένον deſcribit Lucillius apud Nonium in *deſquamare*. Tibullus lib. 3. Elegia 1.

*Lutea ſed niueum inuoluat membrana libellum,*
*Pumex,& canas tondeat ante comas.*

Ouidius lib.1.Triſtium Elegia.1.

*Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes,*
*Hirſutus ſparſis vt videare comis.*

ad quem morem illud Perſij referendum:

*Iam liber & poſitis bicolor membrana capillis.*

Scribit autem libros primùm in Sicilia circumcidi cæpiſſe Iſidorus originum lib. 6. ſed iſta ob hoc loco alieniora quod fortaſſe magis Plinianus iſte locus pertineat lib. 2. epiſt. *Qui titulus à vita hominis corrupti & pumicati ſemper non abhorrebat.*

*Reo debitam* ] MS.omniũ hæc eſt lectio, ſed & ita ex ſuo veteri Codice emendauit V.C.Petrus Faber ſemeſt.lib.2.cap. In



*In imo ſubſelliorum capite* ] non rectè impreſſum erat, in imo imi ſubſellij vir apud Plaut.Capteiuis & Sticho.

*Pœnitudine* ] Pacuuianum , quem vt neminem alium ex prima antiquitate imitatur libenter Sidonius,Teucro:

*Quæ deſiderio alumnum,pœnitudine*
*Squale ſcabreque, increta vaſtitudine.*

Quem locum eò adduxi,vt ita rectè ſcribi probarem,& non ab alijs neſcio quomodo interpolari debere.confirmat enim eius loci imitationem locutus M. Varro Mãco: *Ager derelinqueretur ac periret ſquale ſcabreq; illuuie & vaſtitudine.*

*Publico carceri adiudicatus* ] De reorum cuſtodia,& earum differentia accuratè diſſeruit Ræuardus noſter Varior. lib.iij. cap.xij.& eodem lib.cap.vij.hoc tantùm ex Venulleio Saturnino I.C. addere neceſſe hîc eſt,reum confeſſum , qualis ſic ſeruandus, donec de eo pronũcietur in vincula publica conijci ſolere. in l.5. de cuſtodia reorum. adde L. IV.D. ad l.Iul. maieſt.adde ex Plutarch.quæſt.62.

*Duceretur addictus* ] Plautus Bacchidibus ; *Ducite nos quocumque libet tanquam vobis addictos quidem.* Næuius apud M.Ciceronem de oratore lib.11.

*Quanti addictus! mille nummum, nihil addo, ducas licet.*

De addictis nota lex.xij. Tabularũ, & quæ alij ad illam,quorum omnium parẽtem vide in lib.11.de oratore. Turnebum.

*Lautumijs* ] ita omnes vett.lib.6.& ſic ſcribẽdum eſſe docuit doctiſſ.Turnebus aduerſar.lib.xxij.cap.xvij.& ita in Pandectis Florentinis ſemper ſcribitur,quod certum eſſe iam dudum docuit I.Cuiacius, doctor meus, cuius famæ verba mea nihil addent, Obſeruat.lib.vj.cap.xij. de Lautumijs.Pius hoc loco diſſeruit,quibus ſi quid addere vis, adi P. Fabrum lib.ij. ſemeſt.cap.vij. vbi de varijs carcerum generibus agit , & Iſidorum Orig. lib.v. λατομίας Græci vocant. Phanias de Philoxeno Citherio : Ἐπεὶ ϧ τὴν ἐρωμένην γαλατείαν , ἐφωράθη διαφθείρων εἰς τὰς λατομίας ἀνεβλήθη ἐν αἷς ποιῶν τ̃ κύκλωπα &c.

*Ex vetere Senatuſc.Tiberiano.) triginta dierum vitam poſt ſententiam trahit* ] repugnat Sidonius quod rectè à Iuriſconſultorum maximo Cuiacio obſeruatum tum hiſtoria,tum ex Taciti Annal.lib.3.& Sueton.in Tiberio cap.LXXV. non pluſquam decem dierũ ſpatium damnatis fuiſſe triburũ conſtet.

*Vncum & Gemonias* ] ita Suetonius Tiber. capit. LXI. Nemo punitorũ non & in Gemonias abiectus vncoque tractus. & cap.

& cap.LXXV. *Alij vncum & Gemonias cadauere minarent* Damnatos in carcere ſtrangulari ſolere docet Semeſt. lib cap.IX.P.Faber Panegyr.Anthemio:

*——quem cæcus carcer & vncus*
*Et quem ſpectabat fracturus guttura lictor.*

## EPIST. VIII.

*Fatigationum ſalibus* ] ita omnes lib. quos ſequi mal quam aliorum ſomnia.quid ſibi velit amplius deliberand cenſeo.

*Ceſenatis furni potius quàm oppidi verna* ) Vilitas oppi locum ridiculario prouerbio dedit. C.Cicero ad Tyron xvj.epiſt.Famil.vlt. *Nam iſti duo vix ſunt digni quibus al Ceſenam, alteri C oſſutianarũ tabernarũ fundamenta cred*

*Indicauiſti* ] an rectius, indicauiſti. Sed nihil muto ſine li

*Auribus padano culice perfoſſis* ] in Epigr. Græco li ἄξυβοι Κώνωπες vocantur.

*Negotiatores militant, milites negotiantur* ) Pro, mili Victorini lib.Monachi habent.vidẽda l.vnic.C.Ne mil.ne

*Syri pſallunt* ] Neſcio quid per nebulam Pius. ego qu antiquitatis cognitioni dignum nihil comminiſci potui. S valde frequentes Romanis in ſeruitio fuerunt, & quide ſemper nequam habiti. Plautus Bacchidib.

*——non mihi placent iſti Parmenenes Syri*
*Qui duas aut tres minas auferunt heris.*

M.Cicero lib.II.de Oratore. *Noſtros homines ſimiles eſſe S rorum venalium. vt quiſque optime ſciret, ita eſſe requiſitum Natione enim ſerui hi meliores ſunt illi peiores.* Varro: *Atq in hominibus emẽdis ſi natione alter eſt melior emimus plur* Lucil.apud Nonium Verſipellis. Petronius: *Ad quẽ ictum clamauit illa pariterque & fures prodidit, & partem ebri excitauit. Syri illi qui venerant ad prædam, poſtquam ſe d prehenſos intellexerunt, pariter ſecundum lectum conſider vt putares hoc conueniſſe, & ſtertere tanquam olim dormie tes cœperunt.* Martialis.

*Vt Canaſinatus noſtro Syrus aſſere ſedet.*

Nequitia itaque Syrorum locum prouerbio dedit, nam S donius, qui omnia hic contraria vult eſſe, dicit Syros pſalle & quaſi laudabilem operam nauare, cum publica fama al ſedebat, eos numquam niſi nequiter agere.

*Litteris fœderati* ] omnium hæc veterum librorum lect eſt, quam non intelligo. in textum tamen reciſcere Pij prob bilem



bilem coniecturam, quam etiam Lugdunenſis editio ſecuta eſt, non volui.

*Pilæ ſenes* ] Petronius: *Videmus ſenem caluum tunica veſtitum ruſſea inter pueros capillatos ludentem pilis,* Plinius. Epiſt.I.lib.3. *Deinde mouetur pila vehementer & diu, nã hoc quoque exercitationis genere pugnat cum ſenectute.*

## EPIST. IX.

*Rebus actitandis* ] litibus Iuriſconſulti cum lite coniungunt Impp. in l.IX.ff.ſi defunctus.C.de ſuis & legitim. Adelph. Terent. *Rem ipſam putemus.* Donatus: *Cauſſam ipſam litis dicit.* Aliud eſt res lib.I.apud Arnob.quam ſignificationem ſi adnotarem non tanti mihi eſſet: niſi ſimul maculam, quæ in loco inſidet ſtuderem eluere, ait igitur religionis Chriſtianæ propugnator maximus, vt quidẽ vulgo legitur: *Quemadmodum enim res agi, & vſque ad hoc tempus genus qui durarent mortalium, ſi non omnia quæ vſus poſceret adminiſtraret fertilitas rerum.* Nullo ſenſu quis non videt? & ineptiſſima verborum ſtructura, quapropter animus inclinabat legere: *Quemadmodum enim res augeret, & quomodo,* inquit, quotidie res hominũ augeretur & eorum genus duraret, ſi rem ipſa fertilitas non quotidie, quæ vſus exigeret, ſuppeditaret. Scripſi his verbis: quemadmodũ, quomodo vides in Plauto Bacchidibus: P. *Qui ſcire poſſum?* C. *Nullus plus.* P. *Quemnam admodum.* l.vij.de dolo. *Quem ad modum de dolo actio dabitur.* Res augeret, ſequitur pro augeretur, quod vel de triuio diſces & rem etiam eodem modo accipio, quo idem ait M.Plautus Amphitruone, ſignificatione ſatis vulgari:

*—— libertas, ſalus, vita*
*Res, parentes, patria, & prognati tutantur, ſeruantur.*

Cicero lib.II.de repub. *Quod tunc erat res in pecore, & locorũ poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi & locupletes vocabantur.* Et multis alijs locis. vt hic res mortalium humana res Lactantio lib.7.c.6. ſed & rem augere, vt correctio noſtra nullo in dubio ſit, dixit M.Tullius pro Rabirio: *Ita vt in augẽda re non auaritiæ prædã. ſed inſtrumentũ bonitati quærere videretur.* Reſtituendus ille loquẽdi locus quãdoquidẽ ſemel nobis excurrere meruit, Lactantio, ſeu potius, Annæo Senecæ ab eo laudato lib.3.c.15. *Facit ſapiens etiã quæ non probabit, vt etiã ad maiora tranſitum inueniat, nec relinquat bonos mores, ſed tempori aptabit, vt quibus alij vtuntur in gloriã aut voluptatem vtatur augendæ rei cauſſa.* Male enim agendæ excuditur.

Adde

Adde hac phraſi vſum etiam ipſum Arnobium lib. II. *Quod cum genera pœnarum tanta ſint à nobis propoſita religionis huius ſequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas atque interdicta formidinũ animoſius populo obnitatur.* Sed iam ad noſtrum redeundi tempus.

*Ianuam campumque patefecit* ] Catullus:

*Is laxum lato patefecit limite campum.*

Propertius;

*Et campum Hemonio, iam dare tempus equo.*

minuta hæc, at elegantia tamen ipſe epiſtol. II. *Multis Satyris hoc iurgio campus aperietur.* Plinius epiſt. I. lib. 18.

*Cúmque ſemper domeſticis candidatis diſtringeretur* ] ſic MSS. omnes vulgò diſtraheretur. iſtud à Plinio & Symmacho mutuatus eſt noſter. Epiſtol. lib. v. Epiſt. v. ad Maximum: *Quamuis enim agendis cauſſis diſtringerer.* & libr. Epiſt. x. *Nam diſtringor officio, vt maximo ita & moleſtiſſimo.* Adde lib. IX. Epiſt. XIII. & ideo recte legitur in PP. Florent. apud Paulum in l. XVI. de rep. *quod ſine vlla diſtrictione ipſius,* & Caius l. XXV. D. quib. ex cauſ. maiores, *quod multitudine rerum diſtringeretur.*

*Coruinorum familia Deicana preferebatur* ] pete lucem ab hiſtoria, quam Titus Liuius lib. VII. tractat.

## EPIST. XI.

*Grammaticam vel ſalutanti* ] ſic ſcripſi cùm omnes ferè libri Grammaticum ſalutanti haberent: vulgò Grammatico, vel ſaltem vati: quod etiam ferri poteſt.

*Quod me ſiniſtra* ] Lego: quo m. ſ.

*Catullinus* ] Ad quem carmen XII. ſcriptum eſt.

*Qui ad Gallias adminiſtrandas faſcibus priuſquam codicillis auſus accingi* ] mandabantur officia in codicillis. Tacitus lib. xiij. Annal. *Scriptis eſſe ad Cæcinam Tuſcum codicillis mãdata ei prætoriarum cohortium cura.* Hermogenianus I.C. *Adminiſtrantes res principum ex indulgentia ipſorum licet citra codicillos à tutela, itémque cura tempore adminiſtrationis delata excuſatur.* Vide plura, ſi vacat ad eum quem laudaui Taciti locum, apud acutiſſimum antiquitatis omnis indagatorem I. Lipſium quem non ex ſcribo Gregor. Turonenſis lib. II. cap. xxxiij. *Ab Anaſtaſio Imperatore codicillos de conſulatu accepit.*

Num-



*Numerariorum* ] ad hunc locum vide accuratiſſimum Iuriſconſultum B. Briſſonium de verborum ſignificatione libro xij.

*Fugere poſt ſtatuas, oculi poſt columnas* ] Cuiacius libr. I. cap. XIII. lib. II. cap. vlt. Obſeruat. Briſſon. Select. Antiquit. Alciat. parergis.

*Cathedrarios ſeruos* ] Cathedralicios Martialis vocat libr. X. Epig. XIII.

*Cum cathedralicios portet tibi Roma miniſtros.*

*Et Libys in longo puluere ſudet equos.*

quos aliter ibi explicare fruſtra meo animo conatur Turneb. lib. XXX. cap. XXX. quod ex hoc loco puto liquet.

*Poſtridie iuſſit Auguſtus vt epulo ſuo Circenſibus ludis intereſſemus* ] inter varia epulorum publicorum genera accurate de hoc diſſeruit P. Faber Semeſt. lib. 2. cap. 6. quo referendus hic Fl. Voſpici locus in Aureliano: *Dabis ad editionem Circenſium aureos Antonianos.* & paulo poſt. *Conuiuiũ autem publicũ edi iubebit Senatoribus, Equitibus Romanis.* & quæ ſequent.

*Obtigit* ] fere omnes libri: Attigit, ſi quid mutandum legerim: accidit, ſed nihil hoc neceſſe.

*Caſſauerimus* ] deleuerimus. ſic Virgil. I. Æneid.

*Caſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.*

Panegyrico Auiti:

*Littera Romani caſſat, quod barbare vincit.*

*Tanquam manibus aquam peterem* ] de veterum lotione crebra accurate Lipſius Saturn. lib. II. cap. I. quo etiam refero illud Senecæ Epiſt. LXXXIIII, *Panis deinde ſiccus & ſine menſa prandium, poſt quod non ſint lauandæ manus.* Lamprid. Heliogabalo: *Et manus quaſi comediſſent lauarent.* &: *cum & lauarent per ſingula fercula.*

*Ad exertum præbere ceruices iuſſa mucronem* ] Prudentius περὶ ϛεφάνων Hymno I.

*ſeu foret præbenda ceruix ad bipennim publicam.*

*Etiamnum chlamidibus induebamur* ] de cœnatoria veſte accurate & docte, vt ſolet I. Lipſius Saturnaliorum libr. I. cap. I.

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS EPISTOL. LIB. II.

## NOTÆ.

### EPIST. I.

*Catilina ſeculi noſtri vt ſanguinem fortunáſque miſerorum quas ille ſibi ex parte propinauerat* ] Alludit ad illud quod illum factitaſſe his verbis narrat Salluſtius: *Fuere ea tempeſtate qui dicerent Catilinam oratione habita, cum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum: in pateris circumtuliſſe: inde cum poſt execrationem omnes deguſtauiſſent, ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri conſueuit, aperuiſſe conſilium ſuum.* Vnde paret etiam in ſequentibus noſtrum ad Salluſtij verba reſpexiſſe. Vide & Iul. Florum lib. IIII. cap. I. Iunge libr. VII. epiſt. VII.

*Litteras epiſtolas* ] ita omnes libri. poſtremum tamen, puto gloſſema. quale illud lib. I. epiſt. I. genuinum molarem. in quibus admirandus omnium MS. conſenſus.

*Altaria reis* ] Tam ſanctæ Romanorum aræ & templa erant, vt abripi inde neminem fas eſſet. quod copioſe docuit Reuardus noſter Var. lib. I. cap. VI. Addatur locus Plutarchi ex problematis, qui ita habet: ὅτι μάχιμον ὄντα τὸν κύνα τῶν ἀσύλων καὶ ἁγίων ἐξείργουσιν ἱερῶν, ἀσφαλῆ καταφυγὴν τοῖς ἱκέταις διδόντας.

### EPIST. II.

*Iam ver decedit æſtate* ] Symmachus lib. II. Epiſt. VI.
*Aeſtas propè deceſſit auctumno.*

*In carbaſo ſudat vnus. alter in bombyce.* ] Ex illis veſtes fiebant, quas pellucidas Latini vocabant, de quibus abunde à doctis dictum. inde, Propertius:
*Nec ſi qua Aſſyrio lucet bombyce puella.*
——— vocant Græci. Vide Petr. Fabr. lib. I. Semeſt

*Endromidatus exterius* ] de Endromide cæperat dicere hoc loco Pius, pergam ego ad frigus defendendum veſtem fuiſſe rectè ille ex Martialis Epigrammi. CXXVI. lib. XIV. adſtruit. Tu adde eiuſdem ad pleniorem intelligentiam auctoris lib. IV. epig. XIX. quod quia prolixius eſt non adſcribo, dixit Iuuenalis Saty. VI. Endromidas Tyrias, cuius locum cum illo Martialis confer. Idem Iuuenalis Satyr. III.
*Nec dolet igniculum brumæ ſi tempore poſſis,*
*Accipit Endromidem* ———



*Samia mihi mater fuit* ] Terentius:
T. *Samia mihi mater fuit. ea habitabat Rhodi.*
P. *poteſt taceri hoc* ———
Vbi Donatus notat: Peregrinas ſemper in cōmœdijs eſſe ſolere meretrices, vt in Andria: Adeone eſt demens ex peregrina ego obſeruaui aliquoties Samias, vt illo loco, Plautino, Bacchidibus.
*C. Eho, an inueniſti Bacchidem P. Samiam quidem.*
*C. Vide quæſo ne quis tractet illam indiligens.*
*Scintu vt confingi vas cito Samium ſolet.*
Iocolariter, vt & hic Sidonius, qui Domitium, vt pote Grammaticum ridet.

*Quis ſit agri in quem vocaris ſitus* ] Prædij hæc deſcriptio ad imitationem Plinianam, quæ eſt in lib. II. Epiſt. XVII. & li. V. Epiſt. VI. concinnata eſt, multa ex ijs petita ſunt: annotabimus quædam ſuis locis lucis cauſſa.

*Aquarum cella coctilum* ] Plinius: *Inde balnei cella frigidaria ſpacioſa & effuſa.*

*Vnguentarij ſpacij* ] Plinius, Vnguentarium hypocauſtum.

*Solij capacis hemicyclio* ] ita omnes libb. M. Cicero hemicyclum dixit Lælio: *Domini in hemicyclo ſedente.* Plinius epiſt. VIII. lib. V. *Rectus hic Hippodromi limes, in poſtrema parte hemicyclo frangitur.*

*Publicis operibus extructus* ] Plinius: *Cryptoporticus prope publici operis inſtar extenditur.*

*Tot poſſit recipere ſellas* ] Plinius: *Lectum & duas cathedras capit.*

*Quot ſolet ſigma perſonas* ] Octo vt hic Pius ex Martiale, vel ſeptē, vt ille idem auctor lib. x. *Septem ſigma capit, ſex ſumus adde Lupū* Sidon. Carm. XXII. *mos erat hic Dominis hybernū ſigma locare*, quod ita vocaretur, quod Plauto Bacchidibus Bicliniū eſt, expoſuit Lipſ. Antiq. lect. lib. III. minus

 rectè

recte Lampridij locus Heliogabalo poſſit arguere. *Primus denique*, inquit, *inuenit ſigma in terra ſternere, non in lectulis, vt à pedibus vt res per pueros ad reflandum ſpiritum ſoluerentur.* quæ verba, mihi Sybillæ folia, exponam Deo faciente commodius alibi. meminit ſigmatis idem Lampridius in eadem vita locis duobus, quorum alter notatus à Lipſio: alterum non pigebit adſcribere. *Cum capi non poſſunt omnes vno ſigmate, vt de his omnibus riſus citaret.*

*Non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis proſtat hiſtoria* ] vt ferè fieri aſſolet, & præcipue in minus honeſtorum hominum domubus. vt apud Terent. Eunucho Act. III.ſc.V.

*——— ibi erat pictura, Iouem*
*Quo pacto Danaes miſiſſe aiunt in gremium imbrem aureū.*

& quæ ſequuntur. improbat hoc Symmachus 6.50.

*Et fallaci aſpectu paries pictus rutilus.*

Frequentes erant tales tabulæ & imagines Propertij tempore: vt ex eius querela conſtat, verba adſcribam.

*Non iſtis olim variabam tecta figuris,*
*Cum paries nullo crimine pictus erat.*

*Iam ſi marmora inquiras* ] Moleſtus eſt ſæpe nobis vſque ad nauſeam ſua affectatione Sidonius. Enumerat loca aliquot marmoris melioris feracia: quorum pleraque in auctoribus obuia; non omnia tamen.

*Paros* ] Nihil huiuſmodi marmore frequentius, adſcribam tamen de hoc Alexidis verſus lepidiſſimos, Archilocho:

*ὦ τὴν εὐτυχῆ ναίων Πάρον ὄλβιε πρέσβυ*
*ἣ καλλιστὰ φέρει χώρα δύο τῶν συμπασῶν*
*κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον θνητοῖς δὲ πλακοῦντας.*

*Caryſtos* ] Varia de hoc etiam ſcriptorum verba omitto duo proferam. Lucillius dixit ideo:

*Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.*

& Plinio Epiſt.VI.

*Columellæ Cariſtiæ.*

*Proconeſos* ] ſic ſcripſi ex Stephano, qui ait: Προκόννησος μία τῶν σποράδων ἐν Προποντίδι. & ita Pompon. Mela lib. II.cap.VII. Strabo lib.XIII. de marmore. cuius hæc inſula ferax; nihil mihi lectum. fit tamen veriſimile Pl n.lib. .V.cap.XXXII.

*Numida* ] Pl.lib. XXXVI. c.VI. Paneg. Maior. *Numidū lupu.*

*ſpartiæ*



*Spartiatæ* ] Ad Panegyr. Maioriano dictum.

*AEthiopices ſcopulos* ] Alte & manifice illi ex lapidibus exſtruebant ædificia & templa. Hellanicus Æthiopicis: αὐτῇ θεῶν ὁμήγυρεις καὶ ἱερὸν μέγα καὶ ἄλσον ἐν μέσῃ τῇ πόλει λίθινον καὶ θύρετρα λίθινα. Panegyrico Maioriano dicto:

*Conſurgit ſolium ſaxis: qua cæſa rubenti*
*Aethiopum de monte cadunt, vbi ſole propinquo*
*Natiua exuſtos afflauit purpura rupes.*

Epithalamio Runcio & Iberiæ:

*Hinc lapis eſt de quinque locis dans quinque colores*
*Aethiopis, Phrigius, Parius ———*

*Aedificiorum purpuras* ] Puteani libri lectio eſt: apſidas. cui ſupraſcriptum eſt, vel piramides. nihil in contextu mutare voluimus, quod omnes reliqui libri conſtanter vulgatæ lectioni conſentirent, ſi autem quis apſidas, malit (nam illud piramides gloſſema eſt) non abſurde quantum ego iudico facturus videbitur, ſiquidem Plinij auctoritate nixus, qui id verbi in Epiſtolis vtitur alieniore tamen ſenſu. *Cubiculum*, inquit, *in apſida curuatum.*

*Supercilio montis* ] Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: *Supercilia de quibus mentionem habui, ſi fruem faciet, intuendum erit in quantum ſpatij deuexitas extendatur: ne mons ſupercilium ſit*; & alijs eodem in libro locis plurimis. ita exaudiendum apud T.Liuium vbi eſt: *Ipſe expeditos qui pridie ſtationes hoſtium perpulerant, ad leuem ac maturam in ſummo ſtantem ſupercilio ducit.* Noſter lib. III.epiſtol.XII. *E ſupercilio vicini collis.*

*Columnis inuidioſa nobilibus* ] monibilibus: alius, mobilibus; ego ita reſpoſui, vt expreſsū vides, ex optime notę mēbranis.

*Notæ breuiatis* ] fortaſſe legendum: modo breu. error ex compendio. modo ex quo tā facile, nō quam modo imperiti expreſſerunt librarij, multa eo pacto emendauit præclare P.Faber Semeſt.lib.I.

*Salares* ] Ioſ.Scaliger Auſon.lect.lib.I.cap.III.

*Fiſtulæ Septiforis* ] Virgil. ecloga II.

*Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis*
*Fiſtula ———*

*Tintinnabulatos greges* ] Recte ita conexi. Tintinnabula in pecoribus vulgo nota. alluſit ad ea Plautus Pſeudolo.

*——— Cainos inde accerſam duo cum tintinnabulis*
*Eadem duo greges ———*

BB 3 de quo

de quo loco Turnebus, Scaliger, Muretus.

*Depaſta buceta* ] M. Varro libris rerum humanarum: *Quorum in Italia magna copia fuit bucetáque in ea terra gigni paſciq; ſolita ſunt compluria.*

*Ventis motantibus*] Virgil. ita.

*Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras,*
*Siue antro potius ſuccedimus.*—

*Spumoſo caneſcit impetu*] ideo recte apud Catull. eſt:

*Totáque remigio ſpumis incanuit vnda.*

Minutius Felix Octauio: *Fluctus ſpumoſos canóſque vocat.* Val. Cato Diris:

*Et fas cum cinerem canis exhauriat vndis.* Plinius lib. VI. epiſt. XXXI. *Vaſtus illic fragor, canumq; mare.*

*Viuum & circumlaticium carcerem*] vt apud Horat.

*Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam*
*Repſerat in cumeram frumenti, paſtáque rurſus*
*Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra.*

*Drepanitanum agonem Troianæ ſuperſtitionis* ] vide Virgil. Æneid. 5. & in eum Seruium, Scaligerum Auſon. lecti. cap. XI. lib. I.

*Non paginam quæ ſpacia deſcribit, ſed villam quæ deſcribitur ſpacioſa grandem pronunciabunt*] Plin. lib. V. epiſt. VI. *Non epiſtola quæ deſcribit, ſed villa quæ deſcribitur magna eſt.*

## EPIST. IV.

*Niſi aſſenſum tuum*] vide l. XXXV. C. de Nuptiis.

## EPIST. V.

*Petronio*] lib. quidam: Explicio, & veriſimile mihi fit argumēto epiſtolæ huiuſce lib. VII. ad quem ea eſt, hanc etiam ad eundem ſcriptum fuiſſe.

## EPIST. VII.

*Et hoc ipſum quod copiam tui iurgantibus difficile concedis, iudicium eſt bene iudicaturi.* ] Nam vt Vlpianus ait, ille hoc ipſo ſuſpectus eſt qui operam ſuam ingerit inuito. l. XXV. D. de procuratoribus.

*Vt vtrimque fuerint oppoſita diſcingas*] ita lib. III. epi. IX. *Sed ſi inter corā poſitos æquanimiter obiecta diſcingitis.* vnde etiam recte nos repoſuiſſe liquere puto, ita fortaſſe emēdanda l. XVI. de recept. qui arb. vbi pro diſtinctione, aut vt alij libri diſtrictione nō abſurde fortaſſe diſtinctione legatur, quod confirmat locus emendandus lib. IX. epiſto. III. *In quibus tu merus arbiter ſi rem ex aſſe diſcingas.*



## EPIST. IX.

*Culina fumaret* ] Virgil. Ecloga I.

*Et iam ſumma procul villarum culmina fumant.*

*Tanquam ſcæuus cauendúſque tractator* ] ita repoſui libris omnibus auctoribus cum ſæuus in omnibus excuſis ſit, quod ſæpius in aliis etiam auctoribus accidiſſe monſtrabo. *Scæua res*, inquit Feſtus, *dicitur mala: quaſi ſiniſtra.* σκαιὸν enim Græcè ſiniſtrum dicitur: exempla in mundo. Symmac. lib. III. epiſt. LXIX. Gell. lib. VI. cap. II. Salluſt. *Quæ cūcta ſcæuus ille Romulus quaſi externis rapta tenet.* Seruius in 3. Æneid. *Scæua porta dicta eſt, non à pugnis ante ſe factis ſcæuis, id eſt, malis, nec ab itinere, ingreſſis ſcæuo, id eſt, ſiniſtro.* Plinius Secundus Panegyrico Traiano dicto: *Non ſpoliarium ciuium cruentarúmque prædarum ſcæuum receptaculum.* Arnobius aduerſus gentes lib. V. *Ne ſcæuus aliquis nuptialia interrumperet gaudia.* & hæc exempla adferimus præter ea, quæ alij notarunt, vt Turnebus qui id verbi Vitruuio & Gellio aduerſ. lib. XXX. cap. XXXVI. reſtituit, & V. Giſelinus noſter mihi inter paucos amiciſſimus Sulp. Seuero ſuo, reſtituendum ego puto Lucillio lib. XXX. Satyrarum.

*Idq; tuis ſcæuis factis, & triſtibus dictis.*

alij male apud Non. ſæuiſ. eodem errore legitur. & Iuuenal. Saty. V.

—*Scæua dignum veráque charybdi*

vti poſtea apud Priſcianum lib. VII. in veteribus libris legi repperi reſtituerem etiam Gregorio Turonēſi, ſi fortaſſis tanti eſt lib. V. cap. XXV. *Et totis ſe Imperatoris præcordiis immittet ſcæua malignitas*, vbi vulgo, ſæua, & Plauto Rudente:

*Tempeſtate ſcæua experiri expetiui paupertatem heri, qui*
*Et manu ſimul tolerarem*—

vti etiam Ciſtellar. Scena VII. & Symmacho lib. X. epi. XLIV. Non bene Nonius obſcæuandi verbum apud Plaut. Aſin. exaudit, tanquam à ſcæuo deriuatum, cum potius obſcenādi, quod

quod in veteribus pleriſque eſt editionibus retinendum ſit, verba ponam:

*Metuo ne ille obſcenauit*, inquit, *mea falſa fallacia*, ab obſceno videlicet omine quod infelix erat. Varro lib. VII. de lingua Latina: *Quare quod dixi ſcæuum bonum omen eſt, obſcenum verò turpe.* Æneid. lib. III. & XII. *obſcenæ volucres*, Seruio interprete ſunt quæ aduerſa canendo ſignificāt. Gell. lib. XIII. cap. XIV. *Omnes qui pomærium protulerunt, idcirco montem iſtum excluſerunt, quaſi auibus obſcœnis ominoſum.* Arnob. lib. I. *Nec aduerſus ſpes bonas mali ominis obſcœnitate traducor.* Attius Oenomao:

*——ominibus fauſtis auguſtam adhibeant*
*Fauentiam, ore obſcœna dicta ſegregent.*

ita enim illa apud Nonium legenda ſunt, & eiuſdem verſus ſunt Aſtyanacte apud eundem litteratorem, quæ huc quia faciūt & corruptiſſimi legūtur, vt à me correcti ſunt proponā:

*——hunc extipiſcem*
*Regionum fac deſiſtat. aſt exercitum*
*Morari, nec me ab domuitione arceat*
*Obſcœno omine——*

Scio quid alij tentauerint, quæ videbis ſi vacat, & ſi tanti eſt. Senſus planus: hunc, inquit, fac Aruſpicem Regionum: ſed ne me hic diutius moretur, & obſcæno omine reditum in patriam impediat. Et hæc hactenus.

*Multas epulas paucis paropſidibus apponi*] alij libri parapſidibus habent, ſed vtriuſque ſcripturæ apud bonos auctores exempla. Phrynichus: Παροψὶς τὸ ὄψον ἐχὶ ἢ τὸ ἀγγεῖον, τοῦτο δὲ τρυβλίον. quæ ex Athenæo ſunt lib. IX. ſtatim in principio, vti de hoc nomine Xenophon de Cyri inſtitutione lib. I. Προσάγειν αὐτῷ παροψίδας καὶ παντοδαπὰ ἐμβάμματα καὶ βρώματα. Ex Latinis Suetonius Galba cap. XII. *Parapſidem leguminis pro ſedulitate porrexiſſe.* Vlpianus l. XIX. §. idē Celſus. D. de auro & arg. leg. *Nec aurea emblemata quæ in parapſidibus argenteis ſunt*, vt recte in veterib. libris ibi eſt. Iuuen. Saty. III.

*——quam multa magnáque paropſide canat.*

Memini me hoc nomen apud Iſidor. legiſſe, ſed non lubet περιττολογεῖν.

*Quia nec facile crebro cubilium noſtrorum inſtrumenta circumferebantur*] fuiſſe apud veteres lectos exemptiles portatiléſque hic locus arguit: vt & ille Terentij Heauton. Act. V. ſc. I.

Eſt



*Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro,*
*Huc eſt intro lectus latus veſtimentis ſtratus.*

& ille Homeri Iliad. ψ.

Ἔνθα αἱ ἐκθεῖσαι πυκινὸν λέχος ἐμβαλέτ' εὐνῇ
Κώεα καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

*Cilicum velis*] Vlpianus l. XVII. §. quæ tabulæ. D. de action. empt. Cilicia vela de iis Varro li. II. cap. XI. de re ruſtica. Virg. Georg. III. & in eum Seruius. Adi Iſidor. Orig. lib. XIX. cap. XVI. Siſenna hiſtor. lib. IV. apud Non. Centones. Aſcon. in III. Verr. *Cilicia texta in vſum caſtrorum atque nautarum.* ...titur Columella lib. XII. cap. XLVI.

## EPIST. X.

*Quod literas amas*] Epiſt. XXII. lib. VI. *Vir magnificus Heſperius, gemma litteratorum amicorúmque.*

*Curuorum hinc chorus Helciariorum*] hic verſus & ille qui ſtatim ſequitur, ad illorum Martialis imitationem facti ſunt:

*Quem nec rumpere nauticam celeuſma,*
*Nec clamor valet Helciariorum.*

Ad celeuſma ſiue hortamentum remigabant, Martialis:

*Lento figitis ad celeuſma remos.*

Intellexit Seneca epiſt. LVII. *Sed cum me ſic ad omnia iſta durraui, vt audire vel Palinurum poſſim acerbiſſima voce remigibus modos dantem.* Virgil. Æneid. VIII.

*—& tacitis incumbere remis.*

in quæ Seruius: *pro ipſi taciti: id eſt ſine celeuſmate.* Hortari id, & ipſi Hortatores dicti Æneid. V.

*Hortatúrque viros, clauúmque ad littora torquet.*

Idem Grammaticus: *Dicit celeuſma: nam hortatores dicūtur.*

## EPIST. XIII.

*Cur per ampliſſimos*] quidam, quod at nihil muto: ita reperi lib. I. in veteribus libb. *Cur veternoſum dicendi genus imitaretur, oratorum ſimiam nuncuparunt.* Ita Gregorius Turonenſis lib. II. cap. II. *Cur faciles res ſequeretur arguebatur.*

*In arcem præfectoriam, patriciam, conſularémque*] eo ordine lib. V. epiſt. XVI. *Vt ſicut nos vtrumque familiam no-*


ſtram

*ſtram præfectoriã nacti, etiam patriciam diuino fauore vid. didimus: ita ipſi quam ſuſcipiant patriciam, faciant conſu. larem.* Vide P.Fabri ſemeſt. lib.I. cap.II.

*Principatus paulo amplius quam bimeſtus*] at Paulus VVa. nefridus lib.VI. *Mortuo Valentiniano regni iura Maximus in. uadens apud vrbem, nedum duobus expletis menſibus, à Ro. manis peremptus eſt.*

*Damocles*] de eo Cic. Tuſcul. V.

*Aureo lecto*] ſimili modo Virgil. vt Æneid.

*Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura, cadenti*
*Imminet adſimilis: lucent genialibus altis*
*Aurea fulcra thoris, epulæq; ante ora paratæ.*
*Regifico luxu*——

*Peregrinos odores*] vt Plautus Moſtell. *vnguenta exotica*

*Mucro diſtrictus*] de eo Horat. Ode III. lib.I.

*Diſtrictus enſis cui ſuper impia*
*Ceruice pendet, non Siculæ dapes*
*Dulcem elaborabunt ſaporem*
*Non auium citharæq; cantus,*
*Somnum reducent*——

## EPIST. XIV.

*Tunicata quiete*] lib.V. epiſt.VII. *Tunicatis ocia.*

---

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS EPISTOLARVM. LIB. III.

## NOTÆ.

## EPIST. I.

*Sororiæ hæreditatis duo conſortes*] ita vocantur etiã à Iuriſconſul. noſtris, quos cohæredes vulgari ſermone dicimus. Non. Marcellus vult, eoſdem veteribus particulones dictos, quod partes patrimonij ſumãt, adfert exẽplum è Pomponio; quod



quod quia ab alijs, ſæpius tentatum eſt, nec dum tamen, vt mihi quidem videtur, perſanatum, ita vt in vett. libris rectè legi cenſeo proponam:

——*age modo,*
*ſta, garri, particulones producam tibi.*

*Ad tuum patrocinium, vel ob tuum patrimonium*] ita ſupra lib.II. epiſt.XIII. *Patrimonia & patrocinia florebant.*

*Septimaniam*] Ioſephus Scaliger Auſonia. lection. lib.I. cap.XXIV.

## EPIST. III.

*Terra quæ genuit*] Cic. lib.II. de legib.

*Aliquot millia Gothorum*] Narrat Gregorius Turonenſis lib.II. cap.XXIV.

*Quibus nec euolutis veſtimenta, nec veſtitis ſepulchra tribuebant*] pro euolutis, quod ex Iac. Bongarſij libro, cuius mihi copiam fecit ad omnem humanitatẽ factus Iuuenis, Hieronymus Groſlotius Liſtæus, audacter reſtitui: *elutis* cum vulgatis reliqui MS. retinebant. at rectè me illud repoſuiſſe puto hoc ſenſu: nec, inquit, nudatis planè veſtimenta, nec veſtitis ſepulchra tribuebant. Nudatis dico, id enim valet, euolutus. M. Cicero lib.II. de Oratore: *Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis diſſimulationis tuæ nudatúmque perſpicio.* Veſtibus porrò pretioſis ſecundum dignitatem vniuſcuiuſque, inuoluti, vel comburebant, vel etiam ſepeliebantur: in quam rem quæ præter alios collegi proponã. Marcianus Iuriſc. l. CXIII. §. vlt. de legatis lib.I. *Ineptas voluntates defunctorum, veluti veſtes, aut ſi qua alia ſuperuacua in funus impendantur.* Virg. lib.VI. Æneid.

——*Tum membra thoro defleta reponunt*
*Purpureaſque ſuper veſtes velamina nota*
*Inijciunt*——

Ad hunc morem reſpexiſſe videri poteſt Appianus in Iberica vbi de pompa funebri Vriathi. Οὐρίαθον δὴ λαμπρότατα κοσμήσαντες, ἐπὶ ὑφηλοτάτης πυρᾶς ἔκαιον, & Plutarchus in Romanis. quæſtio. ait ideò fœminas in veſtibus albis lugere ſolitas, καθάπερ τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος ἀμφιεννύουσι λευκοῖς. Ad hunc morem hæc notabam. De ornamentis vna cum defuncto in ſepulchro poſitis alij dixerunt. hoc me monere fugerat in quibuſdam libris. elotis pro euolutis legi: quod etiam verum eſſe poteſt, ſed non æquè bene ſi Sidonium

Sidonium recte noui. Si aliquis tamen malit, poterit defe... vt ad lauationem cadauerum referatur, quæ veteribus ſ... lemnis. Virg.

*Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis*
*Expediunt, corpuſque lauant frigentis & vngunt.*

Vbi lege Seruium. Ennij veteribus recentibuſque iacta... verſiculus, ad cuius imitationem ille Virgilij eſt, id etiam ... dicat:

*Ex in Tarquinium bona fœmina lauit & vnxit.*

Arnob. lib. v. *Priuſquam veſte velaret ac fugeret, lauit vig... balſamis atque vnxit:* & hæc ad hunc locum dicta ſufficie... plura dicant illi qui de re funebri commentarios promi...

## EPIST. VI.

*Non poſſe potius, quam nolle conſcendere*] vetus liber c... cedere, ex quo vide num cõtendere legi poſſit: ego puta...

## EPIST. VIII.

*Neque ſi Romana*] Sic C. Tacitus de claris oratorib.
*De te ad te mihi ſermo eſt*] Cic. Academicis.

## EPIST. XII.

*Humatis quæ ſuperducitur*] Cicero lib. II. de legib. *ſubd... cta tellus, &c.*

*Tam per æquata, quam per abrupta*] ita ante nos P. Fab... ſemeſtr. lib. I. vide Cuiac. Obſer. lib. XII. cap. V. vbi ſimiles lo... quendi formulæ.

*Pronuntians more maiorum*] ita in ſententijs pronuntia... dis fieri ſolet. Salluſtius Catilinaria: *De confeſſis ſicuti de ma... nifeſtis rerum capitalium more maiorum ſupplicium ſume... dum.* Varro ſexageſi. *Vix hæc fatus erat, cum more maior... de ponte in Tiberim deturbant.* lege Valerium Max. lib. ... cap. VII. Tacitus lib. XX. Annal. *Elanguimus, patres conſcript... nec iam ille ſenatus ſumus, qui occiſo Nerone delatores & mi... niſtros more maiorum puniendos flagitabat.* Suetonius Ne... rone cap. XLIV. *Legitque ſe hoſtem à ſenatu iudicatũ, & qua... vt puniatur more maiorum.* & Domitiano cap. XI. *Vt etiam... more maiorum puniendi condemnarentur.* Apuleius lib. I... Meta...



...etamorph. *Extremæ pœnæ, quæ more maiorum in eum com... ...* Sunt & infiniti alij quam Ciceronis tam Liuij loci, quos ... congerere otio eſſet abuti.

*Videri*] id etiam in ſolemnibus formulis verbum iudicum ... arbitrorum, vt in l. XXI. in princip. de recept. qui arbitr. *Si ... iter ita pronunciaſſet, nihil videri Titium debere Seio.* Se... ...a lib. I. Natural. quæſtion. *Auguſtus non pronunciauit iure ... ...m videri* Apuleius Apolog. I. *Cum Lollius teſtamẽtum ve... ... videri de conſilio conſularium virorum pronunciaſſet.* Va... ...s Probus in Notis. I.C.E.V. *Iuſta cauſa eius videtur.* Iu... ...onſultis etiam in reſpondendo familiare eſt. Vlpianus. l. ...II. §. ſi ea perſona. D. de lib. cauſſa. *Et ſi cognouerint pro... ...tiare debebunt. Seruum eius non videri.* item: *parum ca... ...ſe videri pronunciet Senatus.* Cuiac. Obſeru. lib. 3. cap. 26.

*Quadratario*] Briſſonius de verb. ſignif. lib. XV.

*Poſt prætoria recta Galliarum*] Ad epiſt. III. lib. I.

*Magnum Alexandrum parentaſſe manibus Achillis*] in eius ...ta Plutarchus: καὶ τοῖς ἥρωσιν ἐπέσπεισεν. τὴν δὲ Ἀχιλλέως στήλην ...αλειψάμενος λίπα, καὶ μετὰ τῶν ἑταίρων συναναδραμὼν γυμνὸς, ὥσπερ ...θος ἐστὶν ἐστεφάνωσεν.

*Iulium Cæſarem Hectori*] Suetonius cap. VII.

## EPIST. XIII.

*Vmbris maſtificata carnalibus*] Apuleius Apolog. I. *Tertiũ ...endacium fuit macilẽtam, vel omnino euiſceratam formam ...laueris fabricatã prorſus horribilẽ & laruatẽ.* in Priapeijs:

*Ad me nocte ſolet venire, & affert*
*Pallorem maciemque larualem.*

*Reliquam ſui molem*] legebam. *ſuis molem* id eſt, porci, quo ...omine obœſi & pingues notantur. Panegyrico Maioriani ...bi obeſum depingit: *Par eſt vita ſuis* —— Varro Prome... ...eo lib. I. *In tenebris viuunt, niſi nonforum hara, atque ho... ...nes qui nunc plerique ſues ſunt exiſtimandi.* Non. in Hara. Horatius:

——*bene curata cute viſes*
*Si ſpectare voles Epicuri de grege porcum.*

*Alarum ſpecubus hircoſis atque areſcẽtibus latera captiua ...llatus*] Liber vnus pro areſcentibus, accreſcentibus habet. ...lgares vt etiã quidam veteres, areſcentibus. Gemina ſunt ...s omnibus illa Catulli, quæ quia huc pertinent adſcribam:

*Lædit*

*Lædit te quadam mala fabula, qua tibi fertur*
*Valle ſub alarum trux habitare caper.*
*Hunc metuunt omnes: neque mirum: nam mala valde eſt*
*Beſtia, nec qui cum bella puella cubet.*
*Quare aut crudelem naſorum interfice peſtem*
*Aut admirari deſine cur fugiam.*

Et hinc Plauti iocus Pſeudolo, doctiſſimo Turnebo ex membranis recte emendante. *Sed iſtic ſeruus ex Caryſto qui aduenit quid ſapit?* CH. *Hircum ab alis*. Sed pro areſcentibus, quod in locum eius facilè ſuccedit legerim, fraceſcentibus, id eſt, putreſcentibus. vide Nonium in Fraceſcere. Columell. lib. Catonem cap. CXXVIII.

*Oſſuum ramoſa compago*] ita habet diſertim liber Bongarſij, non oſſiũ, quod magis mihi placet, & neſcio quomodo auribus melius ſonare videtur. at non à nominandi caſu τῷ os ſed oſſu formatum hic exaudio, quod veteres ita extuliſſe Chariſius lib. I. & Priſcianus lib. VI. affirmant. quibus adſtipulatur Rhemnius Palæmon in arte Grammatica. inde apud Plaut. eſt exoſſuatus, eadem forma, qua exdorſuatus dicitur non exoſſatus, vt meo animo male in pleriſque editionibus ſcribitur. Amphitruone:

*Exoſſuatum eſſe oportet quem probè percuſſeris.*

quod ita ſcribi ipſius verſus ratio requirit.

*Spartacum*] Plutarchus in Craſſo. noſter Carm. IX.

---

IN

# C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS EPISTOL. LIB. IV.

## NOTÆ.

### EPISTOL. III.

*Diuitiſſimus*] Fateor hic quoſdam libros ditiſſimus habere, pauciores tamen, at illud in textu retinere placuit, vt probum & antiquum, in quo probando otio meo nõ abuterer, niſi quorundam ſemidoctorum ſiniſtra curioſitas id me facere cogeret. Sciant igitur illi diuitior in comparandi gradu veteribus vſurpatum. Plautus Aulularia.



*Quadrilibrẽ ollam auro onuſtã habeo quis me eſt diuitior.*

Et Pſeudolo:

*— nam hinc numquam eris nummo diuitior.*

Sed & M. Cicero de oratore: *Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrambus.* Sidonius ita diuitiſſimus formauit, ſed & diuitare pro ditare priſci dicebant: Accius Aſtyanacte:

*Nil credo auguribus, qui aures verbis diuitant*
*Alienas, vt ſuas auro locupletent domos.*

*Pauci, quos æquus amauit, Iupiter*] Ex lib. VI. Æneidos, quod ex Pindaro eſt expreſſum. is Pythijs Od. I.

ὅσσα μὴ πεφίληκε Ζεὺς

### EPIST. IV.

*In pila, in teſſeris, ſaltibus, curſu*] Hæc ferè adoleſcentium exercitia. Plautus Bacchidibus:

*Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila*
*Saliendo ſe exercebant magis quam ſcortis aut ſanijs.*

Et Moſtellaria, *— quo neque*
*Induſtrios de iuuẽtute erãt, arte gymnaſticá diſco, haſtis, pila.*
*Curſu, armis, equo.*

Et mille alia exempla, & ſuprà lib. III. epiſt. III. adde infrà. epiſt. IX.

### EPIST. VI.

*Status tantæ familiæ*] Cicero lib. I. de legib. *Agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus.*

### EPIST. VII.

*Chironomantas*] Adi Lipſium Saturnal. lib. II. cap. II. & adde illum locum Athen. lib. I. καὶ ὁ τὰ χεῖρα ὅπλων διαγρῶς, ἐπεὶ ἰδίαν αὐτῷ μοῖραν ἐδίδου.

### EPIST. VIII.

*Caterua proſecutorum*] Solebãt illi, qui in aliqua dignitate erant conſtituti, officioſè ab alijs obſeruari, coli & comitari, quod poſtremum proſequendi verbo in eam rem proprio dicebant Latini. Gellius lib. IV. c. XVIII. *Tum concio vniuerſa, quæ ad dicendam de Scipione ſententiã conuenerat, relicto Tribuno Scipionẽ in capitoliũ comitata, atque inde eũ ad ædes cum gratu*

*gratulatione proſecuta eſt.* Idem lib.XII.& lib.XV.cap.I.C.Tacitus in lib.de Claris Orator. *Quis noſtrum egregium Poëtam vel ſi hoc honorificentius eſt, præclariſſimum vatem deducit aut ſalutat, aut proſequitur.* Symmach.libro I.epiſtol.XCI. libr.V.epiſt.LIV.epiſtol.LIX.Tit.Liuius lib. II. *decedentem... mum cum fauore ac laudibus proſecuti.* Plautus, Caſina:

*—— & nouam nuptam volo rus proſequi ——*

ita & cadauer proſequi Calliſtrato l. III. de in ius vocando.hinc *proſecutores* apud Imperatores in l. IX. C.de cursu publ.Adde ex lib.VI.epiſtol.VIII. *Mercenarias proſecutiones.* Quod verò Tacitus de ſalutatoribus Gellius etiã indicat lib. XVI.cap.V.& libr.VI.cap.XX.Symmach.lib.8.epiſt.41.

*Aequora campi*] Lucretius.

*Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.*

## EPIST. IX.

*Equis canibus, accipitribus inſtituendis*] epiſt.III.lib.I. *Omitto quod hic tibi primum pila, pyrgus, accipiter, canis, equus, arcus ludo fuere.* vide quæ ad epiſt. IV. huiuſce lib. notaui.

## EPIST. X.

*Toleranter, quam libẽter accepi*] vulgo legitur magis libenter.,ſed magis,pleriſque veteribus libris abeſt: & eleganter ſubauditur,vt apud Plaut.

*Tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens.*

Moſtellaria: *Nihilo ego quam nimio amata ſum.* Iuſtinus lib. VI. *Merceturque ab his vt differant bella quam gerant.* Arnobius lib.I. *Aut non ſimillimum veri eſt.fidem vicinis & finitimis, quam ſpatiorum ineſſe longinquitate diſtantibus.* Tertullianus de Oratione,cap.VII. *Quia vult eã quam mortem peccatoris.* pro magis vult,vel mauult. Symmach. I.epiſt.LXXXIX. *Longè enim diuerſa conditio eſt fortuiti, quam affectati ſilentij.* Paulus Iuriſc.in l.II.De reb.cred. *Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie.* & alijs locis.D.quæ diligenter Ant.Auguſtinus emendat. lib. c.VIII.executus eſt.

## EPIST. XI.

*Pallium & clauam*] inſignia philoſophorũ. Hic epiſt. ... libr.9. *Tum præterea non Cæſariem paſcere, neque pallio aut claua velut Sophiſticis inſignibus gloriari.* Herodes apud Gellium: *Video barbam & pallium: Philoſophum nondum video.* Lactantius de falſa ſapientia cap.24. *Maximum itaque argumentum eſt, Philoſophiam neque ſapientiam oſtendere, neque ipſam eſſe ſapientiam, quod myſterium eius barba tantum celebratur & pallio* & de iuſtitia cap. II. *Tamen, vitia ſua capillis & pallio, &, quod maximum eſt velamentum, diuitijs prætegebat.* videndus Capitol. in Anton. Philoſoph. adde l. 7. C. Theodoſ. de medic. & profeſſ. Symmach. libr.I.Epiſtol.23.libr.II.Epiſtol.60. Sidon.Carm.15.

*——Vultuque modeſto*

*Tetrica nodoſæ commendat pallia clauæ.*

*Schematis cuiuſpiam geſtu artificioſo*] ita Non.Marcellus, *Petauriſtæ*, inquit, *à veteribus dicebantur, qui ſaltibus vel ſchemis leuioribus mouerentur.* vt rectè reſtituit ibi Turnebus.

*Dicere inſtitueramus*] quidam libri, cæperamus, quod ego gloſſema iudico. Terent.Eun. prologo: —— *Si perget lædere ita vt facere inſtituit.* M. Cato. ſuaſione legis Voconiæ: *Ex qua ſibi dote tata retinuit pecuniam à viro forte iratæ repetere inſtituit*, id eſt, repetiuit. quod lib.II.de inuent. mutuatus eſt M. Cicero. Sic C. Cæſar apud Gell. oratione quam pro Bithymis habuit, apud Gell.libr.5.cap.13. & Gellius ipſe libr.15.cap.22. Fateor illud cæperamus etiam locum habere poſſe.ſed cum poſtea in veteri MS. meo gloſſematis loco eſſe vidi, illud in textum recipere malui. Pricianus lib. 18. *Sic ergo & apud nos cum imperfectum ſit dicere cæpi*, pro dicebam.

## EPIST. XII.

*Epitrepontem Menandri*] Donatus ex Apollodore hanc fabulam Terentij tranſlatam dicit. Turneb. Aduerſ. libr. 9. cap.24.

## EPIST. XIIII.

*Ob iuriſdictionem gloriæ*] hæc ſunt ad imitationem Symmachi lib.8.epiſt.1.

*Qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur*] Paulus IC. *Confeſſus pro iudicato eſt, quia quodammodo ſua ſententia*

*tentia dominatur*, & toto tit. D. de confeſſis. Val. Max. lib. 8. cap. 4. *Fannij ſeruus Alexandriæ cum in hanc veniſſet ſuſpicionem, pernegauit ſe culpæ affinem eſſe, ſed perinde atque confeſſus à iudicibus damnatus, & à T. Calpurnio Triumuiro in crucem actus.*

## EPIST. XVII.

*Quorum dextera ſolebat non minus ſtylum tractare, quàm gladium* ] qualem Auguſt. ſuum Auſon. libr. 1. epigram. 1.

## EPIST. XVIII.

*Expeditis impedimentis* ] vt Catullus:
*Aptis ſarcinulis & expeditis.*

*Perpetuus Epiſcopus* [ Vide Gregor. Turon. lib. 2. cap. 14. & lib. 10. cap. 30.

## EPIST. XX.

*Perone ſetoſo, talos aduſque* ] ad hunc locum adi Rauard. Varior. libr. 1. cap. 8.

*Viridantia ſaga limbis marginata puniceis* ] liber vnus macerata, inepte. optime illud, eſt enim limbus pars veſtis extremæ, vt in 2. Æneid. ſcribit Seruius, & in illud lib. 4.
*Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.*
inde Plauto in Aulularia *limbolarij, qui eas veſtium extremitates conficiunt* Noſter epiſt. 1. lib. 8. *Opus videlicet explicitum quodam quaſi marginis ſui limbo coronatura.*

*Rhenonibus* ] Varro lib. 4. de lingua Latina. Seruius Georg. 3. Cæſar libro 6. in Germanorum veſtib. agnoſcit.

## EPIST. XXII.

*Cum Cornelius Tacitus* ] Plinius epiſtolis.

*Thematis iuſſi* ] lego, iuſſi. antea: *Res eſt quidem digna, quam tu iuberes.*

*Molaribus fixi* ] notauimus lib. 1. epiſt. 1.

*Te in poſterum conſuli vtilitas* ] Ita T. Liuius lib. 1. *Vtcunque erit iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte & meipſum conſuluiſſe.*

EPIST.



## EPIST. XXIII.

*Abdicatione* ] Eam Romanis legibus non comprobari aiunt in l. vi. C. de patr. poteſtate. Lactantius lib. 4. cap. 4. *ſicut abdicati hæreditatem patris non aſſequuntur.*

*Deum ſequens* ] epiſt. 14. *Namque, vt is qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur: ita nobiſcum qui eadem Deo fuerit confeſſus abſoluitur.*

## EPIST. XXIV.

*Cauta centeſima eſt fœneratori* ] Vide l. 8. C. Si cert. pet. & Cicer. ad Atticum. Briſſon. Select. Antiquit. lib. 3. cap. 1. & lib. 19. de verbor. ſign. l. 2. C. Tit. de vſuris. quædam doctor meus Iac. Cuiacius Obſeruat. lib. 3. cap. 35.

*Executorum* ] de ijs Briſſon. lib. 5. de verb. ſigni. abunde. eoſdem puto hac ead. epiſtola infra dici exactores.

*Cilicum verba foribus appenſa* ] de cilicum velis ad epiſt. 9. lib. 2. De velis, quæ foribus appendebantur cubiculorum. Martialis lib. 11. epigr. 46.
*Contentus non es foribus veloque ſeraque.*
Gregor. Turon. lib. 11. cap. 20. Ræuardus Variarum lib. 5. cap. 11. Briſſon. Lexico. Iur.

---

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS EPIST. LIB. V.

# NOTÆ.

## EPIST. I.

*Indeptus* ] librorum pars maxima hic, adeptus habet, quod non admiſi in textum, quod illud probum antiquum eſſet verbum, infra epiſt. 18. Symmach. lib. 4. epiſt. 23. Plauto in Aſinaria, Aulularia, Sticho, Trinummo, & mille alijs locis vſurpatum: vnum apponam ex Aulularia leuiter corrigendi gratia,

——— *neque partem*

*Tibi ab eo, quiqui eſt, indipiſces, neque furem excipies.* ita enim ex Nonio, vt in Excipere, laudatur, ille verſus rectè legitur, cum in alijs eſſet, cui eſt, at illud vel mediocriter in Plautina lectione verſatis melius videbitur, quod idem eſt Plauto, quod quicumque, Aſinaria:

*Quiqui obuiam occeſſent huic irato, vapulabit.*

Pſeudolo:

*Quiqui eſtis, vos commendo.*

Eleganter Ianus Guilielmius, amicus ſummus mihi id verbi M. Ciceroni multis locis reſtituiſſe memini, ſed hæc præter inſtitutum.

EPIST. II.

*Architectonica* ] ita ſcripſi. Architectoria excudebatur. Plautus Amph. *Diuum regnator architector omnibus.* Moſtellaria: *Nam ſibi laudaſſe ſedes ait architectorem.* & apud Varron. —*harum ædium ſumma atria confutabant architectores.* ita omnes veteres libri Nonij Marcelli. cum vulgo ſit, architecti, at illud verſuum ratio deſiderat.

EPIST. IV.

*Affatibus dulcare* ] MS. delicare, non bene. Cn. Matius Mimijambis.

*Quapropter edulcare conuenit vitam*
*Curaſque acerbas gubernare ſenſibus.*

EPIST. V.

*Conſulis pronepos* ] Fortaſſis is, qui cum Eucherio conſul fuit, ad quem multæ extant D. Ambroſij epiſtolæ. videndus Caſſiod. Chronico. meminit hoc ipſo libro epiſtol. 17. conditorij Syagrij conſulis, Symmach. epiſt. 95. lib. 1. lib. 3. epiſt. 21. lib. 9. epiſt. 103.

EPIST. VII.

*Tunicatis alia* ] libr. 2. capit. 14. Tunicata quiete dixit vt Martialis:

*Quos Fauſtine dies, qualem tibi Roma Rauennam,*
*Abſtulit ô ſolis, ô tunicata quies*

Tunicata enim veſtis erat ruſticis propria, qui inde tunicati dicti. Cicero in Rullum: *Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum in Albana & ſeplaſia, quæ concurſatio percunctantium*



*ſtantium quid Prætor edixiſſet.* Plautus Pænulo:

*Nouiſtin' tu illum tunicatum hominem qui ſiet?*

ſeruilis etiam enim veſtis erat, quod alij docuerunt, quibus adde Iuſtini locum lib. 20. *Sordida,* inquit, *ſeruiliq; tunica diſcinctus.* & vide Gellium lib. 7. cap. 2.

*Munuſcula legatis* ] donis ſemper legati quam apud Romanos aut exteras gentes honorari conſueuerunt. Vide Plutarch. Pelopida vbi illuſtre apud Athenienſes exemplum, is Timagora legato, quem populus Athenienſium ob donorũ quæ accipiebat multitudinem morti adiudicabat, necabatque. Vide eundem, apophtegmatis: vbi de Dionyſio ſeniore Syracuſanorum Tyranno.

*Flamonia municipibus* ] ἐπέχω adhuc.

*Arcarijs pondera* ] de arcarijs quædam Fr. Iuretus accuratæ diligentiæ vir ad Q. Symmachi epiſt. 72. lib. 1. quibus addeè gloſſis P. Danielis IC. *Arcarius, diſpenſator,* quod arcæ & nummis Domini præſit, Scæpolam in l. 41. §. de fideicommiſſ. libert. *Stichus arcarius probante Domino nomina fecit.*

*Menſuras allectis* ] Per nebulam ex Turneb. aduerſ. lib. 11. cap. 9.

*Numerarijs* ] recte ita, non munerarijs, ſcribitur. Vide Briſſon. Lexic.

*Pullati ad nuptias* ] cum albati, ſeu candidati eſſe deberent. Plautus Caſina. de villico ſponſo.

*Villicus hic autem cum corona candide,*
*Laute veſtitus exornatuſque ambulat.*

Antea de eodem dixerat:

*At candidatus cedit hic maſtigia.*

*Lucamonem* ] Scaliger Auſon. Lection. libr. 2. cap. 12.

EPIST. IX.

*Conſtantino inconſtantiam* ] Paul. VVarnefridus Diaconus lib. 4. Droſius lib. 7. cap. 29.

*Geroncio perfidiam* ] Idem Diacon. eodem libr. 4. ſtatim in principio.

*Soliditati* ] quidam MSS. ſodalitati, minus bene, intellige ex ijs quæ dixi ad epiſt. 3. lib. 1.

## EPIST. X.

*Vel maxime animum auertit* ] cum nulla in veteribus libris lectionis huius ſit varietas, & ſenſus optimè, vti hæc leguntur conſtare poſſit: non neceſſe habemus audire alios, qui hic, pro animum, omnium, reponunt.

*Sedilia plauſibili oratione frangentem* ] Iuuenalis de Statio poëta:

*—Sed cum fregit ſubſellia verſu*
*Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agauen.*

qui verſus Satyrico morſu conditus eſt, & aliud vult, quam hic noſter Sidonius.

*Vir ſerius* ] Vnus liber, vir ferreus; non æquè bene, quod triſtem & quaſi ſine riſu, triſti vultu, vt interpretatur recte Nonius, ſignificat, & ita hic exaudiendum conſequentia conuincunt. Afranius Priuigno:

*Non ego te noui triſtem ſeruum ſerium.*

Lego ibi: *ſæuum*. Lucill. *Cumq; tuis ſæuis factis & triſtibus dictis*. ſed & illa varietas ſcripturæ, quæ in vno libro eſt, facit me meminiſſe, loci cuiuſdam Afraniani ab aliis ita corrigi tentati, vt pro, ſerius, quod legitur, ferreus, reponerent. Eſt autem apud Feſtum is locus, ſed præſtat quidem, vt hodie legitur aſcribere. Afranius Epiſtola:

*Nunc ſerrium autem maria Tyria concient.*

ego legebam:

*Hunc ſerium nautem maria Tyria concient.*

aut ſi mauis:

*Huic ſerio nautæ maria Tyria conciet.*

huic, inquit, concitabit nautæ maria Tyria, id eſt, maximas & periculoſiſſimas tempeſtates.

*Delphidij* ] de hoc Auſon. in Profeſſorib. Burdigal. earum meminit Ammian. Marcellin. lib. 18.

*Agricij*] ita vett. libri. Auſonius carm. 111.

*Alcimi*] Auſonius carmin. 3.

*Adelphidij* ] male hic vult non bene legi vir doctus ita, ſed delphidij reponere, cum ſemel eius meminerit.

*Palladij*] meminit Symmachus lib. 1. epiſt. 9. & lib. 3. epi. 50.

## EPIST. XII.

*Segreges*] alij ſegregi, quod vſus Auſonius parentalibus:

*—Ipſe tuo viuens ſegregus arbitrio.*

EPI



## EPIST. XIII.

*Flexuoſa calumniarum fraude circumretit* ] quidam librī circumuenit. at nihil muto in verbo probo & proprio. Cicero Verrina VII. *Cum te implicatum ſeueritate iudicum circumretitum frequentia populi Roma. eſſe videam.* Eleganter id verbi reſtituit Arnobio. lib. 4. I. Guillelmius amicus meus in politiſſimis ſuis Plautinis Quæſt. cuius coniecturę cõfirmandæ addam ex eodem Arnobio locos duos, lib. 5. *Martem & Venerem Vulcani eſſe circumretitos*, lib. 7. *Ex quibus eſt nomen omenti pars quædam quo receptacula ventrium circumretita finiuntur ad alia.* Lucret. lib. 5.

*Circumretit enim vis atque iniuria quemque.*

*Mihi latrones & beneficia ſuſpecta ſunt* ] ἐχθρῶν enim ἄδωρα δῶρα.

## EPIST. XIV.

*Calenſes Baiæ*] meminit villæ Calenſis cuiuſdam Gregorius Turonenſ. lib. 6. cap. 44. & lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. 4. ipſe carm. 33.

*Tres Phocida, Sextiáſque Baias.*

*Phtiſiſcentibus* ] pro phtiſicis aut phtiſi adfectis.

*Rogationum*] ad epiſt. 2. lib. 7.

## EPIST. XVI.

*Præuias*] lib. quidam primas. Fortaſſis legendum, prænuncias, ſi quid mutandum, quod non arbitror. nam lib. 8. epi. 9. *Burdigalam inuiſuri metatoriam paginam quaſi cum muſæ præuia miſi.* ſed Symmach. lib. 5. epiſt. 11. *Et te breui affore ſcripta prænuncia ſpoponderunt.*

*Vtramque familiam*] ſcripſi ad epiſt. 13. lib. 2.

## EPIST. XVII.

*Ipſe qui ſemper* ] quidam: idem q. ſ. quod fieri poteſt. Appianus Emancipato:

*Item quid me cenſes? B. Non audiuiſti obſecro*
*Idem es qui ſemper, idq; vt rite intelligas*
*Te fac here———*

ita enim illum verſum legimus, & duo ſeparatim laudata

CC 4 fragmen

fragmenta coniungimus. loquitur forte filius emancipatus ad ſeruum, quem ſe manu patris miſſum ignorare putabat. Plautus Amphitruone:

*Sed cum cogito equidem, idem ſum, qui ſemper fui.*

Trucul. *Idem es ecaſtor qui ſoles.* Cicero ad Attic. lib. 8. epiſt. 9. *Eſt idem qui ſemper in republ. fuit.* repoſui autem in Afranio, vt rite intelligas te fac, phraſi loquendi modo Comico, qui à Græcis eſt. Ariſtophanes Pluto:

*Αγε δὴ σὺ πρότερον σαυτὸν ὅστις εἶ, φράσον.*

Plautus Amphit. *Quod me meus herus fecit vt vigilem* Aſinar. *vt ipſe cito te faciam vt ſcias.* Aulularia:

*Quem* ego *auum feci, iam vt eſſes filiæ nuptiis.*

Epidico: *Quia hanc quæ ſiet neque ſcio neque noui.* & infinita alia in Plauto Terentióque paſſim obuia.

*Syagrij coſ.*] epiſt. 5. huius libri.

*Abſque arbitris*] liber vnus, Armatis, peſſime. Capteiuis:

*——vt ſine hiſce arbitris*

*Atque vobis, nobis detis loquendi locum.*

Caſina. *—non mihi licere meam rem me ſolum, vt volo loqui atque cogitare ſine te arbitro.* Ciſtellar. *—ſola facito vt ſcias ſine arbitris.* & arbitrari aliorum dicta vel facta videre, dixit idem Comicus. Apul. lib. 1. de aſino aur. *Cur ſæua crudelitas vel propter indicium arbitro pepercit.* Symm. li. 7. epi. 15.

## EPIST. XIX.

*Soluas inquilinatu*] cum interficere poſſit. hoc enim conſtitutum l. 1. in princ. C. de raptu virg.

*Sed aſſumpta coniugio*] quod non licuit conſtitutione Iuſtiniani, cuius verba: *Nec ſit facultas raptæ virgini, vel viduæ, vel cuilibet mulieri raptorem ſuum ſibi maritum expoſcere, ſed cui parentes voluerint, excepto raptore, eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datura noſtra ſerenitate licentia eis conſentire, qui hoſtili more in noſtra repub. matrimonia ſtudent ſibi coniungere.* &c. dicta. l. 1. C. eodem tit.

## EPIST. XX.

*Ciuium maximos manu prenſant*] Candidatorum id proprium clarè, & eleganter Auſonius gratiarum actione, *Qui non,*



*non,* inquit, *prenſauerim manus, nec cum ſalutantium confuſus occurſu, aut ſua amicis nomina non reddiderim, aut aliena impoſuerim.* Plinius lib. 1. epiſt. ad Apollinarem: *Itaque prendo amicos, ſupplico ambo domos ſtationéſque circumeo: quantúmque vel auctoritate, vel gratia valeam precibus experior.* ab hac re apprehendere lib. 1. dixit. *Nunc ergo conſcientia exterritus prehendit. Celerem mox Fab. Iuſtum rogat vt me ſibi reconcilient.*

*Oſcula impingunt*] officioſum id in maioribus lib. 1. epi. 11. *Id vbi nuntius retulit, protinus cuncti non modeſte, neque ſinguli, ſed propere ac cateruatim oſcula ac dextras mihi dederunt.* id enim ſolitum in aduentu. Ennius:

*Saluete optima corpora, & manus veſtras meaſque accipite.*

---

# IN C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS EPISTOL. LIB. VI. NOTÆ.

## EPIST. I.

*Trahariorum*] ita Lugdunenſis editio, cui omnes quotquot vidi equidem MSS. conſentiunt. Pius edidit, Triariorum, quod facile factu erat, ſed nobis præter veterũ librorum conſenſum non licet eſſe tam audacibus; vt ea quæ prima fronte non intelligimus, pro libito noſtro mutemus, aut incertamus, potius formatũ verbum fortaſſe à genere vehiculi fuerit ſine rotis, quod Traha, teſte. in 1. Georgic. Seruio Honorato, vocant Latini. Traharij igitur Sidonio fuerint viliſſimæ conditionis milites, qui Trahis, & id genus vehiculis ſiue annonam, ſiue aliud quid ad caſtra vehere fuerint ſoliti. & hoc ita mihi videtur.

*Febriens ægrotanti*] reſcribendum ex MSS. omnibus, Arrogante, quod verum eſſe facile credo: illud enim ægrotanti, facile mutatum fuerit propter præcedentia.

IDEM IN ME. *cottidie cogor dictare ſententiam*] ita diſtinguenda & ſcribenda. hæc eſt autem iuriſiurandi formula ſolemnis, & præcipuè in iudicibus. alludit Cicero pro Cælio: *Non idem iudicium comeſſatorumque conſpectus.*

## EPIST. VIII.

*Proſecutionibus*] Ad lib.4.epiſt.8.ſed aliud hic mihi videtur. an leg. perſecutionibus.

*Catapli recentis nundinas adit* ] iunge epiſt.7.lib.7.recte legit apud Martialem Domitius lib.12. epigr. 70.

*Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus.*

quicquid Iunius, & Brodæus exponant.

## EPIST. X.

*Debitum glebæ canonem*] Anniuerſariam penſionē, præſtationem. Lege Briſſon. de verbor.ſignifi.lib.1.Saluianus lib. 4.de Prouident. Dei: *Ac primum ſerui ſi fures ſunt ad furandum forſitan egeſtate coguntur, quia etiamſi ijs ſtipendia vſitata præſtentur conſuetudini hæc magis quam ſufficientiæ ſatisfaciunt: & ita implent canonem, vt non expleant ſatietatem.* quæ verba tamen de demenſo capienda ſunt.

## EPIST. XI.

*Cur non ſufficit &c.*] De Patientis hoc erga eos, qui fame opreſſi erant beneficio, Gregorius Turonenſ. lib. 2. cap. 24. vbi & huiuſce epiſtolæ meminit.

*Eccleſiam tibi creditam conuenuſtare* ] lib.2. epiſt.10.

---

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS EPISTOLARVM. LIB. VII. NOTÆ.

## EPIST. I.

*Inuectarum te auctore rogationum*] lib.5. epiſt.14. Gregor. Turon. lib.2. cap.34. de hac omni hiſtoria. Ado Viennenſ. in Chronico.

*Initiari*] V.Codex, inuitari. illud melius. vult populum ſuum rogationibus à Mamerco inſtitutis tanquam nouis ſacris imbui. hoc enim eſt initiari Cic. lib.2. de legib. Arnob. lib. 5.

*Prætervehi etiam myſteria, quibus Phrygia initiatur.* De ijſdē Lactant. lib.1. cap.15. *Reminiſcere quoniam es cruciatus, quæ traducitur myſterijs* Bene habet illud verbi apud Plaut. ſi noſtri æui Criticis nimis ſæpè numero audaculis placeret. Locum proponam, vt explicetur, & cautius poſthac illi, qui ſibi quidlibet licere putant agant, is eſt Caſina:

*Hanc ego de me coniecturā domi facio magis quam ex auditis,*
*Qui poſtquā amo Caſinā, magis initio mūditijs mūditiāti Deo.*

Vbi Lambinus, magis initio munditijs munditiam antideo; alij aliter, quorum deliramenta operæ non eſt referre. igitur ita eum verſum capio. Poſtquam, inquit, Caſinam amare cœpi, magis munditianti Deo, id eſt, illi Deo, qui munditiæ præeſt initio, hoc eſt ſacrificare incipio, vt Plinius iunxit alibi etiam id verbum cum dandi caſu eodem plane ſenſu, ſed loci non memini. Munditiantem Deum hic exaudio eodem modo, quo Lactentem, ex libris M. Varronis rerum diuinarum in illud 1. Georg. ——— *& cum*

*Frumenta in viridi ſtipula turgentia ſurgunt.*

Seruius ſcribit Deum eſſe, qui ſe infundit ſegetibus, & eas facit lacteſcere, eadem ratione Dij conferentes apud Arnobium lib. aduerſus Gentes. v.

*Prodigiorum terriculamenta*] Gregor. de eadem:

*Cum vrbs illa multis terretur prodigijs.*

*Terræ motibus*] Nam terræ motu frequenter quatiebatur, inquit, Turonenſis.

*Manſuetudo ceruorū*] Gregorius: *ſed & ceruorū atq; luporū feritas portas ingreſſa per totam, vt ſcripſit, vrbem oberrabat.*

*Ciuitas conflagrare cœpiſſet*] Turonenſis: *ſubito palatium intramuraneum diuino igne ſuccēditur, pauore omnibus perterritis, & Eccleſiam egreſſis, credentibus, ne aut hoc incendio vrbs tota conſumeretur, aut certè diſrupta tellure dehiſceret, ſanctus ſacerdos proſtratus ante altare cum gemitu, & lacrymis, Domini miſericordiā imprecatur. Quid plura? penetrauit excelſa poli oratio Pontificis inclyti reſtrinxitque domus incendium, flumen profluentium lacrymarum.*

*Indicit ieiunia*] Greg. *Indixit populis ieiuniū, inſtituit orādi modum, edendi ſeriem, erogandi hilarem diſpenſationem.*

*Amouendas*] ita ſcripſi ex auctoritate vet. librorū. eodē modo moneo apud Symmach. legēd. lib.1. epiſt.4. *Quare animus ſi amouere ædium ſenectutem.* cum vulgo, amoliri legatur.

*Æqua oculorum* ] vt Greg. *flumen profluentium lacrymarum*

*rum.* Ado Viennenſis: *Calorem fidei ſuæ accendit flumine la-crymarum.* qui de hac omni hiſtoria in Chronico.

## EPIST. II.

*Ad formatæ vicem ſcilicet vt lector elicuit* ] lib. 6. epiſt. *& quia nomen eiuſdem lectorum nuper albus accepit, agn-tis profecturo ciui me epiſtolam, clerico debuiſſe formatam*

*Accurſu excolere vicinos, identidem ab ijs haud aſperna-ter reſalutari* ] liber ſcriptus pro excolere, colere habet quod ſufficiebat & aptum erat. Cic. pro Cœlio: *Quo facilius & noſtras abire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet.* Symm. lib. epiſt. 27. Seneca de breuitate vitæ cap. 11. *Quemadmodum non placet ſibi ſi illum mendicus coluerit, nec contumeliam dicabit ſi illi homo plebis vltimæ ſalutanti mutuam ſaluta-tionem non reddiderit.* Plinius lib. 3. epiſt. 7. ad Caninium *ſa-lutabatur, colebatur, &c.* Suetonius Othone cap. 11. *Liber-nam aulicam gratioſam, quo efficacius coleret etiam dili-ſimulauit.*

*Scruta*] Politianus Miſcell.

*Hypobolicis inſtrumentis* ] ita omnes ſcripti ante nos, e-dauit non ſolum iuris omnis, verum etiam humanitatis pe-ritiſſimus Iacob. Cuiacius ad tit. 6. frag. Vlpiani, quem vide.

## EPIST. IV.

*Pro munif.*] lego præ mun.

*Intermina*] Auſon.

## EPIST. V.

*Per ſtudia diuiſus* ] Æneid. 11.

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*

Symmach. lib. 6. epiſt. 7. *Diuiſis in ſtudia partibus.*

## EPIST. VI.

*Euarix* ] ita ſcripſi ex M. SS. & ita apud Turonenſ. quem ſuper hoc vide lib. 2 cap. 25.

*Hiſpidorum veprium fructibus obſtructos* ] Gregor. *Namq ipſos ſacrorum templorum aditus ſpinis iuſſerat obſerari.*

EPIS



## EPIST. VII.

*Ecce iterum*] iunge lib. 6. epiſt. 8. & huiuſce libri 2.

*Seronatum barbaris prouincias propinantem*] lib. 2. epiſt. 1.

## EPIST. X.

*Augulatim fringuetientibus* ] omnium ſcriptorum libro-rum hæc eſt lectio, impreſſ. habent ſingultientibus legen-dum fortaſſe, frigutientibus exemplo Plauti Caſina.

*Nam quid frigutis, quid iſtuc tam cupidè cupis.*

Sed nihil mutauerim præter veterum codicum aſſenſum. Paſſeribus fringultire attribuitur lib. 9. epiſt. 2.

*Hamis inuncabuntur* ] ex Apuleio eſt, ſed illi reſtituendum tamen ideo locum adſcribam Apologia. 1. *At tu piſcium inſi-mulator, longè diuerſa inſtrumenta magis attribuis non fron-dibus teneris detergenda, ſed dorſis ſquallentibus exſcinden-da, nec fundo reuellenda, ſed profundo extrahenda, nec falci-bus metenda, ſed hamis inuncanda.* Vbi meo periculo ſic lege, etſi non deſint qui ineſcanda legant. at illud aptius. Collu-mella etiam lib. 7. cap. 3. *Quibus velut hamis inuncata* ( de lana loquitur) *à paſcentium tergoribus auellitur.*

## EPIST. XIII.

*Syagrio* ] Epiſt. 5. lib. 5.

## EPIST. XVII.

*Næniam ſepulchralem*] ita veteres libri vulgo: *funebrem.* lib. 2. epiſt. 8. illud tamen Apul. vſurpatum Mileſior. lib. *lamentationibus ſepulchralibus in ſcrobem procuratis.*

*Nocturnalem cucullum*] Iuuenalis.

*Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos.*

## EPIST. XVIII.

*Sancto Abrahæ*] De eo Gregor. Tur. lib. 2. cap. 21.

*Et qua lanigero* ] Mediolanum. Auſon. de clar. Verb. ...m. 4.

IN

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARI EPISTOL. LIB. VIII.

## NOTÆ.

*Tibi vni tantum penitiſſime familiares*] Plerique libri pe- ritiſſime, pro penitiſſime habent. hoc rectius. ſignificat carmi- num modos illi intus & in cute notos. ea eius nominis no- tio, vt apud Plautum Ciſtellaria:

*—in latebras abſcondas pectore penitiſſimo*
*Tuam ſtultitiam.* ——

& alijs locis. Sed & de hoc alibi mihi dictum.

*Frontone*] vide quæ dixi ad epiſt. 1. lib. 1.

*Pumicatos*] lib. 1. epiſt. 7.

### EPIST. VI.

*C. Cæſarem*] Sueton. cap. 55. Plutarchus in eius vita.

*Arpinatis teſtimonio*] in Bruto. de eodem. idem Cicero ad Nepotem: *Quid? Oratorum quem huic antepones eorum qui nihil aliud egerunt. quis ſententijs aut acutior, aut crebrior. Quis verbis ornatior, aut elegantior*, &c.

*Secundum modulum meum*] Horatius lib. 1. epiſt. 7.

*Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.*

Quod ex Pindaro eſt traſlatum. adſcribã verba Pindari, quæ à nemine ad eum locum hactenus animaduerſa. Oda

—χρὴ δὲ καθ᾽ αὑτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾶν μέτρον.

*Cum pater meus præfectus prætorio*] lib. 1. epiſt. 3. & lib. epiſt. 9. P. Fab. lib. 1. Semeſt.

*Lex de præſcriptione tricennij*] ita legendum ex libris ple- riſque, non triennij. Vide l. 3. C. de præſcriptione 30. vel 40. annorum.

*Proſecutionibus*] lib. 6. epiſt. 8.

*Nil quod non meum vellem*] ſimilis locus eſt apud Plaut. Caſina; quem, quia mendoſus eſt, & à me iamdudum corre- ctus, adſcribam:

*— nam*, inquit, *vicinam neminem*
*Amo merito magis, quam te; nec quam plura ſunt mihi*
*Quæ ego ipſa velim*

Ita



Ita legitur in veteribus editionibus. poſteriores pro illo po- ſteriori, quã, qua cum ſubſtituerunt. at ego tantũ diſpeſco vo- ces, & lego, qua in, id eſt, in qua, hoc ſenſu, in qua plura ſunt, quæ mihi ipſa velim. Vt hic qua in pro in qua. ita Cicero, quo in, pro in quo. De offi. lib. 1. *Nam hanc, quam interpretamur modeſtiam, quo in verbo modus eſt.* Pro Cecinna: *Si quiſquam ſpopondit, qua in re ſe verbo obligat.* Bacchidibus: *—quem ad epiſtolam Mneſilochus miſit ſuper amica Bacchide.*

*Cluſor ſtatarius*] Cludendi & concludendi verbum vena- toribus aucupibuſque proprium eſt. Virgilius Bucolicis:

——*claudite nymphæ*,
*Dictææ nymphæ nemorum iam claudite ſaltus.*

in illud Andriæ Terentianæ Act. 2. ſc. 3.

*Vt ab illa excludar hac concludar.*

Donatus, inquit, *ex ferarum tranſlatione concludar dixit*: & Phormione Act. 5. ſc. 1.

*Concluſam ſic habeo vxorem ſæuam*——

Bene, inquit, *cõcluſam prætulit, vt ſi diceret feram*S. ic opinor hic locus illuſtrari meruerat.

*Saxonum pandos Myoparones*] Nauiculas piratarum pro- prias, vt hic locus indicat. M. Cicero. de repub. lib. 3. *Nam cum quæreretur, ex eo quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno Myoparone. Eodem, inquit, quo tu orbem terræ.* Salluſtius lib. 3. Hiſtoriarum: *Marique placido à duobus prædonum Myo- paronibus circumuenta.* Apuleius Apolog. 1. *Et qui Myoparo- num quæſierit pirata erit.* Sed & alibi in Verrinis Marcus Tullius Myoparonem piraticum vocat.

### EPIST. VIII.

*Celeriam quæ boues iungat*] Sic omnes impreſſi. M.SS. Raciliam vocat Raciliam T. Liuius lib. 3. *Togam*, inquit, *prope- re è tugurio proferre vxorem Raciliam iubet*, Omnibus his gemina ſunt illa. & Panegyrico Aucto dicto:

*Sic quondam ad patriæ res fractas pauper arator*
*Cincinnate venis, veterem cum te induit vxor,*
*Ante boues trabeam, dictatorémque ſalignæ,*
*Excepere fores, atque ad ſua tecta ferentem,*
*Quod non perſeuit: turpique è faſce grauata.*
*Vile triumphalis portauit purpura ſemen.*

*Geſtatorias bracteatas*] lege Lipſij elect. cap. 19.

EPIST.

## EPIST. IX.

*Tibijs multiforatilibus* ] libri quidam, multis forat… bus duabus vocibus, non admitto. Apuleius lib. 1. Florido… *Nondum quidem tam feſſa anima ſono, nec tam pluri… mi modo, nec tam multiforatili tibia*, ita enim lego. n… vulgo pro feſſa, infeſſa, quod ex præcedenti ſyllaba ha… ſequenti dictioni puto.

*Chunos* ] ita vocat quos nos Hunnos appellamus, … ita ſemper eos vocat Gregor. Turonenſis.

*Theudorica* ] libri plerique. Eorice, qui etiam fuit Go… rum rex. de quo Gregor. Turonenſis lib. 2. cap. 20.

## EPIST. XI.

*Rugas ſyrmatis profundi*] *Rugas veſtium* lib. 9. epi. 9. Pl… tus, vt quidem Gell. laudat lib. 8. cap. 12.

——*Quid eſt hoc rugat pallium*
*Amictus non ſum commode.*
Caſina: ——*id eſt mecaſtor palliolum*
*Vide vt rugat*——

Seruius 1. Æneid. *Quod ſecundum Varronem palla dic… ab irrugatione & mobilitate, quæ eſt circa finem huiu… veſtium* ἀπὸ τῦ πάλλειν. Panegyrico Anthemij:

——*pars extima pepli*
*Perfert puniceas ad crura rubentia rugas*
Carm. 15. ——*tegit extima limbi*
*Circite palla pedes, qui cum ſub veſte mouentur*
*Criſpato rigidæ crepitant in ſyrmate rugæ.*

*Laxo pes natet in cothurno*] Val. Martialis. Symmach. lib. epiſt. 82. *At illi quos cothurnus laxior vehit.*

*Elegos vero nunc ſtoichos*] libri ſcripti. Exhoicos plerique habent, quod nihil hic ad rem. at ϛοῖχος Grecis etiam … eſt.

*Pindaricos cycnos*] vt Horat.

*Multa Dircæum leuat aura cycnum.*

*Quibus themate oblato quaſi ſanguinariæ geniture ſch… ma patuiſſet* ] adſcribam in hanc rem C. Suetonij verba … Auguſto cap. 94. *In ſeceſſu Apolloniæ, Theogenis mathema… pergulam comite Agrippa aſcenderat: cum Aggrippæ, qui pri… conſulebat magna & pœne incredibilia, prædicerentur, re… cere ipſe genituram ſuam, nec velle edere perſeuerabat, m… metu ac pudore ne minor inueniretur. Qua tamen poſt multas adhortationes vix & cunctanter edita exſiluit Theogenes, adorauitq; eum. Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, vt thema ſuum vulgauerit: nummumque argenteum nota ſyderis Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* quo loci ſchema reponere nihil neceſſe eſt, & hoc vel hic locus ſatis indicare debebat.



## EPIST. XII.

*Vaſalium*] Scal. Auſon. lect. lib. 11. cap. 16.

*Pyrgorum gradibus* ] Auſonius:

*Vidimus & quondam tabulæ certamine longo,*
*Omnes qui fuerant enumeraſſe bolos.*
*Alternis vicibus quos præcipitante rotatu*
*Fundunt exciſi per caua buxa gradus.*

Vide Scalig. lib. 11. cap. 19.

*Paradarum*] Auſonius ad Theonem:

*Puppe citus propera, ſinuoſaque lintea veli*
*Pande, Medullini te feret ora nobis.*
*Expoſitum ſubter paradas, lectoque iacentem*
*Corporis vt tanti non moueatur onus.*

in quo explicando eruditiſſimi Turnebi conniuiſſe videri poteſt ingenium aduerſ. lib. 22. cap. 10. notauit Scaliger.

## EPIST. XV.

*Sanctum Anianum* ] de eo Gregor. Turonenſis libr. 11. capit. 7.

*Aurelianenſis vrbis obſidio* ] narrat loco citato. Turonenſis rem totam.

## EPIST. XVI.

*Zeteculas*] libri ſcripti quidam, Gotheculas, praue vt puto. Lampridius Heliogabalo id verbi vſurpauit, verba eius ſunt: *Odores Indicos ſine carbonibus ad vapocandas Zetas iubebat incendi.* Plinius lib. 11. epiſtolarum, vbi alij pro Horti zeta, Horti dieta legunt, ſed quam rectè id ab ipſis fiat, ipſi viderint.

D.D. IN

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS EPISTOL. LIB. II.

## NOTÆ.

### EPIST. III.

*Diſcingas*] ita ex omniũ conſenſu librorum reſtituimus, vt & antea lib.2. epiſt.7. vbi probaui ampliter, & hic locus coniecturam meam approbat in l.16. D. De recept. qui arb. rec. vbi vt in Piſanis Pandectis eſſe viri docti monẽt vbi eſt, *Quod ſine vlla diſcinctione ipſius interdum futurum eſt*, vbi diſtinctione reponebam.

### EPIST. IV.

*Sæpe relegendo* ] quidam libri, Redeũdo, non æque bene; quas varietates lectionum ſæpe ideo annotamus, ne incaute ſæpe lectores qui in eiuſdem notæ libros incidant fallantur, rectum igitur eſt relegendo, Virgilij exemplo Æneid. lib.3.

——*relegent errata retrorſum*
*Littora Achæmenides*——

*Renauigans*, inquit Seruius, *hic ad terreſtre, iter tranſlatum.*

### EPIST. VII.

*Præceptis tot voluminibus*] MSS. omnes præceptis. Vnde & perceptis non incommode etiam legi poteſt.

*Facundis fœcundare*] ita ſcribo, cum antea fœcundis fœc. & in pleriſque MSS. facundis facundare ſit. ſic ſupra lib.8. epiſt.x. *quaſi quendam facundi pectoris vomerem*, reſtitui ex libris, cum facundi legeretur.

### EPIST. IX.

*Longum tacere* ] conſimilis argumenti fere eſt. Q. Symmachi lib.1.epiſt.8.

Vitio



*Vitio nulli minus addimur* ] ita correximus, cum vulgo addicimur legeretur, paulo alia apud Plaut. id verbi eſt vſurpatum Amphitruone,

*Pudicitiæ huius*, inquit, *vitium me hic abſente eſt additum.*

*Excudat præconij neceſſitatem* ] ita ex libris ſcripſimus, ſupra lib.3.epiſt.14. *Quod moribus tuis hanc voluptatem non operis affectus excudit ſed auctoris ad affectus*, libr.6. epiſt.3. *Auctoris corona tua diſſuadentibus excudat reſponſi celeritatem*; infra hoc libro epiſtol. *Quodque tetricis punita cenſoribus tardius procacitas recitatoris quam trepidatio excudit.* Symmach.lib.2.epiſt. 73. *Familiaribus noſtra deſideratum munus excudat reſtituendũ.* lib.6.epiſt.66.lib.7.epiſt.16.

*Veſtium rugis* ] Ad Epiſt.11.lib.8.

*Pallio aut claua*] Dixi lib.4.Epiſt.11.

### EPIST. XI.

*Zetecula*] eadem librorum hic lectio, quæ lib.8.epiſt.16.

*Autographos membranas* ] Liber Iac. Bongarſij : diographas, littera vna omiſſa eſt, verum erat: idiographas, vt Gellius lib.9.cap.14.

### EPIST. XIII.

*Bimari remittat vrbe* ] Ornauit antea eo Epitheto Corinthum Horatius, Xenophõ ἀμφιθάλασσον appellauit, vt recte annotatum eſt Mureto Var.Lection.lib.1.c.7. Lactantius, ſiue is Luctatius eſt in 1. Thebaid. Statij, ideo bimarem dicit, quod inter Ionicum & Ægæum mare ſita ſit.

### EPIST. XIIII.

*Recurrentes*] Qui καρκίνοι στίχοι Græcis dicuntur, vt eſt, in libr.6. Epigrammatum Græcorum ex quorum numero hoc eſt vnum.

*Præcipit modo* ] tale in eodem epigrammatum libro pueri iiſdem muneris conuertimus.

Πηνελόπη, τόδε σοι φᾶρος καὶ χλαῖναν Ὀδυσσεὺς
Ἤνεγκεν δολιχὴν ἐξανύσας ἄπλοον.

*Penelope, tibi do lanam, do pallia Vlyxes*
*Emenſus cymbis hoc iter æquoreis.*

Quod æque atque illud Græcum poteſt conuerti.

EPIST XVI.

*Salutaris conſilij* ] ſcribit ad eum. *uti es in ijs, quæ deliberabuntur conſilioſiſſimus.*

*Mitylenai oppidi vernulas* ] ſic lib.1. epiſt.8. *Ceſenatis ſeru potius, quàm oppidi verna.*

*Legit alta vela* ] Male vulgabatur, legat, pro legit Virgil. Æneid.3.

*Vela legunt ſocij & proras ad littora torquent.*

*Titulis* ] ad epiſt. vlt. lib.1.

*Secundum regulas Flacci* ] Arte Poëtica:

——— *Amphora cæpit*
*Inſtitui, currente rota cur vrceus exit.*

quod vt accipiendum ſit Vide doctiſſimi Turnebi aduerſ. lib.19. cap.9.

# IN C. SOLLI SIDONI APOLLINARIS. CARMINA

## NOTÆ.

*Satyriſque Mimallones apta* ] Recte ita omnes lib. vulgo, aſtæ nullo ſenſu. Dicit Dryades Faunis, Satyris Mimallones iunctas. ita exponit illud Virgilij Seruius 4. Æneid.

——*Vbi maximus Atlas*
*Axem humeris torquet ſtellis ardentibus aptum:*

*Satis perite dicit*, inquit, *nam aptum coniunctam dicit* ἀντὶ ἅπτεσθαι &c. quæ repetũtur lib.4. & lib.11. ita Tib. lib.1. Eleg.10.

*Iſta hæc perſuadet facies, auroque lacertos*
*Vinciat, & Tyrio prodeat apta ſinu.*

Cic. v. Tuſc. *Fulgentem gladium è lacunari ſeta aptum equina demitti iuſſit.* Vetus poëta apud Cicer.3. de offic.

*O fides alma apta pennis, & iuſiurandum Iouis.*

Apul. Apol.11. *Si verba, vt Poëtæ aiunt, pennis apta vulgo volarent.* Gellius lib.1. cap.15. lib.6. cap. 2. alijſque multis in locis. Vide Lucæ Fruterij Veriſimil. lib.1. cap.19.

CARM



CARM. II.

*Trabeatis mole metalli* ] intelligit fibulas, quæ in trabea aureæ erant. Conſulare veſtimentum fuiſſe trabeam etiam indicat Virgil.7. Æneid. his verſibus:

*Ipſe quirinali trabea cinctuque Sabino*
*Inſignis reſerat ſtridentia limina conſul.*

In Victorino vno MS. pro trabealis trabeatis legitur, quod ferri poteſt. Latinus Pacatus Panegyr. Theodoſ. dicto: *Vidimus reductas in numerum ciuitates, & exules trabeatis conſulares.* Ouid.11. Faſtor.

*Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,*
*Cum rudibus populis annua iura daret.*

T. Liuius: *Trabeatus ad hoſtem ducere cœpit.*

*Scribere bis faſtis* ] lib.1. epiſt. 9. *Ecce Calendæ Ianuariæ, quæ Auguſti Conſulis mox futuri repetendum faſtis nomen opperiebantur.*

*Humeroſque ex more priorum Includat &c.* ] Ex Statio Papinio adumbratum videri poteſt, qui ita canit, in Siluis;

*Primaq; patritia clauſit veſtigia luna.*
*Mox Tyrios ex more ſinus, Tunicamque potentem*
*Agnouere humeri* ———

*Plus potat per vulnus equum* ] Equis floruiſſe Thraciam conſtat. Vnde Thracius equus apud Virgil. Æneid.9.

——*Maculis quem Thracius albis*
*Portat equus* ———

Sed & Heſiodus ſcribit,

ὥστε διὰ Θρήκης πωλοτρόφου.

*Magis iuratur ab illis Ignis & vnda &c.* ] Ita Claudianus lib.1, de laudibus Steliconis è quo ſumpta hæc videri poſſint:

——*penetralibus ignem*
*Sacratum rapuere adytis, rituque iuuencos*
*Chaldæo ſtrauere Magi, rex ipſe micantem,*
*Inclinat dextra paternam, ſecretaque belli*
*Et vaga teſtatur voluentem ſydera mithram.*

De more hoc ſacrificij alij dixerunt.

*Exortu flumina mella* ] manuſcriptorum omnium hæc eſt lectio vulgaris, Exorto flumina melle. conſidera lector.

*Bacca pendente trapetas* ] Virgil. Georg.11.

——*teritur Sicyonia Bacca trapetis.*

quod Symmach. in lib.3. epiſt.23. imitatus eſt.

*Iouemque* ] Operæpretium eſt ſcire quomodo Alexander

DD 3 ſeſe

ſeſe Iouis filium eſſe perſuadere voluerit. Quod, quia eleganter narrat Plutarchus verba eius ſuper ea re adſcribam. ἐπεὶ δὲ, inquit, διεξελθὼν τὴν ἔρημον ἧκεν εἰς τὴν πόλιν, ὁ μὲν προφήτης αὐτὸν ὁ ἄμμωνος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χαίρειν, ὡς ἀπὸ πατρὸς προσεῖπεν; ὁ δὲ ἐπήρετο μή τις αὐτὸν εἴη διαπεφευγὼς τῶν τοῦ πατρὸς φονέων. εὐφημεῖν δὲ τοῦ προφήτου κελεύσαντος, οὐ γὰρ εἶναι πατέρα θνητὸν αὐτῷ, μεταβαλὼν ἐπυνθάνετο τοὺς Φιλίππου φονεῖς εἰ τετιμωρημένος. & paulò poſt: Ἔνιοι δὲ φασὶν τὸν μὲν προφήτην Ἑλληνιστὶ βουλόμενον προσειπεῖν μετά τινος φιλοφροσύνης, ὦ παιδίον, ἐν τῷ τελευταίῳ τῶν φθόγγων ὑπὸ βαρβαρισμοῦ πρὸς τὸ σίγμα ἐξενεχθῆναι, καὶ εἰπεῖν ὦ παιδίος, ἀντὶ τοῦ ν τῷ σ χρησάμενον. Iuſtinus lib. xi. ait: *Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis acquirere, ſimul & matrem infamia liberare, per præmiſſos ſubornat antiſtites, quid ſibi reſponderi vellet ingredientem templum. ſtatim Antiſtites vt Hammonis filium ſalutant ille lætus Dei adoptione hoc ſe patre cenſeri iubet. Rogat deinde an omnes parentes ſui interfectores ſit vltus: reſpondetur patrem eius nec poſſe interfici nec moris, regis Philippi peractam vltionem eſſe.* Hæc ille quæ quia optime inter ſeſe conueniunt paulo latiùs adſcripſi, ſperans hanc hiſtoriam lectoribus non fore iniucundam. de Auguſto Suetonius, quem non exſcribam.

*Raptas ex hoſte puellas*] ita libri ſcripti, poteſt vulgata ferri, quæ pro puellas, habet ſagittas.

*Heraclitus que*] ſine copula legendum contendit Pius, at ego veteres libros ſequor. ſciend. non alienum hoc à more Sidonij cæterorúmque eius ætatis ſcriptorum. ſic Lyriſtes vltima correpta poſuit illo verſu,

*Alcæo melior Lyriſtes ipſe.*

& tertia producta Euripidis,

*Orcheſtram quatit alter Euripidis.*

& Prudentio τὸ Idola ſemper dactylus eſt: ſed & D. Auſonius vltimam in Thales alibi corripuit.

*Quem cæcus carcer & vncus*] Sup. lib. 1. epiſt. 7. *Vncum & gemonias & laqueus per horas turbulenti carnificis horreſcens, vbi vide quæ dixi.*

*Hiſpida ſetis*] Sic Plautus Caſina,

*Ita quaſi ſetis labra mihi compungit barba.*

Vt recte ibi legi amicus noſter recte cenſuit.

*Inuictus Ricimer*] Narrat Paulus VVarnefrid. lib. 6.

*Fibula mordaci*] recte ita ſcripſi, de fibulis veſtiũ P. Faber Semeſtr. lib. 1. cap. 16. Panegyr. Maior.

-quem



*——quem fibula torto mordax dente vorat.*

*Quercúſque tropæis curua fremit*] Panegy. Maior.

*——Propter Bellona tropheum*

*Extruit & quercum captiuo pondere curuat.*

Liuius lib. 1. *Spolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium aſcendit, ibique cum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet.*

*Et concurrentibus anſis &c.*] lib. 8. epiſt. 12.

*Si veſtigia faſciata nudi,*

*Per ſummum digiti regant citatis*

*Firmi ingreſſibus, atque vinculorum*

*Concurrentibus anſulis reflexa*

*Ad crus per cameram catena ſurgat.*

Tibullus: *Anſaq; compreſſos alligat arcta pedes.*

*Eſt locus*] Inſularum, quas fortunatas vocant eſt hæc deſcriptio, de iis Seruius hæc in 5. Æneid. *Secũdum philoſophos Elyſiũ eſt inſula fortunata: quas ait Saluſtius inclytas eſſe Homeri carminibus:* quarum deſcriptionem Pius commentator dicit eſſe ſublatam. Deſcribit Virgil. 6. lib. Æneid. vbi eſt:

*Deuenere locos lætos, & amœna vireta*

*Fortunatorum nemorum, ſedéſque beatas.*

& quæ ſequuntur. Quædam etiam Probus in 1. Georg.

*Quamuis Elyſios miretur Græcia campos.*

vide Oroſium lib. 1. cap. 2. Graphice autem & ad viuum deſcripſit diſertiſſimus M. Ant. Muret. var. lection. lib. 5. cap. 1.

*Rugas*] epiſt. 11. lib. 8.

*Bimarem*] ad epiſt. 13. lib. 9.

*Sit ſocer Auguſtus*] vide lib. 1. epiſt. 5. & epiſt. 9.

*Nata, quem fraude cadentem*] Accius Oenomao, ita Pelopem, vt opinor loquentem facit,

*Vt eſſem affinis tibi ego non vt te extinguerem*

*Tuam petiui gnatam.——*

ſic enim concinnandi illi verſus.

*Metaurus*] lib. 1. epiſt. 5.

*Sedeat mihi carminis anchora*] ſcripſi ad lib. 1. epiſt. 1.

*Ad Vlpia.*] Nullo ſenſu excudebatur: Ad huc pia, ſed ante nos emendauit doctiſs. IC. P. Faber, ſemeſt. lib. 2. cap. 20. ſic carm. 8.

*Vlpia quod rutilat porticus ære meo.*

Carmine 9. etiam meminit:

*Traiano ſtatuam foro locarunt.*

DD 4 Dona

*Donabis quos libertate Quirites* ] moris erat vt auſpicantes annum conſules quoſdam fauſti ominis gratia manumitterent, quod P. Faber eleganter ad Tit. de orig. iur. l. II. docuit.

## CARMEN V.

*Prolapſos effundit terga capillos* ] ita in omnibus reperi manu exaratis codicibus: præter quorum conſenſum quid mihi mutare, fuit religio.

*Scabri fuſus ſub punice tophi*] Plinius Natur. hiſtor. lib. 17. cap. 4. *Nam tophus*, inquit, *ſcaber natura.*

*Quercum captiuo pondere curuat*] lege quæ dixi ad Panegyr. Anthemio dictum, & epiſt. 2. lib. 2.

*Æthiopum de monte*] lib. 2. epiſt. 2.

*Nomadum lapis* ] ibidem.

*De caute Laconũ Marmoris herboſi radiãs interuiret ordo*] lib. 2. epiſt. 2. *Iam ſi marmora inquiras: non illic quidẽ Paros, Caryſtos, Proconeſſos, Phryges, Numida, Spartiata rupium variatarum poſuere cruſtas.* Seruius in illud 3. Æneid.

*Bacchatámque iugis Naxon viridémque Donyſam.*

*A colore*, inquit, *marmoris Lacedamonij*, quæ huic loco lucem præferunt.

*Dominis extentis* ] ſic omnes libri veteres; vulgatur, extinctis. vtrumque ferre poſſum.

*Internum venenum* ] ita Prud. contra Symmach. lib. I.

*Noſſet ab interno tutam ſeruare veneno.*

*Non ſic librauit in hoſtem* ] Maniliani ſunt verſus ſuper eadem hiſtoria lib. 5.

*Sicaniam palmam* ] notat Pius alibi etiam legi, ſquamigeram peltem. quam lectionem nullus librorum, quos equidem viderim, agnoſcit.

*Gaudentius* ] de eo epiſt. 3. lib. I.

*Qua Cloio patentes Atrebatum terras* ] emendauit ante nos ita elegantiſſimus IC. Petr. Pithæus aduerſar. lib. 2. cap. 5. quem ſuadeo, vt ad hiſtoriam legas.

*Et oppoſitis haſtarum verbera thorax Arcebat ſquamis*] ita legi debere conieceram, cum in veteri libro eodem modo perſcriptum eſſe vidi. male vulgo, appoſitis, pro, oppoſitis legitur.

*Conuictáque paſſim fercula* ] recte ita in vulgatis, cõiectáque, & illud ſequentia probant captiuáſque dapes, &c.





*Et Venerem Martémque cient* ] male imprimitur, manémque. vellit mihi aurem hic locus, vt Petronij corruptiſſimum verſum emendem, in quo Martis locum mors inuito occuparat:

*Armorum ſtrepitu cœlum furit, & tuba mortem*
*Syderibus tremefacta ciet—*

vbi recte Martem pro mortem me puerum admodum repoſuiſſe memini.

*Lacrymabile fatum*] ita plerique ſcripti libri vulgo, funus.

*Poſt quina Vitelli millia famoſi ventris dãnata barathro*] ſic in Panegyrico Auito:

*——mihi fœda Vitellij*
*Intulit ingluuies ventrem——*

Barathrum eodem modo dixit Plautus Curcul. *—age effundito hos cito in barathrum, Propere prolue cloacam—* & Horatius lib. I. epiſt. 15.

*Pernicies & tempeſtas barathrúmque macelli.*

Sic profundum Cuper Grammaticus pro ventre accepit. Gell. lib. 7. cap. 16. *Qua profunda ingluuies veſtigauit.*

*Victorem mihi redde, precor*] Vltorem pro Victorem, vbique excuſum eſt. Non poſſum mihi temperare, quin in eodem nomine corruptum locum Accij poëtæ veteris ſuæ integritati reſtituam, apud Nonium eſt ex Clytæmneſtra:

*Vt qua tum abſentem rebus dubijs coniugem*
*Tetinerit, nunc prodat vltorem——*

vbi victorem reponi, ſenſus & ipſa verſuum ratio deſiderat, loquitur opinor, Electra, vel alius aliáve quæpiã de Clytæmneſtra, quę Agamemnonem à bello victorẽ domum reuerſum interfecerat. Quæ, inquit, abſentẽ & peregre in caſtris degẽtẽ coniugẽ tenuerit, illiq; fida fuerit, iam perfida pellex præſentem victoremq; prodat, quod dixit, vt Sophocles Electra:

θανόντι πατέρι ἢ φίλοις προδοῦσα σοῖς.

& hæc puto, quamuis, nihil ad Sidonium noſtrum lectionibus fore non iniucunda.

*Paucis pauca*] liber vetus, paruis parua. illud melius.

*Certatum eſt iure magiſtri* ] recte ait iure magiſtri certatũ, id eſt, ducis ſine cuius iuſſu congredi cum hoſte apud Romanos capitale erat. Silius Italicus Pœnicorum lib. 13. id eleganter indicat; cuius verſus, quamuis aliis iactatos, adſcribam, vt amici mei in iis coniecturam ipſa veritate veriorem eſſe appareat. ſunt autem hi:

*Vna mora Aeneadæ poſtquam vox attigit aures,*
*Dum daret auſpicium iúſque in certamina ductor.*
*Prauetitum namque & capital committere Martem*
*Sponte viris.* ———

Male enim vſque, pro, quo viſq; ille amicus noſter docti[ſſimus] poſuit, alij rectum eſſe volunt. Tanti mihi eſt veritas, vt h[æc] hiſce commentaciunculis interſpergere non dubitem.

*Torta falarica iactu*] miror hic manuſcriptos omnes [vno] ore falerica habere, quos tamen ſequi hic nolui. Gloſſæ [ve]teres: *falarica* χειροβάλλιστρα. Vide Feſtum. Q. Ennius:

*Quæ valido venit contorta falarica miſſu.*

Virgilius Æneid. 9. imitatus,

*Sed magnum ſtridens contorta falarica venit,*
*Fulminis acta modo* ———

Vbi operæpretium eſt huius teli videre apud doctiſſimu[m] Grammaticum Seruium Honoratum deſcriptionem, qua[m] more ſuo Iſidorus in cap. 7. lib. 18. Origin. tranſcripſit. Memi[nit] & Fl. Vegetius lib. 4. cap. 18.

*Aclide foſſus*] Nugas egero ſi veterum librorum inepta[s] lectiones ſemper incalcare velim, quod tamen quoſdam fa[]ctitare video. Nunquam Proteus in tot formas verſus, quo[t] hic lectionum varietates. vnus Attide, alter vtpote. vulga[tam] tamen, quam expreſſimus vera eſt Virgil. Æneid. 7.

———*Teretes ſunt aclides illis*
*Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.*

In quæ vide Seruium.

*Diſſicit ancipiti miſerabile ſyncipat enſe*] ita recte ſcripti libri & Baſileenſis editio, pro quo diſijcit Lugduni excuſum.

*Tuldila plectendas &c.*] Hiſtoria eſt apud Paul. VVarne[]frid. lib. 5.

*Ogygijs complent Thyaſis*] inuitus hæc quæ luce ipſa per ſe clariora ſunt pluribus probo. faciam hoc loco tamen, ne quis hic eam, quæ in quibuſdam libris eſt lectionem veram eſſe putet vbi eſt, Thyrſis pro Thyaſis inepte prorſus. Thia[]ſos Seruius in illa Ecloga v.

*Daphnis & Armenias curru ſubiungere Tigres*
*Inſtituit: Daphnis Thiaſos inducere Iaccho,*
*Et folijs lentas intexere mollibus haſtas.*

Interpretatur ſaltationes. Iam locum Accij in quo id nomi[]nis non apparet, ita vt recte poſſe legi iamdudum mihi vi[]ſum fuit, proponam. Non: laudat in modicum hoc modo:

Agit[e]



*Agite modico gradu iacet & niſus leues.*

emendabam:

*Agite modico gradu facite Thyaſos leues.*

Aperto vt opinor, ita coniecceram, cum vidi Ian. Mellerum Palmerum fere idem cenſuiſſe. at ille iacite, vbi ego facite, reponit. an Thyaſi iaciantur cōſidera lector. Thyrſos opinor, putauit. Sed quidni, quandoquidem ſemel cœpimus, Pacuuij verſum eidem Palmerio tentatum, nos quoque pro virili emendare conamur, legitur vulgo:

*Theſiantem fremitu concidi melum.*

legit Palmerius:

*Thyaſum quale, fremitu concine melum.*

Ego mihi magis veteris ſcripturæ veſtigijs videbar inſiſtere, cum legerim:

*Thyaſi autem fremitu conſcidi melum.*

Integer verſus non eſt fateor, neque neceſſe vt eos verſus, qui non ſæpè integri laudantur nos noſtris conjecturis integros efficere conemur. Vnus pes deſideratur tantum. Conſcidi, inquit, id eſt interrupi, melum Thyaſi fremitum, id eſt, præ nimia ſaltatione, ſeu turbæ quæ Bacchum ſequitur vociferatione cantus meus interruptus fuit. Hoc puto liquet.

*Studeam penſare ruinas*] Eleganter ita omnes libri ſcripti, pruinas antea erat. id quoque eadem ſignificatione elegantiſſimo poëtarum Sex. Propertio eleganter doctiſſimus Scaliger reſtituit, & bene interpretatur ruinas aquæ concretæ, nubis de cœlo ruentis Stragem. adſcribam verſus Propertij è lib. 1. Eleg. 8.

*Tu ne audire potes veſani murmura Ponti,*
*Fortis, & in dura naue iacere potes.*
*Tu pedibus teneris poſitas fulcire ruinas.*
*Et potes inſolitas Cynthia ferre niues?*

Eleganter expreſſit Petronius, vt idem Scaliger etiā notauit:

*Ipſa iam nubes ruptæ ſuper arma cadebant*
*Et concreta gelu putri velut vnda ruebat.*
*Victa erat ingenti tellus niue* ——

*Sylla acie, genio Fabius*] Rectè ita diſtinxi. nugantur qui hic, Sedulo ingenio Fabius ſtudent reponere. quid enim, illa, quam poſui, lectione aptius, elegantius.

*Præcidam*] Sic omnes libri. excuditur præcedam; at illud, ἀρχαϊκῶς pro hoc poſitum reor. ſic, pertiſum, pertæſum occidere, occedere apud Feſtum. Dicam de hac litterarum viciſſitu

ciſſitudine ad Plauti locum quendam in Obſeruationibus.

## CARMEN VII.

*Ignotũ plus notus Nile per ortũ*] Horat.Od.14.lib.4.Carm.
*Te fontium qui celat origines,*
*Niluſque & Iſter.*
*Aſiagenes* ] Sic omnes noſtri lib. ſignificare vult proc
dubio Cornel. Scipionem , qui ſuperato Antiocho Afian
cognomen accepit. quod etiam vidit P. Pithæus aduerſ
2. capit. 5. At verſus ruere dicas ſi ita legamus. Verum
ego ſuſtinere volebam legendo Aſiaſigeneos , eadem com-
ponendi forma, qua Meleſigenes, & talia multa alia compo-
nuntur : expreſſum erat Aſiæ gentes , quomodo apud Ma-
lium.lib.1.
*Atque Aſiagentes & magno maxima Pella.*
*Tot Maria intraui*] Ex Virgilio Æneid.6.
*Tot Maria intraui duce te, penituſque repoſtas,*
*Maſſylum gentes* ———
*Probat hoc iam theuderis*] P.Pithæus IC.aduerſarior.l.
2. cap.5.
*Caſſat*] Vetus liber, quaſſat.
*Imperatorque*] Sic omnes ſcripti Codices. repoſuerant
illi, qui ſe verſui conſulere putabant , induperator. at nos li-
bros noſtros ſequimur? Quam parum Sidonius quantitatem
ſyllabarum, vt vocant Grammatici, obſeruauerit, alibi abunde
exemplis adhibitis demonſtrauimus. Neglexeram mone
V. Cl. Claud. Puteani librum Imperiumque habere. quod
rectum eſt , vt eſſe poteſt , eodem modo erit accipiendum
quo coniugium apud Propertium : nimirum pro coniuge
ergo, hic, Imperium pro Imperatore.
*Rhetum* ] ita omnes libri noſtri. ante nos reſtituit P.Pi-
thæus aduerſ.lib.2.cap.5.
*Vix liquerat Alpes Aetius*] Paul.Diaconus narrat lib.5.
*Curarum fluctibus* ] recta hæc ſcriptura eſt , quicquid diſ-
ſentiant manuſcripti. Catullus:
———*Et magnis curarum fluctuat vndis.*
*Aetium placidus*] Videndus lib.5. ſub finem Paulus VVar-
nefridus, vbi multa quæ huic loco illuſtrando faciunt.
*Patulo ieiunia rictu*] liber vnus , ritu. Non bene mea qui-
dem ſententia. ad eundẽ mõdum Prudẽtius Phychomachia.

latet



—*latet & lupus ore cruento*
*Lacteolum mentitus ouem ſub vellere molli,*
*Cruda per anguineos exercens funera rictus.*
quo exemplo voluit quidam etiam alio quodam Prudentij
loco idem reponere, ϖεὶ ςεφανῶν.
*Qui lupino capta ritu deuorant præcordia.*
Cum rectum ſit neque mutari debeat. ita planè Oroſius lib.
cap.18. *Canes quoque, quorum natura eſt extra homines eſſe
non poſſe, lacrymoſis vlulatibus vagi luporum ritu oberrarũt.*
*Veterem cum te induit vxor Ante boues trabeam*] Ex Per-
ſio ſumptum, qui Satyra prima hunc in modum:
*Vnde Remus, ſulcoque terens dentalia Quinti,*
*Quum trepida ante boues dicturam induit vxor*
*Et tua aratra domum licto tulit.*
Plura ad epiſt.8.lib.8. Adde Cic.2. de Finib.
*Quod non perſeuit*] Vulgata hæc eſt lectio, quam retinui.
Veteres ſic promiſcuè, alter perſeruit; tertius , promis. Vide
quid malis mi lector : ego vulgatam iſtis omnibus præfero.
Mens ipſius eſt, Cincinnatum dictaturam, quam non ſeuerat
domum ab aratro retuliſſe.
*Inſertis ad puluinaria palmis*] Vnus liber pugnis. non æ-
que bene. Vult dicere ad deorum puluinaria & aras fœdus
inter Romulum & Tatium iureiurando , vt aſſolet, præſtito
ictum eſſe. id moris apud veteres in quolibet iuramento. Iu-
ſtinus lib.24. *Ptolemæas ſumptis in manus altaribus , contin-
gens ipſa ſimulachra, & puluinaria deorum , inauditis vlti-
miſque execrationibus adiurat, ſe ſyncera fide matrimonium
ſororis petere.* Appianus, Alex. Annibalea : Λεγόμενος ἢ καὶ ὑπὲ
τοῦ πατρὸς ἐπὶ σωμῶν ἐλ παῖς ὀρχωθῆναι Ῥωμαίοις ἐπι σχλεύων
ἀεὶ ἐκλείφειν. Obſeruaui idem orantibus facere ſolemne
fuiſſe. Virgil.lib.5.Æneid.
*Talibus orabat dictis, araſque tenebat.* Seruius : *Rogabant
enim deos ararum anſas tenẽtes.* Euripides Iphigenia. Ouid.
Amor.lib.1.eleg.4:
*Tange manu menſam tangunt quo more precantes.*
*Fœdus icere palantum*] ſic duo libri veteres , quos ſecutus
ſum excuſi, F. i. parentum. Haud tam bene, vt ferri tamẽ poſ-
ſit. Cõſtat ex T.Liuij lib.1. & Plutarcho in vita Romuli ictum
fœdus Sabinis errantibus palantibuſque in agris occiſis, quo
poſito , lectio quam poſui rectiſſima eſt. probant verba Liuij
lib.1. *Raptim & ad hos* ( *Antemnates qui cum Sabinis vires*

coniun

*coniunxerunt*] *Romana legio ducta, palantes in agris oppreſſit*, & quæ ſeqq. Parentum an recipi poſſit dubito: poſſit tamen ex hiſtoria, quæ fœdus ictum tradit præſentibus intercedentibuſque raptarum Sabinarum parentibus.

*Prælia damnans*] excuſi, & veteres aliquot, damnas, in eodem recidit, ſiue hoc, ſiue illo pacto legas, damnas enim eſt damnans, vt ſemper ſcribitur in Pandectis Florentinis prægnas,& mille alia vt in l. 25. & 29. D. de lib.& poſthum.& multis alijs locis. ad hanc ſcribendi rationem ſpectans M. Varro inquit lib.4. de lingua Lat: *Et eo obſcurius fit, ſi dicas poſ, quam impoſ. videtur enim pos ſignificare potius potentem quam potentem*:temne hoc monere volebam tamen.

*Ac torque coronant*] Prudent. περὶ στεφανῶν.

*Ite nunc, auferte torques ſauciorum præmia.*

## CARMEN VIII.

*Dura fronte legit*] Ita rectè Baſileenſis editio excudi cui & quidam ex Manuſſ. conſentiunt, Lugduni forte, veteres quidam libri, forte. quod vitioſè ex fronte per contractionem ita ſcripto fronte litteris inuerſis natam eſſe videri poſſit.

*Nil vatum*] rectè ita Lugdun. editio & veteres libri quidam. Baſil. leg. Nil totum. in M. SS. quibuſdam Nil votum.

*Tanto iudice culpa placet*] ſic carm.3.

*Hoc cenſore etiam diſplicuiſſe place.*

Symmachus lib.1. *Silentium mihi niſi præſtiteris, mirabimur quam nihil metuamus à te improbari.*

## CARMEN IX.

*Coctum Babylona*] Sic ex duobus libris bene mihi reſcripſiſſe videor, cum vulgo eſſet, Cyrrham Babylone. Iuſtinus lib.1. *Hæc Babyloniam condidit murumque vrbi cocto latere circundedit, harenæ vice bitumine interſtrato: quæ materia in illis locis paſſim è terra æſtuat.* Cui. Seruius Honoratus in VIII. eclogam adſtipulatus his verbis. *Bitumen ex flumine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequenter cadunt fulgura hac re lacus redundat, adeò vt inde fabricatos muros Semiramis dicatur.* Ouid. lib.3. Metamorphoſ.

--vbi



*——vbi dicitur altam*

*Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.*

& aliquis alius Poeta, Cocta aggere muros Ammianis Marcell. lib.31. Martial. lib.9.

*Non Medis caput Arbacem*] verè ita legendum ex noſtris libris, cum male, immo falſo & præter omnem hiſtoriam Arſacem vulgo ſit. Prologo lib.1. Trogi. Pompæi: *Imperium Aſſyriorum à Nino rege vſque Sadardanapalum poſt quem tranſlatum eſt per Arbacem ad Medos.* Quamuis eundem Iuſtinus lib.1. Arbactum vocet, Athenæo lib.12. Ἀρβάκης Oroſ. lib.1.cap.19.& lib.2.cap.2. *Sed cum Arbatus*, inquit, *quem alij Arbacem vocant, præfectorum Medorum, idémque natione Medus. Sardanapalum regem ſuum apud Babyloniam interfeciſſet regni nomen & ſummam ad Medos tranſtulit.* Et hæc ad hunc locum dicta ſufficient. Loci autem hîc à me ad hanc lectionem confirmandam laudati. eandem hiſtoriam quæ hic ſequitur tractant.

*Fulmen Garamantici Tonantis*] Notaui ad Panegyr. Anthem. dictum *perculiſſe*) vnus liber, perpuliſſe. quod fieri poteſt at illa meo animo rectior lectio. ſignificat enim euertere & interficere. Ennius:

*Percellunt magnas quercus—*

Varro Parmenone: *Altius teneram abietem ſolus percellit.* Plautus Epidico: *——perij, plauſtrum perculi*: Terent. Eun. Act.2. ſc.3. *Quo trudis percuuis iam tu me.* Donatus: *Inuerteris, vnde prouerbium plauſtrum perculit.* Vtitur & Cicero hac notione lib.1. & 2. de Oratore. vt rectè ibi à doctis viris emendatum & obſeruatum eſt lib.3. de legib. de Tiberij Gracchi ruina: *Quid enim aliud illum perculit niſi quod poteſtatem intercedenti collegæ abrogauit.* Virgil. lib.5. Æneid.

*Perculit & fulua moribundum extendit arena:*

Gell. lib.2. cap.22. Ouid. Amor. lib.2. Eleg.9. & 8.

*Lectos Mynias*] ex Catullo, qui in politiſſimo carmine:

*Peliaco quondam prognatæ vertice pinus,*
*Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas*
*Phaſidos ad fluctus & fines Aeetæos,*
*Cum lecti iuuenes——*

Quo loco læſi pro lecti non bene reponunt, quod vel hic locus, qui ad eum reſpexit poteſt probare. ſed & Virgil. Eclog.4.

*Alter*

*Alter erit tum Typhis, & altera quæ vehat Argo*
*Delectos Heroas* ———

*Poſſis Chaomium per ilicetum* ] Ante frumenti inuentũ glãdibus homines veſcebantur, vt in illud Virgilij nu nit Seruius:

*Vuidus hiberna venit de glande Menalcas*
Georg. I. ——— *cum iam glandes atque arbuta ſacræ*
*Deficerent ſyluæ, & victum Dodona negaret.*

Culice: *Quercus ante datæ Cereæ quam ſemina vitæ.* Iuſtinus lib. II. *Arare quoque, & ſerere frumentum veſcen tibus glandem monſtrauerunt.* Arno. lib. II. *Ipſe autem qui infertur cibus, ſit vnus atque idem ſemper: nihil materia differens, nec per varios red tegratus ſapores: ſed aut ſit ille de milio, aut ſit panis ex fa re, aut vt ſecula antiqua imitemur ex glande.* Carm. 13.

*Cum populis hominum glandem liquentibus olim, &c.*

Symmac. lib. 10. epiſt. 54. Prudent. aduerſus Symm. lib. 2. Ge lib. 5. cap. 6. Ouid. Amor. lib. 3. eleg. 91.

*Nec quæ fulmine Tuſcus expiato Sextum numina quæ ad bidental* ] Fateor mihi non liquere, niſi ſubſit antiqu mihi nondum cognita. Sed puto legendum ex veteribus li bris, Septum bidental. Bidental eſt locus qui de cœlo ta eſt, Gloſſæ veteres: quas H. Stephanus dediti *Bidental*, χεραυνόπληξ. Perſius Satyra II.

*Aut quia non fibris ouium Ergennáque iubente*
*Triſte iaces lucis euitandúmque bidental.*

In quæ Cornutus: *In vſu fuit vt augures vel aruſpices ducti de Ethruria certis temporibus fulmina transfigurata lapides infra terram abſconderẽt, cuius impetratione vel immolabantur:* & poſtea: *Bidental dicitur locus ſacro per ſus fulmine, qui bidente ab aruſpicibus conſecratur quem c care nefas eſt.* Eadem fere Feſtus. Apuleius de Deo Socr *Poſtremo cuncta ariolum præſagia, fulgurium bidentalia, ca minæ Sybillarum: quæ omnia, vt dixi, mediæ quæpiam pote tes inter homines ac deos obediant*, quæ cuncta non obſc indicant, quod ſibi velit ſeptum bidental, quod calcare n fas erat.

*Hedera ter aureatus* ] nulla in libris ſcriptis varietas: com modius legi putabam hoc modo, Hederáque laurea præceſſit: vacánſque libro in caſtris.

*Vndoſa Rauennæ* ] Vulgo Vlnoſæ nulla ratione h li



liber vnus, venoſæ, quod ferri etiam poteſt.

*Eripi* ] Manuſcripti codices, Hœni, Galigo: at legebam tamen vt aliquid ſaltim elicerem veriſimile dum certius adferatur, Eryphi is eſt ad quem ſcribit epiſtol. 17. lib. 5.

*Theta* ] Quæ improbabãt veteres hac littera ſignificabãt intellexit Caſſiodorus diuinarum inſtitutionum lib. 1. *in operibus eiuſdem Originis, quantum tranſiens inuenire praualui, loca quæ contra regulas patrum dicta ſunt ac hæreſim repudiatione ſignaui.*

## CARMEN X.

*Huc & Pimpleidas induxerat optimus Orpheus* ] Nugatur hic egregie Bapt. Pius: Pimpleidas ſcripſi, vt Nereidas ſcribitur. Πιμπληίδας, Νηρηίδας, neque præter morem ſuum facit cum ſecundum corripit Sidonius. Adſcribãtur hic Apollonij Rhodij verba ex lib. 1. Argonauticon, quæ huc faciunt ita de Orpheo is canit:

Πρῶτα νῦν Ὀρφῆος μνησώμεθα, τὸν ῥά ποτ' αὐτὴ
Καλλιόπη Θρήικι φατίζεται εὐνηθεῖσα
Οἰάγρῳ, σκοπιῆς Πιμπληίδος ἄγχι τεκέσθαι.

Vbi ſcholiaſtes: πιμπλείας χωρίον ἐν Πιερίᾳ. οἱ δὲ ὄρος Θρᾴκης, οἱ δὲ κρήνην καὶ κώμην τῆς Πιερίας.

& carm. 22. *Ibant Pimpleides pariter.* Varro lib. 6. de lingua L. *Ita enim ab terreſtribus locis cognomitatæ Pimpleides, Pimpliades, Theſpiades, Helioconiades.*

## CARMEN XI.

*Æthiopis* ] lego licet nulla veteris libri auctoritate nixus, Æthiopus: quod eadem forma dixere Latini, qua Arabus, &c. Seruius Honoratus in illa 7. Æneidos,

*Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum*
*Hyrcaniſue, Arabiſue parant* ———

inquit, *Venit ab eo quod eſt hic Arabus, nam ab eo quod eſt hic Arabs ab hoc Arabe Arabibus facit: ſicut Hiberus.* Vnde eſt in Lucano:

——— *Occurrat Hiberis*
*Æter & Hiber* ———

Nam Horatius dicet:

*Diſcet Hiber Rhodanique potor.*

Item: *lectum eſt Æthiopus, ſed tantum Æthiops dicimus.*

Hæc Seruius ad hunc locum. Sic Thracus homo apud A. Gellium lib.19.cap.12.Vide quæ notaui lib.2. epiſt. 2. & Panegyr.Anthemij.

*Chryſolithi fuluus difulgurat ardor*] Vnus codex, flauus, admitti poteſt. Propertius enim dixit, flauo lumine Chryſolithos.

*Pro contemptu*] Lego,præ contemptu.

*Si iudicio*) Lego,ſi in iudicio, originem erroris quiuis vides,qui veteres libros tri.

*Baccarum fulgura* )eleganter ita veteres codd. vulgo, & vulnera.

## CARMEN XIII.

*Hæc quondam Alcides* ) ex Claudiani lib.21.de raptu Proſerpinæ cum ait:

*Thracius Hæcuates:ſed tu Tirynthius alter*
*Florentine mihi*———

*Leſtrygonas*)ita libri noſtri : quidam tamen legit. Gergonas,non male.

*Iam nunc*)excuſi.Nam nunc, illud ex libris,rectius vt mihi videtur repoſui,Virgilius:

———*Iam nunc ſolemnes ducere pompas*
*Ad delubra iuuat* ———

Plautus captiuis:

*Secede,hac nunc iam* ———

Apuleius lib.1.Aſini : *faxo etiam ſero immo ſtatim immouum iam nunc.*

*Marſieque timet manum ac rudentem*] De hoc Dio lib.55. Seneca de beneficijs lib.6.cap. 32. Arnob. 2. & Plinius verba eorum profert elegantiſſimus Lypſius in I.Annal. Taçiti.

*Sereno non ſeptimio , ſed ſammonico* ] ita omnes noſtri libri , vt etiam Lugdunenſis editio. Mirabar virum doctum ita emendare , cum antea ſiç excuſum eſſet : & Æd. Manutium , qui Cenſorium nobis ſuis notis illuſtratum ex ſua officina dedit corruptam , quæ Baſileæ excuſa eſt , editionem in citandis veterum de Cenſorino auctorum teſtimoniis , eſſe : cum Vineti diſertim , ita vt iuſſimus excudi , & alij emendãt,habeat.Sammonicum ſerenum,de arte mathematicha libros conſcripſiſſe ipſemet Sidonius noſter infra epiſt.ad Pontium Leontium probat , dum ita ſcribit :*Nam itaktis,vt ſic dixerim , membris Philoſophiæ claret, vt videatur*



*datur mihi Iulium Firmicum , Sammonicum Saturninum in libris Matheſeos peritiſſimos conditores abſque interprete,ingenio tantum ſuffragante didiciſſe.* Laudat Macrob. eius libros rerum reconditarum lib.9.cap.vlt.

*Eſſentiam*]de hoc Muret.Var.lection.lib.15.cap.20.

*Indolentiam* ] ſic veteres quidam expreſſe : alij indoliam habent , & ita cenſuit Muretus , in doloriam excuſum eſt vbique.

## CARMEN XV.

*Caput aſperat antrum* ] Nulla in libris vel excuſis vel ſcriptis varietas : legerim tamen libenter hic pro. antrũ,arrũ vt ad τὸ caput referatur , quæ coniectura certa mihi videtur: mutare tamen quicquam præter antiquorum librorum auctoritatem mihi fuit religio.

*Adamaſtor* ] Vetus liber vnus , Damaſtor , quomodo etiam Claudiano in Gigantomachia vocatur : vt hic Pius notauit.

*Diaſtema* ] Abuti hic, in his explicandis ocio,animus nõ eſt mihi,ad Cenſorini de die Natali librum te relego , qui vnus ad hæc intelligenda ſuffecerit.

*Textrimo* ] quidam libri veteres,Textrinæ. Vt Carm.23.

*Æmula Palladijs textrina ducere templis.*

*Nomina veſtit* ] Sic ex veteribus reſcripſi vulgo.Nomine veſtri , quod nullo ſenſu legitur , quamuis ne illud quidem quod repoſui mihi ſatisfaciat,veterem ſcripturam cum fide repræſentaui.

*Et pro dimiſſo tantum pallere marito* ] recte ita Horatius ſimiliter,

*Dum pueris omnis pater & matercula pallet.*

*Lunda capit*]libri ita omnes vulgo, laida.

*Flamea ſumens* ] ita conſtanter perſcribitur in libris veteribus, D.Ambroſius eodem modo in lib. de Viduis inquit: *Suaſimus fateor vt veſtem mutares , non vt flameum ſumeres , vt à ſepulcro recederes , non vt thalamum præparares flameum* φοινικίδα vocat Syneſius epiſtolis : Ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ πτὲ καὶ διαφανὴς ὁ κεκρύφαλος χρυσεῖ καὶ λίθοις ἐξήρτηται ἐκ ὀφθαλμῶν. quem locum alijs non notatum hic annotare volebam.

*Pallia claua*] dixi ad epiſt.11.lib.4.

## CARMEN XVI.

*Laticem ſimulatum fontis equini* ] Virgilius Æneidos lib.2.

*Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

*Munere pellem*] liber vnus, Pallam.

*Paphnucius*] ita M.SS, vulgares Pampicius.

*Permagna*] Cl.Puteani codex, pro magna, quod non aſpernendum.

## CARMEN. XXI.

*Nox inſuit hamis* ] non bene hami vulgatur.

*Concinnare*] Alius, Condere.

*Rauum auſerem*] ita libri ſcripti ſemper non raucum.

*Burgum tuam*] de ea Scal.Auſon.lib.2.cap.9.ampliter.

## CARMEN XXII.

*Par prope transfoßi*] Baſil.Lar, Lugd.Lac neutrum bene et libris id quod expreſſum vides repoſuimus.

*Laudent*] Ludant, vetus liber.

*Pimpleides* ] Ad carmen 10.

*Diceris ſic*] Vitioſus verſus eſt ſenſuſque, legerim,

*Diceris hic &c.*

*Pendenteſque*] liber vnus, ſplendenteſque.

*Deſtituit* ] quidem codex Reſtituit, quod etiam poſſit ferri.

*Figmenta*] alius liber Pigmenta.

*Vel prima*] alias vel ſumma.

*Sigma*] ad epiſt.2.lib.2.

*Praiudicantiſſimus* ] alij, Prædicantiſſimus.

## CARMEN XXIII.

*Sextiaſque Baias* ] Ad lib.5.epiſt.14.

*In caſtris Marathonijs merentem* ] ita ex vno melioris notæ libro reſcripſi, cum morantem, pro merentem vbique excuſum eſſet. Apuleius lib.1. Mileſiatum: *Ibi in Attide primis pueritiæ ſtipendijs merui.* Varro: *Equo publico merent.* Quam ſtrenui milites olim vulneribus ſuis, quæ ab hoſte in ipſo conflictu acceperant, gauiſi fuerint, nemini eſt ignotum. Gellius ex Salluſtitio & Demoſthene illuſtre exẽplum in ſuis Noctium Atticarum libris dedit.

Fingi



*Fingitur* ] ita in omnibus manuſcriptis libris exaratum: & nos expreſſimus quicquid ſuam lectionem Pius explicet.

*Smyrnæa incude doctus officinæ* ] ſic ſcribendus hic verſus ex membranis eſt, cum vitioſe impreſſus ſit, vt pote cum vice pro incude male fuerit repoſitum ab ijs qui ſyllabarum rationem habere voluerunt.

*Helleſpontiaco parem priapo* ] Symmach. libr. 7. epiſtol. 45. ſic,

*Tydidem ſuperis parem.*

*Inſtituiſſet* ] Vulgo Conſtituiſſet, illud rectius, docuiſſet, vult dicere, me Orphus, quod confirmat poſtea cum ait:

*Nec ſi me docuiſſet ille fari, &c.*

*Penitiſſimas*] Vulgarem lectionem hic retinui, cum omnes M.SS. haberent penitudines, quod quid ſibi velit neſcio. De hac voce lib.8.epiſt.3.mihi dictum.

*Sine Æëtias & ſuus Iaſon*] Sequutus ſum Lugdunenſem editionem & pleroſque veteres libros, alij habent,

*Siue Æëtes & inclytus Iaſon.*

*Priuates vocitent parare ludos* ] Abunde de his alijs dictum. Vide Pet.Fabrum Semeſtrum lib.1.cap. 20. & amiciſſimum Lypſium in 14.lib.Annal.C.Taciti.

*Et iam te vrna petit*] Sorte adſcribebat adſumebat vnumquemque ordo decurrendi in ſpectaculis, quod ex hoc loco, & Tertulliani quod ſuper ea re compoſuit opuſculo patet addo Symmach.lib.10.epiſt.22.& ibi Iuret.

*Suſpenſus tubicem vocans, quadrigas &c.* ] Hieronym. vita Hilarionis: *Igitur dato ſigno hi aduolant, iſti præpediuntur, ſub horum curru rotæ feruent.*

*Inſtant verberibus* ] Virgil.3.Georg.

*——illi inſtant verbere torto*

*Et proni dant terga——*

lib.5.Æneid,

*——pronique in verbera pendent.*

*Corda ferit*] Virg.

*—exultantiaque haurit Corda pauor pulſans*

*In quorum bene ſeptimum*) Hieronymus Hilarione: *Hoc ſiquidem in Romanis vrbibus iam inde ſeruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum ab ipſo quaſi conſiliorum Deo quadrigæ ſepteno currant circuitu, & equos partis aduerſæ fregiſſe victoria ſit.* Propertius:

EE 5 Aut

Propertius: *Aut prius inflecto depoſcit præmia curſu,*
*Septima quam metam triuerat.*

*Inrequieta* ) ita liber ſcriptus, excuſi, inquietata. vtrumque æquè benè. l.1.§.4. D. de poſtul.

*Taceret*) lateret, vetus Codex illud probat quod ſequitur. *Mordacem faciat ſilere Flaccum.*

*Mente*) ita omnes MS. in primitur, Dote.

*Neſcis*) quidam libri: noſti.

*Limphydij*) alij vocari puto, Nymphidium.

## CARMEN XXIV.

*Fuſcabat*) Sic omnino legendum, non Fucabat vt male excuditur ad imitationẽ enim illius Virgil. eſt lib. 4. Georg.

*Namque ſub Oebaliæ memini me turribus altis,*
*Qua niger humectat flauentia culta Galeſus,*
*Coricium vidiſſe ſenem, cui pauca relicti*
*Iugera ruris erant*———

ecce ait niger, à colore, qui idem cum fuſco aut picco, 3. Georgic.

*—ne maculis infuſcet vellera pullis*, &
*Summáque ieiuna ſanie infuſcatur arena.*

Minus recte autem doctiſs. Turneb. Aduerſ. lib. 4. cap. 14. Nigrum pro profundo accipit, vt ex horum locorum collatione paret.

*Electro*), male vulgo plectro.

AD



# AD LECTOREM.

## Io. Wowerius.

*Velim aduertas, innumera hìc emendata, de quibus ſigillatim tecum in conſilium ire præter rem duxi, quid enim attinet certis, & manifeſtò veris aduocationem quærere, cum nec ipſe ambiam ad ſingula quæq; præconem conduci ridiculæ-riam eſt literæ, aut vocis mutationem quadrigis, & ſtatuis conſecrare velle. Cæterum vt aliqua ſaltim ratio conſtet eorum quæ in hac editione mutata, viſum eſt breues Notas ſubnectere, tanquam variantis lectionis indiculum. Lectiones vero paucas & neceſſarias exprimere ſatius putaui quam omnes, cui enim rei? niſi vt patientes lectoris aures inanibus nænijs implerem, quo peſtilenti ſydere plerique hodie afflati, qui proprio & alieno ocio inſidias ſtruentes horas optimas peſſimè perdunt. Quod ſi quæpiam præter Varias lectiones interſperſa, adiuro conſcientiæ meæ fidem ea omnia non ſolum tumultuaria opera, imo ea leuitate, qua ſermones in vehiculo ſeruntur nobis fluxiſſe, ſed ſæpe inuito & faſtidienti nata, quod facile per ſe probabunt. Ego pulcre diſcedo, ſi vel ab omni eruditione relictiſſimus quiſque, Rhinocerote, vt ait Sidonius, me non notet.*

---

C. *Sollij Sidonij Apollinaris*] In quibuſdam MSS. Gaij Sollij Apoll. Modeſti Sidonij.

*Aruernorum epiſcopi*] MSS. 3. Claromontenſis epiſcopi.

### LIB. I. EPIST. I.

*Deliberabuntur*] MS. 3. deliberantur.

*Conſilioſiſſimus*] lib. 1. inſtructiſſimus. Conſilioſus præter alios Gell. lib. 4. cap. 9.

*Omnes*] lib. 2. omnes eas.

*Retractatis* ] lib. 2. retractis. Tacit. ad Plin. Gelli. lib. 13. cap. 10.

*Silere me*] ME in vulgatis exemplar. non legitur.

*Frontonianorum*] MS. 1. Frontoninorum. Frontonis meminit Capitolin. Antonino philoſoph. Hieronym. ad Ruff. *Frontonis grauitatem.* quo reſpexit Sidon. lib. 4. epiſtol. 3. *Frontonianæ grauitatis.* Scholiaſt. Iuuenal. Saty. 7.

*Cum veternoſum*] MS. 3. Bibliot. S. Victorij, cur vet. quod non abhorret à phraſi Sidonij. Epiſtol. 11. & lib. 2. epiſtol. 13. & paſſim.

*Immane dictu*] 3. Victor. immane ductu, quantum ſuper.

*Quantúmque*] vulg. quantumcumque.

*Fautorem*] MS. 2. factorem.

*Haſitabundos*] Vul. hæſitandos.

*Editorum*] MS. cruditorum.

*Liuidorum*] vulg. liuidulorum.

*Sedet*] ita omnes MS. vulg. ſidet.

*Fixerit*] MS. fecerit.

## EPIST. II.

*Theodori*] MS. Theuderici.

*Popularis*] vulg. populis.

*Laudans in te*] alij lib. laudaturus vitæ in te tam dulcatæ ſollicitius ingenuitatem. Ipſe igitur vir eſt.

*Huiuſcemodi*] MS. 2. huiuſcemodi ſunt, vt l. c. nihil ne regni. al. vt l. c. nec regni.

*In quo paululum*] plerique MS. in patulum. l. Capitis aper rotandus, in patulum à planicie frontis verticem cæſaries refuga criſpatur. Cæſaries refuga, crines flexi. nam Lucanus Æthiopum crines refugos dixit. Æthiopes vero οὐλότριχας, adſerit Ariſtoteles, & Martialis retortos crines eis tribuit hoc eſt, ἐπιστροφάδας, vt eſt apud Euſtatium. Theodectes de Indis apud Strabonem lib. 5.

*οὓς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν, σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνεστρίψε κόμας μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.*

*Ceruix non ſedet neruis*] ita omnes MS. lib. Pithæi. Ceruix non, ſed neruis.

*Genas adusq; forcipibus*] V.C. Petri Danielis: genis vt adhuc veſticipibus.

*Naſus*



*Naſus venuſtiſſ.*] MS. Vict. naſus venuſtus.

*Si caſu dentium*] Hæc ex MS. interſperſimus.

*Pilis infra*] vulg. intra. contra apud Petron. *Hoc vt infra fiduciam poſui.* l. intra.

*Iuuenili*] MS. 3. iuuenali.

*Sit ſermo* ] al. ſi ſermo.

*Ratione*] MS. religione. *Circumſiſtit ſellam comes*

*Armiger*] MS. Victor. ſedem, aptè vero comes, cum & Varroni latrones, quod ſint circa latera regũ. Apul. regalium laterũ ſtipatores. Agath. δορυφόροι ἀμφὶ τὰ βασίλεια. Armigeri ἀσπιδοφόροι hæc enim vocabula latius capiuntur Firm. Zoſim. lib. 3. ſcutarij. C. Codino: σκουτέριοι, Gloſſæ: *Armiger, qui vulgo ſpatharius. Virgil.* Spatharij vox vbique obuia, ἡ σπάθη ἐστὶ καὶ τὸ δόρυ, inquit Cedrenus, recte ergo δορυφόροι. Suid. Heſych. Procop. Dio lib. 55. Herodian. lib. 2. δορυφόρους appellant milites cohortis prætoriæ. nam prætoria cohors propriè ad cuſtodiam principis. Aug. Pſal. 149. *Framea, quam vulgo ſpatam dicunt.* Iſidorus lib. 19. cap. 6. Placidus in Gloſſ. *Clunaculum pugionẽ dictum, quod clunes ſeligit, nõ item ſpata:* hoc vocabulum Germanis hodie remanet varij vſus, cũ ipſis ἀκόντιον notet, & lanceam, & veru, & latius ferrum vtrimque acutum, quo terram fodiunt, ſcilicet ab acumine voce deducta. in LL. VViſigathorum lib. 9. tit. 2. *vt vnuſquiſque de his quos ſecum in exercitum duxerit, partem aliquam Zabis vel loricis munitam habeat: pleroſque vero ſcutis, ſpatis, ſcramis, lanceis inſtructos. L. Spatis framijs.* Zabas loricas interpretatur etiam Leo Imp. ἐπιλωρίκια ἔχειν ζάβας ἤτοι λωρίκια.

*Excluſa velis*] Lucifer Caralitanus lib. moriendum pro Dei filio: *Perſpicis in tuo palatio intra velum licet ſtans.* Corippus: *contracto patuerunt intima velo oſtia.* quamquam hoc de velo cubiculari. Plin. epiſt. Lamprid. Elagabalo. Sidon. lib. 4. epiſt. 33. Velum iudicis C. Theod. lib. 1. tit. De offic. rect. prou. Admiſſionales qui ad velum obſeruabant. Lampri. Alex. Seuero: *Salutaretur quaſi vnus è ſenatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis. Magiſter admiſſionum* Vopiſ. Aurel. Anim. lib. 13. *officium admiſſionis* Sueton. Veſpaſ. cur vero *incluſa camellis*, ex Agath. lib. 2. claret.

*Tractabitur*] Iuuenal. Sat. 1. *Iuriſq. peritus Apollo* Comm. *Quia iuxta Apollinis templum Iuriſconſulti ſedebant, & tractabant.* ita vbique vſurpat Sidon. lib. 1. epiſt. 9. lib. 4. epiſt. 4. lib. 9. epiſt. 16. & paſſim. hinc tractatorium, lib. 1. epiſt. 7.

 Gloſſæ.

Gloſſæ: *Tractatorium, oratorium*, quod illic cauſas orabant.

*Plurima)* vulg. plura. citra dign.

*Deus obtulerit)* MS. Victorini, obtulit. hoc ex 6. libb. n... primum inſertum.

*Quod elegeris ferit)* C.Dan. quo delegeris.

*Impolitam)* Fortaſ. politam.

*Cedentibus)* Vulg. ſedentibus.

*Non ſplendore)* MS.5. pondere.

*Luxu ſabbatorio)* C.Dan. ſubactorio inepte. Vide Canon. Trullenſ.

*Iocülariter)* MS. 2. ioculanter. Vul. luculenter.

*Ad ludum)* MS.Vict. ad ludendum.

*Patronerum)* MS. patrociniorum.

*Excubaturus)* MS.2. excubatur.

*Redeunt ſummouentes)* MS.1. commouentes, inepte. nam pulſare & ſubmouere proprium in hac re.

*Mordacis linguæ felle)* vide Iuuen. Comment. ad illa Sat. *Et ſalibus vehemens.*

*Phonaſco)* Suet. Neron. cap.25. Varro ὄνος λύρας:

*Phonaſcus adſum vocis ſuſcitabulum,*

*Cantantiumq́; gallus gallinaceus.*

*Acroama)* Sueton. Aug. cap.84. Acroamata, pueri aſſa voce canentes, qui vocales Lamprid. Alex. Seuero: *Vocales ex... letos & omnia acromata populo donauit.* Iuuen. Saty.6. Symphoniaci pueri, qui Subulones. Cic. pro Mil.

*Meditatum)* MS. 2. medietatum.

*Caſa)* MS. 6. gaza. quod tamen verum non eſt. caſam dicit σκοπιὰν: ſeu manſionem excubitorum, *vne eſchauguette.*

*Hora primi ſoporis)* Quippe per ſucceſſiones vigilabant, quæ vices Apul. *Tutela peruigili cuſtodiam per vices ſortiti ſuſtinebant.* Stat. *dat teſſera ſignum Excubijs poſitæq́; vices.* Lutac. *Vices excubantium militum ſucceſſiones, qui ad vigilandum inuicem ſibi ſuccedunt.*

*Conficere)* MS. 2. efficere.

## EPIST. III.

*Legibus)* MS. 4. legis.

*Sed qui)* MS.Vict. licet qui. Ortel. ſcilicet.

*Suſcipiunt)* al. Suſpiciunt.

*Ille obiter)* ita plerique MS. Vul. arbiter.

Inimic



*Immicabilibus*] M.S.Vict. inimicalibus.

*Antiquati*] Vic. antiquitati.

*In conſilium*] Vul. concilium. ſanè vbique fere hæc confuſa, cum alterum alterius locum ſubierit culpa ex ſcriptorum, & litterarum vicinitate. Conſilium συνέδριον ſeu conceſſus. Apul. Apolog. *Vos quique eſtis in concilio L. conſilio.* Concilium συναγωγὴ collectus, ſeu coetus amplior. ideo Sidon. diſtinguit lib.2. epiſ.1. rectè verò in gloſſ. *Concilium conuentus.* nam συναγωγὴν & πανήγυριν notat. Spart. Hadr. *Hiſpanis in conuentum vocatis*, Suet. Ner. c.28. *Circa conuentus, mercatuſque* hinc conciliare: Eograph. Commen. in Eunuch. Terent. *Male conciliate — male emte. — nam concilium nundinas dicimus.* Concilium à conalando vulgus Grammaticorum. Varro v. de ling. Lat. *A cogitatione concilium, quod vt veſtimentum apud fullonem cum cogitur conciliari dicitur.* Hoc eſt, cogi, vnde opus ipſum coactura. & in gloſſ. *Coactiliarius* πιλοποιός. conciliare verò, quod maximo motu opus faciunt. nam cilere eſt κινεῖν. concilium, compoſitio. Lucretius: *Corpora, concilio quæ conſtant principiorum.* & apud Petrum, *epulæque ad certamen prolata conciliant hilaritate concilium.* vt Varro: *Vinum coagulum conuiuij.*

## EPIST. IV.

*Familiare faſtidium*] MS.2. ſtudium.

*Cum a deſperat*] lib. meus. cum deſper. MS.1. cum reapſe ratione.

*Cuius aptet.*] MS.v. Huius enim app. nullis adhuc.

*Sed hinc*] MS.Vict. ſcilicet.

*Velle me tibi*] MS.1. velle me non t.

## EPIST. V.

*Henonio*] lib.2. Herenio.

*Illic etſi*] Vict. Illicet etſi.

*Rhodunuſiæ*] MS. 2. Iordanuſiæ. perperam, Rhodanuſia, Lugdunum. Steph. Ptolem.

*Publicus curſus vſ. fuit, quippè ſacris apicibus acc.*] nã alioquin publico curſu vti non licebat. l.6. C. de curſ. publ. ideò diplomata exhibita. Capitolinus in Perlin. Iulia. Ἀφικέσθαι προσ... [illegible]

κα...

κεχ̀λεῖ πορίπωε. Sed in re vulgatiſſima difficile eſt aliquid noui adferre. Victor. Conſtantino. Capitolin. Antonino: *vehicularium curſum ſubleuauit*. impreſſius Spartian. Seuero. *Vehicularium munus à priuatis ad fiſcum tranſtulit* hoc eſt, quod ait in Adriano: *curſum fiſcalem inſtituit*. Fiſcalia, quæcumque publico ſumptu exhibita *panis fiſcalis*, id eſt, *de populi annona*. Gloſſographus Perſij Sat. 3.

*Replicatione*] al. refricatione.

*Cruſtarum*] MS. 2. cruſtatum.

*Vtrinq; torrentis*] Vul. vtraq;. ineptè. Iordanus de Caucaſo: *Lateribus in altitudinem vtrinque porrectis*.

*Curſoriam*] Caſſiod. lib. 2. epiſt. 15. l. 2. C. de offi. præf. præt.

*Commeſſaliter*] lib. 1. commeſſabilitur.

*Labrum*] lib. 2. lambrum.

*Quorum ripæ thorique*] Opt. Cod. ripæ & ore.

*Nutabant*] MS. Vict. & alij 2. natabat.

*Fruticauerant*] Opt. C. fructificauerant.

*Peruectus*] Vul. prouectus.

*Diſcretus*] hæc eſt vera lectio, quam omnes MS. agnoſcunt. al. diſcerptus. *Molium publicarum*) Iuſtin. lib. 2. *Aduerſus vim decurrentium aquarum tantis inſtructa molibus*. Ammian. *Oceanum molibus communiebat*.

*Mercatui*] Vu. mercantium.

*Falſum*] V. ſalſum.

*Cloacali*] MS. claacari. ita ferè vbique, latiali & latiari.

*Nomini*] vu. nominis.

*Qui Italis veteribus terminus*] vu. veterrimus.

*Flaminia oppida*) Opt. C. flumina & oppida.

*Felicitas*) ita omnes MS. vul. fuſcitas.

*Vitrea Fucini*) lib. 1. vicina ſuccini.

*Cucus non ſolum forma*) Hæc eſt veriſſima lectio, quam ex MS. eruimus. vulg. Thermas. Formæ, aquæductus. Caſſiod. Var. lib. 7. ep. 6. l. 1. C. de aq. du. C. Theod. eod. Frontin. lib. 1. de aquæduct. *Formas quoque ductuum facere curauimus*. l. *aquædu tuum*. grauiter hallucinatur vir doctus aduerſ. lib. 5. cap. 5. nam Frontin. lib. 2. *riuorum formas*. Vlp. l. ſi pendentes. D. de vſufr. *Formam aqueductus*. Naumachias potare dixit Lucill. apud Priſcian. lib. 6.

*Operam do*) MS. 2. operæ impendo.

*Filia perennis*) lib. 3. Pith. filia Aſceila. ſed indubiè irrepſit gloſſa.

Thal.



*Thalaſſio*) Vul. thalaſſia.

*Migrauit*) MS. 3. vict. & alij 2. peruenit.

## EPIST. VI.

*Te iners*) MS, temet iners.

*Totius mundi*) MS. Victor. orbis. al. vrbis. ſoli Barbari & ſerui pereg. l. 4. D. de excuſ. tut.

*Pingui*) MS. 2. pigro.

*Nummi nus*) MS. 1. Non.

*Grauibus*) Vulg. grauidis. al. grauidum.

*Cum eo*) locus variè contaminatus. Vul. cum eis quos eſt dignum, ſi nos ſequereris videreris dolentibus anteceſſiſſe. al. viderentur dolentius. Vera eſt lectio quam expreſſimus.

## EPIST. VII.

*Aruandi*) MS. 2. ſeruandi. vide P. Diac.

*Quod amare liceat & capite d.*) MS. 2. Vict. quod fouere l. Zoſimus lib. 5. vbi agit de morte Stiliconis.

*Felicitas*) Nonnulli libri hoc ignorant.

*Sed gubernationis*) plerique MSS. damnationis.

*Sequentemque*) ul. conſequentem.

*Poteſtate diſcinctus*) MS. 1. defunctus. ineptè. apud Zoſim. ἀφῃρέθη τῆς ζώνης. lib. 5. Sozomen. lib. 7. capit. 13. Rufinus: ius militandi. Herodian. lib. 2. Guid. Iouiano: ζώνην ἀπολῦσαι, exauctorari. Hinc ζώνη, ſiue cingulum latius vſurpari cæptum. ergo diſcinctus, ſolutus magiſtratum. Sidon. lib. 1. epiſt. 9. deſtinatus, vinctus. Apul. *capiſtro deſtinatus*. & paſſim alij.

*Aſellio*) MS. 1. Aſello.

*Præfectura nuper extorta*) Opt. lib. nuper ex ore fum.

*Syagrij*) Vul. Sygagrij.

*Maxima r u. ſcientia præditi*) Opt. lib. copia. L. maxima rerum ſcientia, verborumque copia præditi.

*Cumgeſtis*) MS. Vict 2. congeſtis.

*Correptus*) Vict. 1. correctus.

*Super Ligerim*) lib. Pith. ſuprà.

*Hanc epiſtolam læſæ maieſtatis crim.*) l. 7. C. ad l. Iul. Maieſt. & illa Vlp. l. 1. D. eod. *Qui hoſtibus P. R. nuncium litteraſve miſerit, ſignumve dederit feceritve*, & quæ ſeq.

*Auxanium*) MS. 2. Auxanum.

Nil

*Nilleue*] vulg.nil quaſi leue.

*Præfectorijs* ] Victor. lib. *1.* prætorijs , perperam prætorij enim legebantur ex equeſtris ordinis viris.Plin.lib.1.epiſt.14. Sidon.verò præfectorijs parentibus natus.

*Trapezitorum*] Fortaſ. trapezarum.

*It in tractator*] Vulg.& in tract.

*Prenſare*] lib.1.penſare.

*A decemuiris*] MS.2. ad eſſe viris.ſunt qui legant:quinque viris.

*Sub inuidia*] lib.*1.*iniuria.

*Præcipi reo*] Vul.miſero.

*In imo*] Vul.in vno.in Apul.mil.*1.* *Ac dum in imū deiectum* non,infimum.

*Concito*] MS.3.concitato.

*Ter quaterque*] τὸ quaterque vulg.deeſt.

*Confeſſum reum læſæ maieſt.teneri*) Nam confeſſus eſt pro damnato.l.LXXVI.D.de re iud.l.vnica C.de confeſſ.Cato apud Salluſt. *De confeſſis ſicuti de manifeſtis rerum capitalium ſupplicium ſumendum.*

*Milibus formularum iuris id ſentientibus* ) Opt.C.ſancientum.Formulæ, vt in re vulgata moneam, ſunt verba certa ac ſollennia,quæ legitima apud Varr.v.de ling.Lat. quod ex II. tab.deſcendunt.ita l.2. §.ſi legib.D.de orig.iur.actiones compoſitas certas ac ſollennes. dicuntur & verba ciuilia. Vlp. Fragm.tit.25.verba directa.interpres Horat.Saty.*1*.lib.2.verba concepta.Cicer.2. de Inuent. Laborioſus Sidonio , anxiè implicitus.vt,quanta laboras in charybdi. Apul. laborans veſtigium:vide Sidon.epiſt.2.lib.3.

*Purpuratorum*] lib.Dan.purpuratorium.

*Exauctoratus*] vulgo:exauguratus.

*Sed vt iudic.*] Vict.ſed cum.

*Serpentis Epidauri*] Serpentis. non eſt in lib. Daniel.& rectè.

*Nunc ex vetere ſenatuſconſulto Tiberiano triginta dierū*] Verba illa:ex Vet.S.Tib.abeſſe in vet.C. monuit me optimus & humaniſſ.vir Petrus Daniel. quem onerare laudibus meis impræſentiarum non libet,ita Sidon. inſigni errore liberabimus,nam ſenatuſconſultum Tiberianum x. tantum dies indulgebat.Dion.lib.57.Seneca de Tranquill.cap.14. Theodoſius verò 30.l.ſi vindicari.C.de pœnis.12.tab.30. dies æris confeſſi debitique indulgent , vt eſt apud Gell. Quod verò Fort.

Fort.



Fortunatianus: *Qui proditionis damnatus fuerit magiſtratui detur cuſtodiendus,& trigeſimo die torqueatur vt conſcia dicat.*alibi interpretabimur.

*Nos quidem* ) vulg.nos quoque quidem.

## EPIST. VIII.

*Illud tamen* ) MS.2.id tamen.

*Et fatigationum ſalibus admixtis*)ita omnes MS.vno conſenſu.Vulg.fatim gnatorum.al. fatim gnatonum. quod eſt à manu inſulſiſſimi correctoris. Fatigare , eſt cauillari & iocis exagitare.Sidonius lib.5.epiſt.17.*Verba dulcia,iocoſa,fatigatoria.*lib.3.epiſt.13. *Si fatiget,in contumelias , ſi fatigetur, in furias.*lib.4.epiſt.10.Dicere ſolebas.quanquam fatigās,quod meam facundiam verere.Sulpic.de virtute Monach. Oriētal. *Quid,inquam, Galle placet ne tibi prandium panis dimidius viris quinque tum ille aliquantulum erubeſcere dum fatigationem meam accepit.Facis,inquit, tuo more qui nos edacitatis fatigas.* Ioan. Caſſian. *Illuſione contenti fatigare eos potius ſtudeant,quam nocere.* Aurel.Victor in Caro:*Condiſcipulis quoque qui taxauerant eum in auditorio verbi fatigatione pernicioſus fuit.*Iuuenal.Sat.9.*Salibus vehemens.*Comment.*vrbicus es, id eſt, qui ſolebas homines in conuiuijs fatigare.*

*Iſta hæc nobis*)Victor.*1.*mihi iſta hæc.Opt.C.Et tu iſta ecce Ceſænatis Furni.optimè & concinne.

*Turres*) lib.*1.*ventres.

*Aegroti de ambulant* ) lib.2.ægri.

*Algent balnea, dormitoria conflagrant* ) Hæc eſt lectio optimi Cod.mei.reliqui omnes cum vulg.domicilia. hîc autem vbi rerum ordo peruerſus,rectè algent balnea,dormitoria conflagrant. curabant enim vt hæc cubicula frigidiora, quod ex Vitruu.& Pallud.conſtat.Sidon.lib.2.epiſt.2.*Hæc tamen aliquid ſpatio ſuo in extimo deambulacri capite defrudans efficit membrum bene frigidum : vbi publico lectiſternio exſtructo clientularum , ſiue nutricum chorus receptui canit.* Membrum. nam Plin. lib.2. epiſt. 17. membrum dormitorium. membrum eſt pars domus. Plin. libro 5. *Multum hac membra , atrium,&c.* Vlpian. *Si Fabris duobus vel pictoribus templum vel membrum depectum eſſet.* ergo hîc dormitorium , vt in Gloſſ. *Dormitorium* κοιμητήριον.Plin. *dormitorium membrum.*Sidon. lib. 2. epiſtol. 2. *dormitorium cubiculum.*Sitiunt viui natant ſepulti. Quoniam hic lex naturæ,

turæ,

turæ inuerſa, leg.putabam : ſiti ſunt viui,id eſt , mortui, ſed fruſtra,nam Rauenna , de qua hic loquitur, ſita in paluſtri loco , ideoque propter ſordes aqua potu minus apta, & eadem ratione ſepultos natare dicit. Syri , qui fœneratores pſallant,& clerici quorum eſt pſallare fœnerantur.Sed de his omnibus plenè,vt ſpero ,alias.

*Milites negociantur*) MS. v.monachi neg.l.Vnic.C.Ne mil. negoc.

*Pilæ ſenes*) Ouid.Martial. Athen.lib.1.Sidon.lib.5.epiſt.17.

*Literis fœderati*) ita omnes MS.Vul.lituis, quod concinnarat nobis acumen Baptiſtæ Pij : Fœderati,Gotthi.Iornandes de reb. *Nam & dum famoſiſſimam & Romæ æmulam in ſuo nomine* (Conſtantinus) *conderet ciuitatem,Gottorum interfuit operatio qui fœdere inito cum Imp. 40. ſuorum millia in ſolatium contra gentes varias obtulere. Quorum & numerus vſque ad præſens in Republ. nominantur Fœderati. & milliáque illa dudum ſub Conſtantino Imp. fœderatorum renouata, & ipſi dicti ſunt fœderati.* φοιδεράτοι , apud Zonar. & Cedren. Harmenop.lib.4.tit.12.Nouel.116.Gotthi itaque inculti rerum lege peruerſa literis hîc ſtudent.

*Quæ facilius territorium potuit habere quam terram*) in MS 4.quam facilius.Fortaſſe:quam f.t. potuiſti,vt ludat,territorium eam ciuitatem potius quam terram.

## EPIST. IX.

*Heronio*] lib.2.Herenio.1.Heremonio.

*Ricimeris*] lib.6.Recim.

*Partis armatæ* ] Hæc inter ſe opponuntur. Pars armata. Pars ciuilis.militia armata.militia ciuilis. Bellicæ artes. Vſus ciuilis. Veget.lib.1.cap.5. *Plures militiam ſequebantur armatam. Necdum enim ciuilis pars florentiorem abduxerat iuuentutem.*Latinus Pacatus : *Illa voluit,vt quia iam bellicis artibus abundabas , vſu ciuili experiens ſub ocij tempore redderetis.*

*Sera numeroſitas*] Vul.ſena. MS. 2. ſeria moroſitas numerabatur.

*Deſtringeretur*] Vul.diſtraheretur.

*Atque nepotibus*] in MS.9.deeſt.

*Coluiſſes*] conſuluiſſes.

*Vt ſeruata* ]lib.3.vt reſeruata ſen.conſulatus v.





*Calendæ Ianuariæ quæ Auguſt. Coſ. repetendum faſt. nomen* ] Plutarch.Quæſt. 9. Lactant. lib. 6. Plin.lib.2. epiſt.12. Salu.lib.6.Herodia.lib.1. quem vide. Seneca de ira lib. 3.cap. 31. Caſi. libr. 6.in Form. Conſulatus.l.1.C.Theodor. ne quid publ. læcti. hinc Sydon. libr. 8. epiſtol. 8. faſti purpuriſſati.

*Male grauaris*] libr.3.& lib.Danielis , onere preſſaris.MS. 1. merè preſſar.

*Vt me præfectum faceret ſenatu ſuo* ] MS. v. & lib. Dan. ſenatui ſuo.lib. Pith.ſenatus ſui,ſed malim:ſenatu ſuo,id eſt, cum ille ſenatum haberet.

Scholiaſtes Iuliani:Nou. 22. capit. 82. *Quæſitum eſt qua dignitate fungeretur præpoſitus: & dictum eſt, præpoſitus præfectoriam habet dignitatem , nam præfectus prætorio præfectus vrbis , & magiſter militum ſimilem dignitatem.*Præfectoria dignitas acquiſita aut ipſa præfecturæ functione, aut magiſterio militum , aut quod præpoſitus ſacri cubiculi, aut indultu principis per codicillos l. Conſularis. C. Theodoſ.de metat. Sidonij præfecturæ honoraria , ita omnes ferè magiſtratus ſub Impp. agentes , aut vacantes , qui honorarij.Coſs.ordinarij aut honorarij, l.3.C.de Coſs.& non ſparg.ordinarij,aut ordinarij aut ſuffecti,ordinarij , qui conſulatum inibant Kal.Ianuarijs, & faſtis nomen dabãt. Suffecti,qui parte tantum aliqua anni conſolatum gerebant , ordinarij ſuffecti,vnde & minores , vt ordinarij maiores. Dio lib.48. ideoque ad diſcrimen Sidon.epiſt. 9. conſul ordinarius. Qui mos coſs.ſufficiendi incœpit C.Iul.Cæſ.coſ. Dio lib.43.prætorij aut præfectorij qui vacantes , allecti dicebantur,hinc illa opponuntur, præturas allectione accepiſſe , & vere prætorem fuiſſe.Capitolin.Pertin. ita Palatini vacantes, adſcripti.Lamprid.Alex.Seuero:*Iureiurando deinde conſtrinxit,ne quem ad ſcriptum , id eſt,vacantium haberet.* ita tribuni militares vacantes,tribunatus vacans.Cic.epiſtol.7.lib. 8.ad Fam.Sueton. Claud.cap.24. curius rei ignorantia doctiſs. virum pueriliter errare compulit. Præfectorij autem erant ſenatorij cenſus. Lampridius Seuero : *Præfectis prætorio ſenatoriam addidit dignitatem , vt viri clariſſimi & eſſent & dicerentur.* quod etiam ex alijs ſcriptoribus notum eſt,ideo Sidonius.epiſtol.11.*ſic præfectorius , ſic ſenator.* Sed nobilitas ſeu vt Zoſimus lib.2.ἀξία τοῦ λεγομένου νωβελισσίμου,

ſenatoribus tributa. Caſſiador. lib. 8. de ſenatu V.R. *Antiquitas nos fecit nobiles haberi: nos ſenatum etiam volumus de numeroſitate prædicari*. Apul. Florid. lib.3. *Quin etiam tibi, Nobilitas ſenatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ob dedicationem ſtatuæ meæ, libro etiam conſcripto plenius gratias acam:* (agam) *eiuſque ergo libro mandabo vti per omnes prouincias eat.* ita enim locum longe corruptiſs. reſtituendum arbitror. itaque Gregor. Turonenſis cum aſſerit Sidon. præcipuum ex ſenatoribus, nobilem prædicat. Sidon. lib.9. epiſt.14. *Quem plauſilibus Roma fouere, vlnis: ſi pacis locique conditio permitteret, vt illic ſenatoriæ iuuentutis contubernio mixtus erudirere.* id enim moris obtinuit, vt nobilium pueri Romæ inſtituerentur. Hieronym. ad Ruſtic. *Erudiuit infantem ac poſt ſtudia Galliarum miſit Romam.*

*Si tamen tetrica*] ita ex MS. edimus, Vul. iocula.

*Scilicet* ] MS.3. ilicet.

*Cinctui vndique* ] lib.2. cœtus. alij MS. 4. cinctuti Fortaſſis: cinctutim, vt Zonatim. ſanè cinctuti Luperci. Ouid. in Faſtis, quod huc non facit. Opt. C. cunctim vndique omnium.

*Conuaſatis acclamationibus* ] Vict.2. continuatis.

## EPIST. X.

*Campanio*] lib.2. Campaniano.

*Sua famæ*] Vul. ſuæ me, id eſt, famæ.

*Facies*] l. Dan. faciet.

## EPIST. XI.

*Grammaticam vel ſalutanti* ] ita correximus Opt. C. manu ducente. Vulg. Grammatico vel ſaltem vati. quo nihil ineptius.

*Conciratoribus*] Vict. auctoribus.

*Vir illuſtris*] hoc ex MS. acceſſit.

*Bigerrus*] MS.2. Birengerius.

*Fruſta diuerſa* ] Vulg. fruſtra, diuerſa q.q.p.1. effunderent. Opt. C. cumque fruſtra diu. quæque quaſi.

*Tabula Roſtratis acciperet aut Capitolina* ] in re vulgatiſs. tanti non eſt diutius inhærere. Columnæ roſtratæ affixæ victoriæ tituli, præſertim naualis. Quinctil. libro 1. Pliniu





lib.34. & V. Inſcript. Capitolinæ triumphantes affigebant victoriæ ſuæ titulum. illuſtre eſt illud Fortunatiani Grammat. *Apud noſtros in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriæque ſuæ titulum Saturnijs verſibus proſequebantur. talia reperi exempla, ex Reguli tabula. Duello magno, dirimendo, regibus, ſubigendis, in Acilij Glabrionis tabula, Fundit, fugat. proſternit. maximas, legiones*, & recte victoriæ titulum, nam & Sueton. Domitiano cap.15. *Atqui etiam è baſi ſtatuæ triumphalis titulus excuſſus vi procellæ.* titulum intellexit Virgil. Æneid. 11.

*Indutosque iubet truncos hoſtilibus armis,*
*Ipſos ferre duces, inimicaque nomina figi.*

Sed vnicè illuſtrant Sidon. illa Suetonij Nerone cap. 10. *Recitauit & carmina in theatro, tanta vniuerſorum lætitia, vt ſupplicatio decreta ſit, atque pars carminum aureis litteris Ioui Capitolino dicata.*

*Dentis igniti*] ita expreſſimus conſenſu MS. Sid. *Flammant Satyræ.* Ennius:

*Enni Poëta ſalue, qui mortalibus*
*Verſus propinas flammeos medullitus.*

hæc enim de Satyris eius, non de furore quo Poëtæ agitari dicuntur, capienda. Vulg. iniqui.

*Circulatores*] non ὀχλαγωγοὺς aut ἀγύρτας dicit, ſed eos qui paſſim obambulabant, aut qui circulatim conſiſtebant, nam circus ſeu circulus quæuis corona. Plin. lib. 2. epiſtol. *Multa agmina in medio, multique circuli, & indecora confuſio.* Vopiſc. in probo: *idque per multos circulos diceretur.* Circulare, oberrare. Minut. Octau. *Ceres facibus accenſis, & ſerpente circumlata. L. circulata.* Sed de his alibi.

*Feſtinam*] lib.2. feſtinans.

*Dixerat*] lib.1. direxerat.

*Inantis interregni*] Vict. inter ihiantis regni.

*Faſcibus prius quam codicillis* ] L.1. C. Theod. ad l. Iul. repet. lib.9. tit.27. Ammian. lib. 25. *Oblatis magiſterijs equitum & peditum codicillis.*

*Aduocatorum. quorum cum finiuntur actiones*] L.13. C. de aduocat. diuerſ. Nouel.34. Euod. Epiſt.

*Anni*] Vul. anno peracto. e.m. terminum circa.

*Confixit & perſcripſiſſe*] hæc à vet. Daniel. abſunt.

*Compellatio*] lib.2. interrogatio.

*Trebaciſſimus ſenex* ] libr. 1. terebraciſs. Victor. 1. tra-

beatiſſimus.Sidon.libr.9.epiſtol.11.*malui ſimpliciter confiteri quam trebaciter diffiteri.* Trebax, peruicax, vnde C. Trebacij nomen. eſt autem Sammaticum vocabulum, nam apud Appian. dux Sammitum Trebacius, ſanè cur aliquid mutemus non video: cum conſtans ſcriptura ſit Optim.Cod. & commoda interpretatio.

*Standi locum*) Opt.C.reſpondendi.

*Loquendi*) loquenti.

*Ille, ſed riden*) Vict.2.ſubridens parce ait nobis.

*Improbaliter*) lib. Dan.improbabiliter.

*Aquam poſtularem*) lib.3.poſcerem, Petron. *aquam poprſcit in manus*, Caper: *in manus aquam poſcimus.*

*De cætero*) lib.4.decreto.

*Ipſe ille reus amicis*) Vulg.meus amicus.

## LIB. II. EPIST. I.

Hæc Epiſt.in plериſque MS.vltima eſt lib.1.

*Hecdicio*) Varians ſcriptura in MS. Ecdicio. Ledicio.Edicio.

*Ibi ex parte*) Vulg.ſibi.

*In conſeſſu*) vet.in eccleſia.

*Si nulla à Repub.vires*) Opt.C.Si nullæ aræ publicæ.

## EPIST. II.

*Calet vnda*) lib.5.candet.

*Endromidatus exteriu*) lib.1.extrinſecus, endromis, veſtis hirta & craſſior. Iuuen. *Igniculum brumæ ſi tempore poſcas Accipit endromidem*, Tertull.de Pall.*endromidis ſolocem aliqua multicia ſyntheſi extruſit.* apriſs. Tertull. endromida Cleomacho pugili tribuit, nam Pollux lib. 2. ἀθληταῖς δ᾽ ἂν προσήκοιεν καὶ ἐνδρομίδας &c.

*Camerini*) lib.Daniel.Amerini.

*Subducens*) Victor.3.ſuccideris.

*Abitaci*) Auitaci.

*Tramitibus*) Vulg.tractibus.

*Hinc aquarum ſurgit cella coctilium*) Hæc eſt quæ media Plin.βαπτιστήριον ſeu, tepidarium. Vnguentaria, vt infra, natatoria, quod in Gloſſ.legitur, perperam vulg. vnguentarij. Vnguentaria, vnctorium, ἀλειπτήριον.Plin. epiſt.lib.2. & lib.5. Celſ.lib.1.cap.4.Vitruu.lib.5.cap.10.

Exc pto



*Excepto ſolij capacis hemicyclio*) Quippe in vnctario etiã ſolia ad lotionem, Celſus: *Sub veſte primum in balneo inſudare: ibi vngi: tum tranſire in calidarium: ibi inſudare: in ſolium non deſcendere, ſed aquæ calida caput perfundere.*

*Vis feruentis*) Viſum deferuentis, MS.4.

*Publicis operibus extructas*) Iulianus: ὥσπερ ἐν πολιτικαῖς ἐπιδημίαις καὶ δαπανήμασιν &c.

*Ipſa verò*) Hæc ex Opt.C.meo adieci, quæ reliqui omnes ignorabant.

*Quod ſolet ſigma*) Plerique MS.quot ſolij ſigma.

*Vultu & veſtibus*) al.lib.veſte & vultibus.

*Tortuoſi pugillata & nexibus palæſtrita*) MS.4. pugillatas nexibus. Sed nihil mutandum arbitror: neque admitto, quod viro doctiſs.in mentem fuit, pugillatu & nexibus, τῆς πυκτικῆς ἁφαῖς Nexum, ἅμμα, ἐπὶ πάλης δεσμός. in Gloſſ. Nexus, ſunt nodi ſeu ligaturæ quibus impliciti mutuo ſeſe tenebant. quod fuſe Stat.lib. 4. Thebaid. Sidonij loco geminus germanus ille B. Baſilij ſenſus: cuius iudicium mihi fecit, omni laude maior Th. Marcilius Ἐν τῷ περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς: τοῦτο δὴ, ἄρα κατενοήσασιν, ὁ τῆς σωφροσύνης ἐν τοῖς παλαίστραις γέγραπται νόμος ἄσυλα παρὰ τῶν ἡδονῶν τοῖς νεανίσκοις φυλάττων τὰ σώματα, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἀγωνιζομένοις αὐτοῖς, οὐδὲ ὅσον προβλέψαι ταῖς λαμπούσαις μορφαῖς, εἴγε ἐθέλοιεν στεφανωθῆναι τὴν κεφαλήν.

*Quorum viuentium*) ita omnes lib.MS. Vulg. iuuenum, quaſi iuuenes oppoſuerit pueris, ſiue ijs qui nondum pleni roboris, iuuenes vero perfecti roboris, & aptos pugnæ.

*Si inuoluantur obſcanius*) Cyprian. de ſpectac. *Fœda luctamina, vir infra virum iacet, & amplexus inhoneſtis nexibus implicatur.*

*Gymaſiarch.virga*) Seru.in Virg. Lucian. περὶ γυμνασίων: Lutat.in Stat. Tertull.Apologet.

*Gemino fucatu*) lib.2.genuino.

*Sparſum furfurem*) maculas marmoris intellig. Zoſimo χροιαι.

*Variatarum*) variarum.

*Fugorà noſtra*) Victor.3.addunt: ſeu mapalia.

*Græcari mauis*) vera lectio.lib.2.apricari.

*Huc elutis*) Vul.è lucis calore.

*Ædificiorum purpuras*) ita fere omnes MS. & lib. 2. apſides.

FF 3 Caſſ.lib

Caſſ.lib.4. caueæ abſidatæ. P. Victor. & Not. Imp. abſidata Porticus lib.3. Piramidas.

*Mentis elicitum*] lib.6. eliquatum.

*Inuidioſa nobilibus*] ita Opt.C.alij lib. momilibus. vulg. monibilibus. lib.2.volubilibus. puto leg. columnis nõ inuidioſa manubialibus. Columnæ manubiales, ex quibus appenſæ manubiæ.columna manubialis, vt pecunia manubialis,quæ ex manubiis coacta. Sueton. Auguſt. cap.30.

*Medijs non interpellata*] vul. mediis interpell.

*Qua non nihil*] quia nonnihil vulg.

*Clientularum*] vul. clientiarum ſiue nutricum.

*Arcuatili*] lib. Pith. arquatili. ignis animatus. Plaut.Aulul. *Si ignis viuet, tu exſtinguere extemplo.* Apul. de Mundo: *viuacitatus ignium paſcens.*

*In quorum aream*] MS.2.aram.ara,quæuis ora eminẽtior.

*Niualium maculas ac fruſta nebularum*] vulg. riualium m. ac fruſtra.nix antiquis in potu frequens.Sen.Nat.Quæſt. lib.5.cap.13.*niuatæ potiones.* Plin.1. epiſt. *alica cum mulſo & niue.* Alexis: χίονα ἢ πίνειν παρασκευάζομεν. Machon, Dexicrates apud Athen.li.3.Plutar. περὶ ἀοργησίας. Senec.Nat.Quæſt. lib.2.cap.vlt.de Ira lib.2.cap.6.Martial. lib.14. epig.130. ſæpe glacie vſi.Plaut.Curcul.PH.*Vin' aquam. C.ſi fruſtulenta eſt, da obſecro.* Sidon: Paneg. Maior. *Ligerimq; bipenni Exciſum per fruſta bibit*— Lat. Pacatus: *Niſi æſtiuam in gemmis capacibus glaciem falerna fregiſſent.*

*Blacterantes*] vul. blatterantes.

*Inter aſſeres minurrientem*] Opt. C. inter paſſeres. Spart. in Geta. *palumbes minurriunt.* Feſt.

*Fiſtulæ ſeptiforis*] lib. 1. ſeptiformis. malè. Apul. Florid. Stat.*vario ſpiramine.* Lutac. *Tibiam variè foratam.*

*Greges tinnibulatos*] Seuerus Rhetor Carmine Bucolico: *boum Piceis mentis geminæ conſona tinnulo concentu crepitacula.*

*Cantuum certamina*] lib.2. modulamina.

*Vulgare*] lib.Pith. vagare.

*Fomitibus abiunctis*] Idem, fornicibus adiunctis.

*Quod reſtat agnoſce*] vul. aurem accommoda.

*Coaleſcit*] lib.3. occaleſcit.

*Turbo inſorduit*] Fallor aut rectius: inhorruit. Petron.Seneca. At Sidon. lib.4. epiſt. 12. *Sermo lætitiæ meæ nubilo ſuperducti mœroris inſorduit.*





*Ferunt*] lib.4. fecerunt.

*Fluuio intratur*] Helleniſmus ſcriberis Vario.li.2.Fluuius.

*Fors fuat*] vul. fors fuat. haud male. nam hoc familiare Sidonio.Diomed.lib.1.*Aliud verbum eſt apud antiquos, quo dicebant, fuo, fuat. vnde Terent. Fors fuat.*

*An faciat*] Opt. C.farciat.

*Drepanitanum agonem*] Agon de quouis etiam ludicro certamine. Agon Herculeus Lamprid. Seuero. Agon Neroneus. Sueton. cap.21.

*Troianæ ſuperſtitionis*] Notiſs. ex Seru. in Virg. Plutarch. Catone. Sueton.Ner.cap.21.Xiphilin.epit. Dion. Iulio: τὴν δὲ ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο ἱππασίαν. at hîc de nauali agone. Circenſes duplices fuere: terreſtres & nauales. de prioribus ſatis conſtat Naualium meminit Nonnus Dionyſ. cui. θέρμαι. Lampridius Elagabalo: *Fertur in Euripis viro plenis nauales Circenſes exhibuiſſe; pallia de œnanthio fudiſſe: elephantorum quadrigas in Vaticano agitaſſe.* L. *pallia oleo œnanthino perfudiſſe.* cuius corruptiſs. loci emendatio debetur illuſtr. Ioſ. Scaligero. ἔλαιον οἰνάνθινον. Dioſcor.lib.1.cap.57.Plin.lib.23.cap. 4. perfudiſſe διαχέουσι.

*Peculioſus in paſtoribus*] Corrig. paſturis.

## EPIST. III.

*Voluiſſemus*] lib. 5. noluiſſemus tranſiremus.

## EPIST. IV.

*Pari lance*] lib. Pith. parili.

*Soliditate*] MS.2. ſodalitate.

*Ad inſtitutionem*] vul. expectationem.

*Deberes*] MS. 1.debebis.

## EPIST. V.

*P. Etronio*] lib.3. Peronio.

*Verebamur*] lib.2.verebantur.

## EPIST. VI.

*Pagaſio*] lib.2.Pagaguſio. lib.2.Pagaſio.

*Prouerb. ſæpe moram meliorem)* Publius: *Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.* Plin. lib. 9. epiſt. 26.

## EPIST. VII.

*Cognoſceris)* lib. 2. ignoſce.

*Oppoſita diſcingas)* vul. diſtinguas. perperàm. Caſſiod. lib. 6. *querimonias diſcinge. iurgium diſcingere.* l. 4. C. Theod. fin. regund. Sid. lib. 9. epiſt. 3. *rem ex aſſe diſcingas.* lib. 3. epi. 9.

*Iudicandi)* lib. 2. cenſendi.

## EPIST. VIII.

*Philimachia)* MS. 3. Philimatia.

*Matre ſuperſtite)* MS. ſoſpite.

*Omnes externi)* lib. 1. ominis heſterni.

*Contineri)* lib. 3. addunt. Hoc epitaphion eſt.

## EPIST. IX.

*Dominicio)* lib. 2. Domnidio. lib. 1. Dionyſio.

*Interiecta geſtatio)* Plin. lib. 2. epiſt. 17. l. 12. D. de vſu & habit. V. Inſcrip. Geſtatio. circini. exterior. Geſtatio, exercitationis genus. Vecticulatio. Aurel. Vict. Veſpaſiano. Sen. vectatio. lib. de Tranq. Symm. lib. 7. epiſt. 18. Lamprid. Seuero. Iuuen. Sat. 4. *nemorum vectetur in vmbra* Comment. *viridario vbi ſolent geſtari:* recte in Gloſſ. ἀιῶρα geſtatio. vnde Proſper in Chronico: ludus geſtationis. *Principem ludo geſtationis intentum confoderunt.* vide Sueton. Claud. 33.

*Culina fumaret)* MS. 3. culmina fumarent. Virg. *Villarum culmina fumant.* ſed prior. lectio melior. Sidon. lib. 8. *fumifica culina.* Apul. Mileſ. *Benigne ac perſpicue in me conſuluit, qui peregrinantem cum tali viro conciliauit, in cuius hoſpitio nec fumi nec nidoris nebulã vererer.* L. proſpicue. προνοητικῶς. Proſpex. Tertull. de Teſtim. animæ: *In præſagijs vatem, in omnibus (L. ominibus) augurem, in euentibus proſpicem.* vt diſpex. Gloſſæ: *Diſpex* ἐξυδερκής. apud Minut. Octau. *diſpicis Iſidis ad hirundinem ſiſtrum.* ita enim locus iſte corrigẽdus. vt ex Plutarch. claret. Tertul. Apolog. vbi oſtendit luxum Serapici περιδείπνου. *ad fumum cœnæ Serapicæ ſparteoli excitabuntur.* eleganter Apul. Apolog. *ſummus helluo, & omnis fumi non imperitus.* Seneca epiſto. 65. Apul. Mil. 2.



*Ex æquo diuiſioni)* lib. 2. diſtingui, vel diuiſioni locũ dare.

*Sedulo fidei noſtræ)* vul. fidei noſtræ ſpectoribus.

*Scæuus)* vul. ſæuus.

*Tractator)* Vincent. Lirinenſis. *Doctores; qui tractatores nunc appellantur.*

*Quo inſitum inſtitutumq; multas epulas paucis paropſidibus apponi)* ſcilicet cum patinæ & paropſides largiores: hoc enim erat magnificum. Notum eſt de Vitellij patina. Sueto. cap. 13. neque aliunde, Accij patina Tertull. aduerſus Valent. Nam diuerſi generis edulia ſtructim in iſtis patinis compoſita. vt ex Sueton. liquet. vnde & Plaut. ſtruices patinarias. ergo recti Tertull. ex hoc ritu interpretati ſumus. huius generis Satyra lanx. quamquam ea propriè fructuum. Diomed. lib. 3. cap. 4. ſanè inde eſt cur lanx, propriè diuitum. Ouid. de Ponto lib. 4. eleg. 8. Iuuen. Sat. 5. Dio in Vitell.

*Vorangi)* lib. 3. Voroangi.

*Pluſiani)* lib. 6. Pruſiaci. lib. Dan. Pruſiani.

*Deſiiſſet)* lib. 4. dediſſet.

*Aſſeclarum meorum)* Opt. C. clientum noſtrorum.

*Familiarúmque)* vul. famulorúmque.

*Excutitur)* lib. 2. exciditur. vul. excluditur.

*Medius it VVardo)* vul. mediis i: Guardo. lib. 1. Narbo.

*Illud appone)* lib. 2. His adiicitur.

*Quarum quoque replicatio)* Quippe epiſtolæ cõplicantur. ex quo patet, cur apud Martialem triplices pugillares.

## EPIST. X.

*Interitámque)* ita ex MS. expreſſimus. vulg. interemtámque. Cl. Quadrigarius: *Pugna acriter commiſſa multis vtrimque interitis.*

*His morum dotibus)* Plerique M[c]. ignorant.

*Fuſcus quiſque)* vulg. quiſque fuſcus ſit.

*Sed quorſum)* lib. 2. curſim.

*Culmus)* lib. 1. calamus.

*Agger)* lib. 1. ager.

*Ducenda)* lib. 2. reducenda.

*Martia Hortenſio)* lib. 1. Hortenſia Marcellino.

## EPIST. XI.

*Ruſticio)* lib. 4. Ruſtico.

*Cæpta* ) MS.5. in ceptæ.
*Nobis pro ſitu*) Opt. C. hi nobis proſit vt ſpaciis reg. cinemur.
*Communium municipiorum*) lib.2.communium lapidum
*Quod cum amicſ.*) lib.1. quandocumque amicſ.
*Transferre*) lib. 2. transvenire.
*Domine illuſtris*) in Opt.C.initium alterius epiſtolæ.

EPIST. XII.

*Germano*) lib.1. germanico.
*Seueriana*) lib. 3. ſed veriana.
*Ruris auram*) lib.2. aulam.
*Voluntati*) vul.voluptati.
*Domum totam*) Victor.2. tuam.
*Obſecrandúmque*) lib.2. obſeruandúmque.

EPIST. XIII.

*Virq́; amicorum* ) ἐλλωιεμὸς. ἀνὴρ τῶν φίλων. Cic. vide quam ſim antiquorum hominum.
*Cur per*) lib.2. quod per.
*Faſcium*) vul. facium.
*Bimeſtris*) lib.2. bimembris.
*Exiſtimaretur*) lib.1. nominaretur.
*Actutum*) Opt. C.actuum.
*Bonarum partium*) lib.Daniel. artium.
*Multimoda ſuſpiria*) MS. 3.lib. in vltimo data ſuſpiria.
*Renitentem*) Vict.3. renidentem.
*Inq́; criſt.calerent vng. glacialibus* ) lib.9.*Socient falerni nardo.* Athen. lib.2. Eunapius Iamblicho.

EPIST. XIV.

*Violacenſi*) lib.5.Vialoſcenſi.
*Tum præterea*) vul. tum præter ipſam.
*Iani Numæq́;*) Auct.de vir. illuſtr.in Numa.
*Seu tunicata*) lib.2. ſiue in tunicata.

LIB. III. EPIST. I.

*Longe præſtant.*) lib.5. longe multúmque pr.

Cuticia



*Cuticiacenſis*] Vict.2.Cutiacenſis.
*Duo conſortes eſſe videamini*] lib.1. duo cohæredes videamini.quod indubiè eſt gloſſographi.Feſtus : *Deſertiones, patrimonij diuiſiones inter conſortes.* inſcript. adiutor. hæres. conſorti.ſuo.l.31.§.eum qui.D.de excuſ.tut.
*Succeſſionum*] lib.2.ſucceſſuum.
*Cuticiaci*] lib.1.cuticiana.
*Refundunt*] lib.1.effundunt.
*Poſſeſſionis,turbine* ] ita ſcripſimus. Vulg. valde corrupta. Turbinem,Gothorum ingruentem multitudinem.L.

EPIST. II.

*Ambitioſus*] Vul.ambitus comitatu.
*Libra ſermonis*] Varro περιπλοῦ lib.2. περὶ φιλοσοφίας : *Itaque videas barba* ( l.verba ) *roſtro illum commentari, & vnumquodque verbum ſtatera auraria pendere.*
*Proruptas*] lib.2.perruptas.
*Toti ſuum, toti tuos*] ita frequentiſſ. apud Sidon.Apul.Mil. toti Dei.ἐλλωι.lib.10.*toti dij ſententias nundinantur.* lib.7.*totis prolatis rebus.* lib.8. & paſſim. Minut. Octau. *Plures totis hominibus Deos haberemus.*
*Initiatæ per te*] lib.3.per te incitatæ.
*Indefeſſim*] lib.2.indefeſſius.

EPIST. III.

*Numerabantur*] Vul.munerabantur.
*Arcus*] lib.1.circus.
*Camœnalibus modis*] lib.4.carminalibus.
*Stupor obruit*] lib.3.pauor.
*Agmini non ignauia*] lib.1.fugæ n.i.
*Deſideratis*] lib.4.interfectis.
*Patentiſſima*] lib.2.latiſſima.
*Menſa conuiuas*] lib.3.perſonas.
*Victorioſiſſ.*] Vulg.feliciſſimam.
*Sãguinẽ,crucres,ſpumiſq́;*] Vulg.ſanguine ac ſpumis ping.
*Digitis liueſcentibus*] h.e.liuorem ex contactu loricarum contrahentibus.vt apud Sueton. Aug.cap.4. *manibus collybo decoloratis.*
*Diriperis*] lib.1.diripereris.

Vt

*Vt neceſſe eſſet*] lib.3.neceſſe haberes.

*Taceo deinceps*] Hæc nonnulli MS.ignorant.

*Deformoſiore*] lib.Dan.deformiore.

*Succincta*] Vul.ſubducta.)

*Quam villis agnoſci crinitum, dimiſiſſe truncatum*) loc. corruptus.Opt.C.quam nullus miles. L. quem nolis agnoſ. crinitum,dimiſiſſe truncatum.Nox breuior impedierat Go-tos ſepelire cadauera, itaque ne dies indicium faceret cui partis, aut quot eſſent qui ceciderant, capita abſciderunt quippè Gotti erant criniti. quod inſigne fuit gentis. Sidon. lib.1.epiſt.2.hinc ad diſcrimen aliorũ capillati. Edict.Theo-dorici Regis CXLXV. *Quemlibet capillatorum tertio fuc conuentum.* Quamquam alia fortaſſe huius nominis orig. Iornandes: *Reliquam vero gentem Capillatos dicere iuſ.* (Dicenæus) *quod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes adhuc hodie ſuis cantionibus reminiſcuntur.*

*Euolutis veſtimenta*) ita opt.libri.Vul.elutis.euoluti,diſpo-liati.Apul.mil.1:*euolutum legit. contra inuolutus.* Gell. lib. cap.2. *ore inuoluto ne cognoſceretur.* Cadauera autem veſti-bus inuoluta.Lactant.de Orig.error.cap.4. *Defunctorum cor-pora odoribus & veſtibus illita & inuoluta.*Arnob.lib.5.veſte tectis atque inuolutis defuncti.Artemid.lib.1. οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχισμένοις ἐνδύονται ῥάκεσιν: Suet.Ner.cap.50.Apul.Florid.

*Rorantibus*) lib. MS.4. rotantibus. Opt.C anginantibus fortaſſe:ſanguinantibus.ſanguinare αἱμάττεσθαι.

*Virtutum*) Vul.laborum.

## EPIST. IV.

*Gozolas*) lib.3.Horolas.

*Deſpectui*) lib.4.deſpicatui.

*Grauiter*) lib.2.granditer.

*Bona vota ſeruauit*) MS.3.bona voluntate defunctorum vota ſeruauerit.

## EPIST. V.

*Suſpector*) lib.Pith.ſpectator.

*Eborolacenſis prædij*) lib. 6. Eborolatenſis. lib. 3. Eborola-tenſis agelli.

*Ante barbaros*) lib.Pith.ante à barbaris.



*Ad hanc nundinationem*) Opt.C.dominationem.

## EPIST. VI.

*Ad deſideriorum*] lib.3.votorum.

*Veſtra domus*] lib.2.veſtram perſonam.

*Vicinior putabatur*) lib.4.apte habebatur.

*Annum bonum*) MS. 6. non de bonis frugibus,ſed de ma-gnis poteſtatibus eſſe exiſtimandum.L. non de magnis fru-gibus,ſed de bonis poteſtatibus eſſe æſtimandum.

*Sabiniam famil.*) lib.Daniel. Sabiniani familiam non eſſe emend.

## EPIST. VII.

*Releuetur*) lib.2.lætetur.

*Inſpectione*) lib.3.expectatione.

*Simulatum*) lib.4.fucatumque.

*Ex illorum numero*) Vulg.ex illotum vt ferunt.

*Nox illunis*) lib.1.illuſtris.ne rectè.Apul.illuna caligo.

## EPIST. VIII.

*Coaqueuorum*) Vul.qui æqueuorum.Exordiũ huius Epiſt. adumbratum ex illis Plinij lib.6.epiſt.21.*Sum ex ijs qui mirer antiquos, non tamen temporum noſtrorum ingenia deſpicio,* et quæ ſeq,

*Filios de proditione*) Hæc Opt.C.meus exhibet, quæ ſanè Sidonius, ſi eum ordo rerum in ſæcula noſtra redire pate-retur, vt legitimam prolem tolleret. Quo enim ſpectant: Quicquid ſupradictis laudat hiſtoria? & dein: Quapropter ignari. Sane qui non agnoſcat locum deficientem,quid aliud is dixerit,quam lolio victitare. Sed mihi laborandum non eſt de adſtruenda huius membri veritate.

*Morari beneficia)* lib.2.moderari.

*Natione fæneratorum*) Opt.C. Ricimerem è natione fœ-neratorum.

## EPIST. IX.

*Riochamo*) lib.Daniel.Riothamo.

*Cauſatio*) lib.2.excuſatio.

EPIST.

## EPIST. X.

*Modeſtiſſimæ*) lib.1.honeſtæ.
*Meraciſsimum*) lib.3.largiſſimum.

## EPIST. XI.

*Donate venia*)lib.2. veniam.lib.9. ep. 2. Donate venia pa-ginam ruſticantem.
*Recurſantis*) lib.3.recuſantis.

## EPIST. XII.

*Superducitur*) lib.4.ſuperijcitur.Cic.2.de legib. Tellus ſu-perducta.Tibull. *Candidaque oſſa ſuper nigra fauilla teget.*
*Sidentibus*) lib.4.ſedentibus.Vul.fidentibus.
*Noſtro ſacerdoti*) MS.2.veſtro.
*Iure caſos*) Edict.Theodor.cx.
*Crebro*) lib.3.crede.
*Siue ab induſtria*) lib.3.ſiue per induſtriam.
*Incuriam*) Vul.iniuriam.
*Quadratario*) lib.1,quadrantario. Quadratarij,marmora-rij.Caſſiod.lib.2, epiſt.7, *Marmorum quadratores.* nam qua-drati ſunt lapides inciſi. Vitruu.lib.4.cap.4,Stat. *Saxea frena.* Lactant. *Compages quadratorum,quæ conſtringunt & conti-nent ædificationem.*
*Muſicas*) Opt lib.Muſas.

## EPIST. XIII.

*Aurium publicarum verecundiam*)lib.3.reuerentiam.lib.2. clementiam manifeſto.L.aurium pudicarum verecundiam.
*In vomicas*) lib.3.vomitum.
*Facibus admotis*) Vulg.admotum.
*Sidente*) lib.3.ſedente.L.cedente.
*Tophoſis*) Vulg:confoſſis.lib.3.toroſis.
*Marginem curuum*) lib.3.corium.lib.2.crurũ.Fortean:cal
*Syllano*) lib.2.ſuillano.
*Sui molem*) lib.3.ſuis.
*Vnctis*) Vulg.iunctis.

Alarum



*Alarum ſpecubus hircoſis atque aceſcentibus latera captiua circumuallatus*] Fortaſſe non abſurdè repon. latera captina. imitatione Catulli: *Valle ſub alarum trux habitare caper.* Hircus ſeu caper eſt odor fœtentium alarum. At pro areſcen-tibus MS.4.areſcentibus. lib. 2. accreſcentibus. Veriſſima le-ctio:aceſcentibus.Tertull. Apolog. *Tot tribubus & curijs & decurijs ructantibus aceſcit aer.* i.e.foetet. Lucill. —*exhalas tum acidos ex pectore ructus.* Eruamus nunc veriſſimam le-ctionem in illis Petronij:*Nunquid te oſculum meum offendit? nunquid ſpiritus ieiunio macer?* hæc mehercles traducta multorum ingenijs.Sed l.nunquid ſpiritus ieiunio acer.ieiu-nis ſpiritus fœtidior.Cæcilius. —*ſauium Datat ieiuna ani-ma. Nil peccat ſauio: vt deuomas vult* — Plautus Mercat. *Ieiunitatis plenus, anima foetida ſenex hircoſus, tu oſculere mulierem.* Ita hos verſus laudat Nonius.atqui ſanè haud per-peram.nam hircoſus,non tantum cui alæ hircim odoris,ſed cui os quoque.adeò vt rectè Gloſſæ:*Hircoſus quod ſit ore & cor-pore foetido.* cum & Trebatius adſerat, hircoſum eſſe, ex il-luuie oris accidere. l. qui clauum.§.is cui. D. de ædilic. edict. Placidus in Gloſſis:*Blennones,putidi,hyrcones.* Idem:*Blennus, ſtultus,hircoſus,impudicus.* itaque in Plaut.vbi hactenus,ple-nos dentes emend. Blennos dentes, id eſt, ieiunio fœtentes. atqui ex his Placidi interpretatio quærenda, non ex Gloſſ. Græco,Latinis apparet itaque,vt arbitror, quantum falſi ſint qui vulgariæ lectioni interpretamentum quærunt,aut qui ex gloſſario correctionem adſtruunt.Spiritus verò Petron. Cæ-cil.anima. Plaut.Caſ. *anima fœtetne vxoris.* Virgil.2.Georg. *animas & olentia Medi.* Iun. Philarg. *Olentia ad animas re-ferendum eſt, & ſubaudiendum male.* Plaut. Milite. *Tum in Apulis non ſum nata,non ſum animata.*

*Partium genitaliumque*] ita ex MS.ſcripſimus. qui valde variant.al.parti genitalium quia debilibus.alij: parum g.alij aliter. Fortaſſ.partium genitalium. quamquam & partes,qua viri ſumus.Petron.Arnob.

*Aream pectoris*] lib.2.arcam p.

## EPIST. XIV.

*Excudit*] lib.2.extudit.
*Ferme*] ferinæ.Vul.
*Erecta*] Vul.erepta.
*Sic non vtitur literis*] Vul. quod non vt. l. ſic abutatur. L. ſicque vtitur literis,vt abutatur.

LIB.

## LIB. IV. EPIST. I.

*Iuriſconſultus obſcurum* ) Fuſc.Plutarch. in Solone.quę vide.Lyſias Orat. κατὰ θεομνήστου.
*Gloriabantur* ) lib.4.gratulabantur.

## EPIST. II.

*Multis modis* ) al. multimodis.
*Dolenter* ) lib.2.libenter.
*Ex quo tam ex occupatu* ) libr.3.nec tam occupatus.
*Mellitum* ) lib.2.mellitum.
*Implicabere* ) lib.1.explicabere.
*Fructus feram* ) fructiferam.
*Obduruεris* ) lib.2.indurueris.

## EPIST. III.

*Committi* ) lib.1.peccari.
*Salue* ) lib.3.ſalutis.
*Hoc munus pot.c.* ) lib.4.hoc vnum potiſ.c.
*Mellitum* ) lib.2.mellitum.
*Tapinomata* ) lib.Pith.tapinoſiſmata.
*Vitruuio* ) Opt.C.Veturio.Lamprid.Alex.Seu.
*Stringit* ) ſtringitur.
*Geminata* ) lib.3.gemina.
*Lyricos dithyrambos* ) Opt.C.Lyricos de choriambicis.
*Cathedrarios* ) infra:cathedrarij ſerui.Seneca de breuitæ:cathedrarij philoſophi.

## EPIST. IV.

*Gratias ago* ) lib.3.gratulor.
*Honorari* ) lib.Dan.venerari.

## EPIST. V.

*Horolas* ) lib.2.Horolas.lib.1.Garolas.
*Silere medit.* ) Vulg.ſimile.
*Memoratu* ) lib.Dan.memoratui.

EPIST.



## EPIST. VI.

*Gemina* ) lib.4.genuina.
*Ambigo* ) Vul.ambigo.
*Querimoniam* ) lib.Pith.calumniam.
*Pulſat* ) lib.1.pulſantis.
*Plectibilis* ) lib.1.plectibili.
*Exudat* ) lib.2.excudat lib.1.exundat.
*Hyemis accentu* ) παραξισμῷ.lib.6.acceſſu.
*Cruſtisque glacierum* ) lib.Dan.glotisque eleganter,cruſtę. quæ propriè marmoris,vnde locutio ducta, Iſid.Orig.lib.19. cap.14.Iulian. Miſop. ἐγίνετο δὴ ξυ. ὁ χειμών τε ἀηθέστερος σφοδρότερος καὶ παρέφερεν ὁ ποταμὸς ὥσπερ μαρμάρου πλάκας. Virg. 3. Georg

*Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.*

Vide Seru.Sidon.lib.1.

## EPIST. VII.

*Apicios* ) lib.Dan.Apicos.Apicij gula nobiliſſima. Senec. Tertull.
*Bizantinos chironomantas* ) Theopompus: ἦσαν δὲ οἱ Βυζάντιοι καὶ διὰ τὸ δημοκρατεῖσθαι πολὺν ἤδη χρόνον, καὶ τὴν πόλιν ἐπ' ἐμπορίου κειμένην ἔχειν καὶ τὸν δῆμον ἅπαντα περὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὸν λιμένα διατρίβειν ἀκόλαστοι, καὶ συνουσιάζειν, καὶ πίνειν εἰθισμένοι ἐπὶ τῶν καπηλείων. Chironomanta. Iuuenal.Sat.5.Athen. lib.1.καὶ ὁ τὰ κρέα ὀπτῶν διαιτρός, ἐπεὶ ἴσην ἑκάστῳ μοῖραν ἐδίδου.
*Deſpicabilis formæ* ) lib.Dan.deſpicabilus formè ſunt.
*Ructauerit* ) Ructabitur.

## EPIST. VIII.

*Duodeuiginti* ) lib.2.duodecim.
*Refertus* ) lib.3.repletus.
*Iam duæ ſecundæ horæ* ) horæ in 5.MS. deeſt.lib.2. iam duæ horæ præceſſ.
*Etſi nondum terreb.* ) ita correximus elegantiſſ. locum, cum ineptè legeb.nondum terrebat labor,tamen expectatione terrebar.lib.2. etſi nondum terrebatur labore, iam t. exp. terebar.
*Conchæ* ) Iuu.Sat.6. *Cum perfuſa mero ſpument vnguenta falerno.Cum bibitur concha* — ſed alia vaſa in hanc formam affigiata. quod alibi fuſius.Iuu.Satyr.3.*Pelues*.Comm.

GG *Conchas,*

*Conchas, in quibus pedes lauabant, vaſa fictilia.*

*Arota fundi*] Vulg.arcta.

*Striaturis*] lib.8.hiſtriaturis, vt apud Tertull. de Pall. hiſtriculus, quod in Gloſſ. exponitur δεσύπρωτος, cum tamen legend. ſtriculus, vt ex Arnob.lib.5.videre eſt. Striæ ſunt caui. Varro lib.1.de re ruſt. *Aratrum vomere ſtriam facit*, ita in poculo cauaturas quibus verſus inſcribendi, ſtriaturas dicit.

*Curuis*] Vulg.cures.

*Properaturus*] ita ex Opt. lib. ſcripſimus, de cuius locutionis elegantia nemo niſi ineptior ambigit. in Vulg. præparaturus.

*Aſprata lima*] lib.3.aſpratili.

*Piſtrigero*] lib.2.hiſtrigero.

*Lima poliri*] lib.3.formari.

*Grandem*] lib.Dan.magnum.

*Candor in arg.*] lib.3.in arg.mittitur à facie.

## EPIST. IX.

*Obedienter patronoque contenti*] Opt.C.clientes patrono contenti.

*Humanitas grandis, grandiorque ſobrietas*] Humanitas, notione inſolentiori.lib.4.epiſt.23.*menſa nihil purpura, humanitas ipſa ſic benigna, quod frugi, nec ita carnibus abundans vt leguminibus.* Fulgent. Mithol.lib.5.vbi de Saturno: *Pollucis etiam filium, ſiue à pollendo, à pollucibilitate quam nos humanitatem dicimus, vnde & Plautus in Comœdia Epidici ait: Bibite, pergræcamini pollucibiliter.* Ioan.Caſſianus collat. 20. cap. 24. *reficiendi corpuſculi cum fructu humanitatis indulget.* Sulpic. de Virtute Monach. Oriental.

*Cultus in cingulis*] Lib.6.ſingulis. Sed forte an de ornamentis equorum intelligenda, quoniam de phaleris ſubnectitur, cingula enim ſunt, quæ ſtrata.Macrob. & Senecæ epiſt.80. ζῶναι Græcis, in equis περίδραμα notant, hæc autem cingula varie culta.vnde in Apul.*cingula aurata.* Stat. *flammea.* Quinimo de baltheis capiendum, nam & ij ſplendide ornati: Virg.12.Æneid.Nemeſian.Cyneg.apud Trebell. Poll.*baltheum argenteum inauratum*, in Gallienis: *auratos conſtellatoſque baltheos.* ita hoc eſt, aureis ſtellis & bullis inſignitos. Varro 4.de ling.lat.*latum aurũ vocat.* Virg. Æneid. 5.Perſ.Sat.4.*lato baltheus auro protegit.*

*Iſte*



*Iſte publicam fidem*] ex MS.addita.

*Admittendo*] Vulg.amittendo.

## EPIST. X.

*Epiſtolarum*] lib.6.hanc vocem non agnoſcunt.

*In quo parum cultior*] lib.2.cultiorem.

*Formulas*] Formulæ, epiſtolæ certis conceptiſque verbis conſcriptæ, quæ varij argumenti, huius generis, commendatoriæ quorum ſæpe meminit Sidon. ita infra formatas dicit, & lib.9.epiſtol.11. forma epiſtolæ, Caſſiod.lib. Formularum. Sueton.Domit. cap. 13. *cum procuratorum nomine formalem dictaret epiſtolam.*

*Charitatis*] lib.3.charitas tua mor.p.reddit.

*Infrequentata*] lib.1.inuegetata.

## EPIST. XI.

*Statum*] Vulg.ſtatim.

*Complatonicorum*] lib.7.epiſt.17. comperegrinus commanipulones. Spartian.peſcenn.Nigro.

*Venſabilis*] lib.Pith.venialis.

*Id eſt gratiam non relaturo*] In 3.lib. deſunt.

*Gemma*] lib.3.pompa.

*Triplex bibliotheca*] Fortean: Triplex bibliotheca, qua magiſt. Romana, Attica, Chriſtiana fulſit.

## EPIST. XII.

*Aſſiſtebam*] lib.2.aſſidebam.

*Meminens*] Optat.mileuit.*Quos ſi meminis, in primo libro demonſtraui.* Auſonius quoque & alij.

*Epitrepontem*] apud Altum. libr. 14. ἐν ἐπιτρέποντι male: ἐν ἐπιτρέπουσι, Alciphron. ἔτι Θαΐδας, ἔτι θρασυλέοντα, ἔτι ἐπιτρέποντας.

*Ludebamus*] Vulg.laudabamus.

*Dedit inquit*] lib.Pith.dedit quidem.

## EPIST. XIII.

*Cultuque conſpicuo*] Vulg.continuo.

*Maximam tribunis*] Victor.3.maximis.

*Nemo ferme eſt*) lib. 4. & quoniam nemo ita eſt naturæ ferinæ.

*Plectibilibus*) recte Vulg. prolectibilibus, cui ineptiſſ. lectioni, quam dignum commentum repererit B. Pius, tædet meminiſſe, cæterum cum hoc fecit, genium ſuũ non exuerat epiſt. 6. plectibilis inuidia.

## EPIST. XIIII.

*Cornelius*) Hac vox in 7. lib. non extat.
*Petatur*) lib. 2. putatur.
*Qualiter futurus*) lib. 1. qualiter futurus fueras in factis.
*Qui eadem Deo*) lib. 2. qui cladem.

## EPIST. XV.

*Pluribus turbis*) Vict. 2. pluribus turbis, ita bonorum contubernio ſedit, ad te venitur.
*Poſtquam*) lib. 2. ſimulac.
*Deo*) lib. 5. Domino.
*Crepulo*) lib. 3. creſpuloſo.

## EPIST. XVI.

*Exemplati libelli*) Gloſſæ: *Exemplare, abbreuiare.*
*Abſenti*) lib. 2. abſtinenti.

## EPIST. XVII.

*Eruagaſti*) lib. 5. Aruogaſti.
*Renidentis*) lib. 3. renitentis.
*Quirinali impletus*) Vulg. Quirinalis impletus fonte, facundiæ potor moſellæ. I. Quirinalis impletus fonte facundiæ, potor Moſellæ Tyberim ructes.
*Par ducibus*) lib. 1. par duobus, antiquis. Sed quos potiſſimum per hos duos intelligi velit ambigo, niſi L. Syllam, & C. Iulium Cæſ. ex Salluſtio conſtat Syllam de vita ſua reliquiſſe, Iulij Cæſ. ſcriptorum indicem Sueton. alijque recenſent. Sed vulgata lectio ſine controuerſia vera eſt.
*Quo vel incolumi*) locus indubiè corruptus, lib. quo vel incolumi perorante, ſi apud limitem cum alij: ſi apud limit. me m,



meum, Forcaſſis legend. quo vel in columna perorante, vel ſi apud ipſum limitem latina iura ceciderunt verba non titubant.
*Vaneſcentium*) lib. 4. inaneſcentium.
*Poſtulabuntur*) lib. 3. poſtulantur.

## EPIST. XVIII.

*Lucentio*) Lucentio, Lucuntio.
*Naniæ*) Victor. 3. nugas.
*Non erat æqua ſuo*) lib. Danielis: non erat apta ſuo.
*Exteriore domo*) Vulg. interiore, lib. Danielis: anteriore.

## EPIST. XX.

*Penduli ex humero gladij baltheis ſupercurrentibus ſtrinxerant clauſa bullatis rhenonibus latera*) Hæc eſt veriſſima lect. Vulg. penduli ex humero balthei, vel gladij baltheis. Ex baltheo verò per humeros & pectus obliquo ductu baltheos pendebant. Homerus:

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον

hoc eſt, quod Hieronym. conſolat. ad Iuliam, baltheum ambire ait. Quinctil. lib. 11. *Baltheus ex humero dextro ad ſiniſtrum ducitur oblique.* Sidon. *bullis hoſtilibus aſper Applicat à leua ſurgẽte baltheus enſem.* erat autem varij vſus cingulum militibus, ad ſuſpenſionem gladij, tum ad cuſtodiam æris militaris, quod in baltheis ferebant. Sueton. Vitell. cap. 16. Vopiſcus Aureliano. Lamprid. Alex. Seu. Spartian. peſcenn. Nigro. Selli. lib. 15. cap. 12. ſigilla quoq. ſuſpenſa ex baltheis, numerum legionis habentia. Iſidor. lib. 19. Sed hæc non ſunt huius loci. Rhenones verò quos cur bullatos dixerit ſupra oſtendimus: inter veſtes Germanorum cenſet Cæſar. 5. belli Gall. *Paruis rhenonum tegumentis vtuntur.* Tacito, ſaga de moribus Germanorum. Vide Senec. de Ira.

## EPIST. XXI.

*Et Samnis*) lib. 1. ſe armis.
*Partem quoque*) vulg. patrem q.

*Vnius oris)* lib.2. oris mei.
*Profundere)* lib. 4. effundere.
*Ingrate)* Opt. C. ingrati.
*Lactentia membra)* Victor.2. luctantia.
*Propter ſtudia)* lib. 5. literas.

## EPIST. XXII.

*C,Cornel. Tacitus)* lib.5.C.Cornelius C.Secundo.
*Idque ab)* lib.3. eoque.
*Num me aggred.)* vulg. non me.
*Thematis iuſſi)* vulg. miſſi.
*Odorque)* Victor.2. odorque.
*Ilicet)* lib.2.ſcilicet.Opt.C.videlicet.
*Obtrectatorum)* al. oblatratorum.

## EPIST. XXIV.

*Quod recuſantem)* vulg. quo.
*Adhuc rogabam)* lib. 2. rogabam tum, cum repente vir totius charitatis.
*Si quid aduerſum ceſſerit agro)* Victor. 3. ſi q. a. c. amico. Notanda formula ſi quid aduerſum ceſſerit, i. e. ſi morietur eſt enim ex circumlocutionibus, quis mortis mentionem vitabant. Si quid aduerſi acciderit. Si quid aduerſi euenerit. Cicero. Salluſt. & alij.
*At cum habet)* Opt.C. hauet.

## EPIST. XXV.

*Euphronius)* lib. 5. Euphronius Auguſtodunenſis epiſcopus.
*Firmitatémque)* lib.2, dignitatémque.
*Turba furentis)* lib. 2. currentis.
*Iactis repente)* lib.3. vinctis.
*Sentiente concordia)* Opt. C.Sententiæ c.
*Magnis par cum laudibus)* lib. 6. magnis par in laudibus. Apul. *peregrinantem cum tali viro conciliauit.*

## LIB. V. EPIST. I.

*Minima complecti)* vulg. numina.

Qui



*Qui iuſſeras)* vulg. dixeras.
*Per quam prouincia fuit)* Locus corruptus.
*Meas munera putes)* lib.2. meas præmia p.

## EPIST. II.

*Lectione lætatus)* lib. 1. lectione oblectatus, permotus, exciruſque.

## EPIST. III.

*Suſpicari)* lib. 2. credere.
*Aut triſtem)* vulg. non gauiſurum. compertis proſperis aut ſi diuerſa.
*Atticas leges in ære inciſum)* Opt. C.antiquas leges.

## EPIST. V.

*Culta)* lib.2. occulta. al. occulta.
*Ferulas)* lib. Pith. perulas.
*Deſudatam)* Idem: deſidiatam.
*Arpinatis opulentiam)* Plerique libri abundantiam. prior lectio verior. Auſon. ad Symm. *Opulentiam Tullianam proprietas noſtri Maronis accedat*. Apul. Apolog. *vt in illa nec Caluus argutias requirat, nec parſimoniam Salluſtius, nec opulentiam Cicero.*
*Quaſi de Siagrio vetere nouus Franco prorumpas)* Hæc ſine controuerſia germana lectio, quæ ex MS.Claramontenſi expreſſa eſt. vulg. quaſi de Hilario vetere nouus Falco pr. lib.Ortel. quaſi de Arilao, lib.Pith.quaſi de arcola.Falco. lib. Pith. Flacco.
*Curua)* vulg. cur ita.
*Tricordibus)* lib.2. ſepticordibus.
*Decernis)* lib. 1. decerneris.
*Indociléſque)* ita Opt. lib. ſed MS. 8. cum vulg. indolatiléſque.

## EPIST. VI.

*Concinnaret)* lib.1. continuaret.
*Magiſtro militum)* lib.5.adiiciunt.filio Clotharij filij Clodouæi,& patre alterius Clotharij:quæ ex Gloſſa irrepſerunt.

 Vaſio

*Vaſionenſem* ] lib.1.Vaſcionenſem. Plin.

## EPIST. VII.

*Tetrarcham noſtrum* ] in pleriſque MS. Tetrarchum noſtrum Chilpericum. Gloſſema.
*Mœret* [ lib.3. manet.
*Accepi* ] Vict.3. audiſti.
*Flamonia municipibus* ] lib. 1. Framonia. Gloſſæ: *Flamonium, honor pontificalis.* quæ vox & in 5. Inſcript. Pannoniæ reperitur.
*Diſpoſitiones munerarijs* ] lib.5. numerarijs.
*Intemperantiam* ] vulg. temper.
*Caſtorinati* ] Victor. 2. caſtoricati.
*Suſurronum* ] lib. 2. ſuſurrorum.
*Salſi* ] vulg. falſi.
*Communis patroni* ] lib.3. comm. principis.
*Propiciante* ] al. fautore.

## EPIST. VIII.

*Familiaris* ] Hæc vox in pleriſque non extat.
*Auguſtus* ] Victor Conſtantino.
*Tyranno politarum* ] Victor.3. Tyranno politanerum. lib.5. Nam reliqua tua ſcripta, n. u. proficientibus Hymetio polita melle locupletabuntur. lib.2. reliqua tua ſcripta Hymetio p. m. Opt. C. Nam reliqua tua ſc. r. n. tyranno politarum felle locupletabuntur.

## EPIST. IX.

*Aquilino* ] lib.1.Aquilinio.
*In Iouino* ] lib.2.Iouiniano. Paul.Diac.lib.4. Oroſius lib.7. cap.19.hos innuit Sidon.lib.4. *Liber ſub dominatibus tyrānis.*
*Vnus Galliarum præfuit parti, alter ſoliditati* ] lib. 4. ſodalitati.lib.2.partialiter ſedulitati ineptè. Notum eſt præfectum prætorio Galliarum vicarios ſuos habuiſſe,qui ſigillatim certas prouincias adminiſtrabant.
*Faſcium tempore* ] lib.2. tenore.
*Si Deus annuit* ] lib.5. ſub ope.Maximi.
*Imbuamúſque* ] lib.3. doceamúſque.

EPI



## EPIST. X.

*Sapando* ) lib.1. Sapandio. al. Sipando.
*Animaduertit* ) lib. 1. vel maxime omnium aduertit.
*Reſediſſe* ) Opt.C.reſiduiſſe. Fortaſſis:reſidua eſſe.
*Non ambigo* ) lib.2. non abnuo.

## EPIST. XI.

*Vt ſodalis tibi deuinctior* ) lib. 3. vt amicus tibi diſiunctiſſimus fierem.
*Puberibus* ) lib. 1. puerilibus.

## EPIST. XII.

*Calminio* ) Caluinio. Calaminio.
*Impotentia* ) vulg. violentia.
*Recuſantibus* ) lib.2. neſcientibus.
*Satis aliud* ) lib.1. non hoc.

## EPIST. XIII.

*Clauſeciam* ) lib.1.Claudas etiam.
*Ager* ) lib.2. agger.
*De valle Tharnis* ) Propempt.ad libell. Tarnis.cui ſcriptioni conſentiunt MS.3. lib.2.Carmis.
*Balenarum* ) lib.2. balnearum.
*Circumretit* ) lib.3. circumuenit.

## EPIST. XIV.

*Apro* ) lib.1.Ruricio.
*Calenſes* ) lib. 2. Calenſes. Victor. 1. Gaienſes. lib. Dani. Gaienſes.
*Phtiſiſcentibus* ) lib.1.fuſciſcentibus.
*Ex munitionum* ) lib.2. emunitionum.
*Inuitaris* ) Victor.3. euocaris.

## EPIST. XV.

*Præfato* ) lib.1. præſtito.

GG 5 *Iam*

*Iam ipſe)* lib.1. hic ipſe.
*Placere)* lib.2. placare.

EPIST. XVI.

*Iulius Nepos)* lib.1. Ælius N. perperam. vide P. Diacon.
*Quia ſecurius)* lib.2. quia ſecurus hinc auidus.
*Neſcires, nec ſi impium)* lib.5. nec ſic 1.
*Granditer)* lib.1. grandi.
*Quam par eſt)* lib.5. quam parem.
*Reſcia)* lib.1. Salutat te Ruſticia.
*Amitarúmque)* vulg. amicarúmque.
*Indulgentiſſimo)* lib.2. indultiſſimo.
*Contingit alijs)* lib.2. c. aliter. al. lib. c. alienis.

EPIST. XVII.

*Crypta porticibus)* Opt. C. cryptoporticibus.
*Mulcedine)* lib.1. dulcedine. al. modulamine.
*Sacerdotibus diuina facienda)* lib.2. diuinas res facientibus.
*Tacito clauſos)* lib.3. cito clauſos. Opt. C. cito laſſos.
*Conditorium)* Opt. C. conductorium.
*Domnicius)* lib.7. Domitius.
*De loco ſtans turma diſcurrentis impulſu)* ita expreſſimus ſecuti libros meliores. vulg. de loco ſtantum medicurrentis impulſu. ſane & apud Arnob. Mercurius quaſi medicurrius. ſed antea ſphæriſtarum turmales dixit. & lib.2. epiſt.9. ſphæriſtarum contra ſtantium paria inter rotatiles cataſtrophæ rum gyros duplicabantur. quæ illuſtrant, & adſtruunt lectionem, quam recepimus. nam quid per cataſtropham propinari ſit, hinc haurire eſt. ſed de toto hoc loco alibi accuratius.
*Nec caueret)* lib.2. cauaret.
*Ieeuſculi)* lib. Pith. corculi.
*Si choro ipſorum)* Opt. C. ſi chorum ipſorum abſque arbitris vocem.
*Da poſtulata tu)* lib.2. poſtulatam.

EPIST. XIIX.

*Plurimum velis)* vulg. primum.





EPIST. XX.

*In concilio*] Opt. C. in conſilio.
*Deque conſeſſu*] Vulg. æquè. Fort. equè.
*Recuſant*] Victor.3. accuſant.
*Cuius actorem, vincam*] Vulg. autorem. lib. 3. aratorem. edita lectio veriſſima eſt. idem error tollendus ex Symmachi epiſt.8. lib.5. *Actores locorum ne id quidem velle redhibere, quod ſciunt per annos ſingulos ſoluendum.* ita enim ex MS. legend. Firmicus Aſtron. lib.3. cap.11. *Hortulanos actores modicarum villarum.* Plin. epiſt.32. lib. 9. *Deinde ex meis actores operi, cuſtodes fructibus ponam.* Ita enim potius legendum, quam exactores operis. niſi quod in gloſſis: περὶ γεωργίας: *Exactor* ἀπαιτητής. Sed de actoribus villarum ex Symmachi & Plinij epiſt. claret.
*Inſpicere commodi eſt*] Vulg. inſpicere res com.

LIB. VI. EPIST. I.

*Benedictus*] lib.3. Benedicitur.
*Sequeſtratus*] lib.1. ſegregatus.
*Et ad extremos trahariorum*] ita ferè omnes MSS. ſed opt. liber meus: & ad extimos trihariorum, qui per inſipientiam ſuam ad carnis ſarcinas ſedit. Fort. triariorum. ſed nihil mutandum. nam & Vulg. lectioni in facili interpretamentum comminiſci.
*Humanitate*] lib.3. humilitate. prior lectio verior. qua notiore humanitatis vox capienda ſupra oſtendimus.
*Nec poſt multo*] Opt. C. nec poſt multo nepotis amiſſi duo recentia vulnera ad antiquitatem viduitatis adiecta ſunt.
*In omnem*] lib.1. in plenum.
*Profuturum*] lib.2. conſulturum.
*Finibus inſeritur*] lib.1. infertur.
*Vadimonio*] Victor.3. teſtimonio illius creditur.

EPIST. III.

*Campus ſecuritatis*] lib.4. portus.

EPIST. IV.

*His quippe temporibus*] Vulg. quippe vnam temp. de affectibus

*De affectibus ſuis*] lib.2.de affinibus ſuis ineptè. Vulcatius Auidio: *Nec in liberos aut adfectas eius ſæuijt.* Capitolin. Maximinis: *Timentes milites, quorum adfectus in Albano monte erant.* Collat.2. Moſaycar. & Rom. *Vt ſanctè neceſſitudinum nomina obtineant apud adfectus ſuos.*

*Si bene metior*] lib.2.niſi fallor.

EPIST. VII.

*Fontelo*] Fonteio. Fontello.

EPIST. VIII.

*Quod mercenarijs*] lib.2.cũ mercenarijs & locatiua fũctione.

*Fontium*] Vulg.montium.

EPIST. IX.

*Veſtræ correctioni*] lib.3.noſtræ correptioni.

*In beatorum patr.*] lib.2.in verum p.

*Gnauiter*] Vulg.grauiter.

EPIST. XI.

Hæc epiſt.in V.MS.eſt X.lib.7.

*Suppetit*] lib.1.competit.

EPIST. XII.

*Præcipui tit.*] Vulg.præcipuo t. ineptè.

*Abennicus*] Vulg.Aueniocus.

*Poſſeſſor*] Vulg.profeſſor.

*Non proximitas ciuitatis*) lib.2.proxima ciuitas.

LIB. VII. EPIST. I.

*Subminiſt. quod necdum term.*) lib. 1. ſubminiſtrantes, quia necdum.

*Ab Oceano in Rhodanum*) Opt. C. Ab Oceano & alueo Ligeris in Rod.limitau.

*Oſcitationem*) lib.3.ſciſcitationem.

Ignis



*Ignis recurſus*) lib.1.recurſus.

*Sentiri debuit*) Vulg.debuit.

*Molliendas*) lib.1.amoliendas.Vict.3.amouendas.

EPIST. II.

*Perauero*) Vulg.parauero.

*Expetaturque*) Vulg.expectet urque.

*Celeriter aditum, ciuiliter locatum*) lib. Pith. Fauſto aditum.Vul.f.aditum,celeriter locatum.

*Sodalitatibus*) lib.4.ſedulitatibus.

*Emerſis*) Vict.3.emenſis.

*Hic blandus*) lib.2.Hichaldus.

*Ad ſocrum pertinuerat*) lib.1.ſocerum.

*Inimica largit.*) lib.Pith.mimica.

*Præſtigiator*) Vict.2.perueſtigator.

*Hypobolicis*) recte.Vulg.hyperbolicis.vide Harmenop.

*Militiæ velatricæ parem*) Vict.2.vel atticæ.lib.1.vel acticæ. al.malitiæ veteratrici.al.veratrici.

EPIST. III.

*Migecio*) Migeto,Migeſtio.

*Muneraremur*) Vulg.veneraremur.

EPIST. IV.

*Commendatis*) lib.1.commendandis.

*Melleas & floridas*) Idem lib.& ſtellas intextu floridas.

*Rigidum*) lib.2.turgidum.

*Apoſtolatus*) lib.5.Epiſcopatus.

EPIST. V.

*Non offerunt*) Vulg.offeruntur.

*Conſulas veritati*) Vulg.conſulas veritatemque.

*Senoniacaput es*) Vulg.captus es.

*Muneres indultu*) Hæc ex Opt. C. noſtro interiecimus. ſcribendũ vero cenſeo:conſilio cõformes,collegio confirmes.

*Metrapolitanorum reficiamur aſſenſu*) lib. 2. accenſu. L. acceſſu.

EPIST.

EPIST. VI.

*Modabarium*) lib.5.Modabarium.

*Iſtius ætatis lupus*) ita ferè omnes MS. Opt. C. iſtius ora lupus. Vulg. Eccleſiaſticas caulas iſtius aëris lupus, id eſt, caulas iſtius loci. vt Plin. animalia diuerſo nata ſub cœlo. lupos verò appellant hæreticos, imitatione Euangel. Pruden. Pſychomach.

*Hac ſeſe occultant Photinus & Arrius arte,*
*Immanes feritate lupi.*———

*Meminens non ſum*) lib.2.immemor non ſ.ineptè. Meminens ἀρχαικῶς. Manil. Auſon. & alij. Optat. Mileuitan. *Quas, ſi meminis, in primo libro demonſtraui.* Alloquitur enim aduerſarium ſuum. quare fruſtra ſunt, qui corrigunt: memini.

*Petrogonij*) lib.2.Petragonij.

*Heluſani*) lib.1.Heliſani.

*Quanti ſubripiuntur Epiſcopi*) lib.4.ſupprimuntur. Opt.C. quanto ſub rete premitis.

*Mala fœderum*) lib.2.mille fœder.

EPIST. VII.

*De manubijs*) Vulg.manibus.

*Conuictum*) Vulg.conuinctum.

*Fami concolor*) Opt.C.ſæpè manus famelicorum legit.

*Sed vltimi*) Vulg.ſeduli.

*Minores*) Vul.minoris.

*Statum concord. turpis incidite*) Opt.C.ſtamen c.elegante.

*Quid barbarum ſuaderetis ignauia*) L. quid barbarum ſ ignauiæ.

EPIST. VIII.

*Manaret*) Vulg.maneret.

*Autoritatis*) lib.2.ſanctitatis.

EPIST. IX.

*Decorem diſciplin.*) Opt.C.pompam diſcip.

*Scintillaſue controuerſialium clauſularum*) Fortaſſ. ſententiaſve c.clauſ. Quinctil. lib.9.cap.5. Quanquam nihil temere mutandum, ſi aduertas morbum Sidonij.

Fringul



*Fringultientibus*) ita ferè omnes MS.atqui optimè ad ſententiam. Apul. Apolog. *Sæpè in rebus difficilibus fringultiat vel omnino obmuteſcat.* Vulg.ſingultientibus.

*Expeterent*) Vict.3.expectarent. al.exponerent.

*Liceret agnoſci*) Vulg.deberet ag.

*Quiſque audire cœperat*) lib.Pith.q.audiret, qui taceret.

*Turbo proiecerit*) Vict.3.coniecerit.

*Lenocinamento*) Hanc vocem 6.MS.ignorant.

*Simonem Magum*) Vict.3.in Simône Mago.

*Actu*) Vulg.auctu.

*Huiuſce maioribus*) Vulg.moribus.

*Illuſtres viri*) ita ex Opt.libris reſtituimus. Vulg. lib.quibus conſentiunt nonnulli MSS. illuſtres viros Eucherium & Panychium illuſtres haberi ſuperiores quod hactenus eos eſſe putatos, ſed præſentem ad cauſſam illi ad canonem non requiruntur, qui ambo ad ſecundas nuptias tranſierunt.

*Certat naturæ doctrina*) Opt. C. cum acrimonia naturali certat eloquium.

*Honorari parentum*) lib. 6. creſcere parentum maluit honore, quam proprio.

*Pene tranſieram*) lib. 4. pene omiſeram, quod minimè prætereundum fuit.

*Pſalmographus*) lib.1.hiſtoriographus.

*Oblatitij ſymbolum*) lib.1.oblati criſobolum.

*Iuuenis miles*) lib.1.laïcus miles.

*Fuit morum factura, quæ taceret*) Opt. C. morum factura quæ faceret. alij lib.3. quæ deceret. lib. Pith. morum iactura quam faceret. Has varietates peperit locutionis inſolentia. At tamen fuit morum factura quæ taceret, hoc eſt, tali morum factura vt taceret, ſiue vt non gloriaretur. οὕτως ἐδόκει ἦθος εἰς τι μὴ καυχᾶσθαι.

*Taxandus*) lib.2.penſandus.

EPIST. XI.

*Diſpoſit. ſalubritate*) lib.Pith.ſedulitate.

*In priore menſa*) lib.2.in prima m.

*Secundum bonorum ſentent.*) al. honorum ſcientiam.

EPIST. XII.

*Turbo ſuperiorum*) Victor.ſuperior.

Delicia

*Delicatæ mentis*) lib.1.deliciatæ.lib.2.dulcatæ.
*Expreſſit*) Victor.3.exſcripſit.

## EPIST. XIII.

*Erat & freq. ordo*) lib.3.inter ſumm.viros freq.ordinis ve-ſtri mentio.
*Tolerabile*) lib.2.intolerabile.
*Et cera picturis*) Opt.C.ceruſia, ineptè, Varro lib. 1. de re ruſtica. *Pictores magnas habent arculas, vbi diſcolores ſunt ceræ.* Sinod. Paneg. Maior. *dum diuite cera Pingat Cyniphij captiua mapalia Bocchi.*
*Nos cedamus*) Vulg.noſſe cedamus.
*Iudicio vniuerſalis ſcientiæ*) Hæc in pleriſque lib. non extant.
*Morum ſimilitudine*) lib.1.ſimplicitate.

## EPIST. XV.

*Salonio*) vul. Salomo.
*Namque licet*) Victor. nam quamlibet.

## EPIST. XVI.

*Chariabaldo*) lib.2, Chariabaudo.lib.1.Chariabaldi abbat.
*Facis ô vnice*) Victor.2.vnice in Chriſto patrone, rem tu geris amoris & moris.

## EPIST. XVII.

*Domine frater*) lib.1.Domine maior.
*Naniam funebrem*) lib.3.ſepulchralem.
*Tractus*) Vulg.tractatus.
*Auxianus*) lib.3.Auxanius.

## LIB. IIX. EPIST. I.

*Petronio*) lib.1.Petro.
*In extimo fine*) lib.1.in extimo centenarij numeri concludat fine, & parui adhuc.
*Citerior Antonium*) lib.Daniel.citerior Antonium dictionis tolerauere derogatores.

EPIST.



## EPIST. II.

*Roſcius Victorianis*) lib.2.Staſius, al. Taſius, al. Statius.
*Opica*) Victor.opaca.
*Inclamatiſ.*) lib.2.conclamatiſſ.declamat.
*Vacalim*) Vulg. Vachalim. MS. 3. Vahalim. ita apud Latin. pacat. Panegyr. Cæſar. libro quarto belli Gall. Vacalos. Sidon. Paneger. Maior. Narbon. Epigrammat. ad Maior.
*Inter epulas*) Vulg.epiſtolas.
*Et ipſe quodammodo*) lib.2.quodam loco.

## EPIST. IV.

*Diſcernitur*) lib.2.dignoſcitur.
*Rotundatos*) lib 2.rotundos.
*Biterrenſibus*) lib.2.Biturenſibus, al. Bigerrenſibus, al. Bliterrenſibus.
*Principaliter*) lib.Dan.principale.

## EPIST. V.

*Viuet ilicet*) Poſterior vox in Opt. C. non extat.rectè vt opinor.
*Ex votorum contrarietate*) Idem ille C. ex fatorum c.

## EPIST. VI.

*Præſtabilius neque ducalius*) libr.3. hæc verba ignorant.
*Æquiparari*) lib.1.æquiparari.
*Curſimque memorem*) Vulg.fieri mem.
*Generoſitatis*) In pleriſque libr. non extat. al. generoſitatem.
*Comperti*) Vulg. conſpecti.
*Et cunctim*) Opt. C. cunctatim, vt ad Nicetium referatur.
*Orator indidit proſecutionibus*) Fortaſſis rectius: perſecutionibus.perſecutiones ſunt actiones.Ioan.Caſſianus Collat.23.cap.8.

HH Capreas

*Capreas pecus ſimum )* libr. 2. imnm, lib. 4. hæc duo verba, pecus ſimum, non agnoſcunt, indubiè Sidon. ſcripſit: pecus timidum.

*Opacandis cubilia luſtris cluſor ſtatarius )* libr. 2. opacatis, notat autem indaginem. vide Scoliaſten Statij. cluſor ſtatorius quod δίκτυα perticis, quæ σταλίδες, poll. al. ligata orbiculato ambitu ſiſtebantur, vnde Auſon. ad Theon. *circundare ceruos maculis.* Terent. Hecyra: *Nunc me rebus miſeram concludit, pater.* Donat. *indignatio de fera indignata.* L. *indagata.* Lucanus: *Et ſyluas, vaſtaque feras indagine claudit.*

*Clarionenſibus)* conſenſus MS. ſuaſit ita ſcribi. Vulg. Olarenenſibus.

*Anchoras vellant )* Vulg. velant.

*Talibus ſe ligant votis )* ex Optat. I. C. reliqui Vulg. aſſentiuntur. Talib. eligunt votis.

*Propero relatu )* Vulg. proſpero.

*Teſſera terit )* lib. 3. rapt.

## EPIST. VII.

*Proſapia illuſtris )* lib. 6. illuſtri.

*Qui per ſe minim. )* lib. 1. qui ſemper.

## EPIST. XVII.

*Quouſque tua te Taionnacus )* Opt. C. Quir. tua te fabrina caſtra Vincus patritiæ ſtirpis.

*Celeriam )* lib. 2. Eleriam. al. Exiliam. al. Erciliam, Raciliam Liu. lib. 3.

*Geſtatorias Bracteatas )* libr. 2. trabeatas, id eſt, conſulares, aptè ad ſententiam, trabeata ſaga apud Pollion. Gallien. bracteatæ, bracteis inducta, apud Lampridium, Elagab. *Sella oſſea, eborata, argentata: bracteata.* Bractearij l. artifices, C. de excuſat. artif. bracteatores, Firmico libro octauo Lamprid. Alexand. Seuero: *Braccariorum, linteonum, pellionum. Scribe: Brac̃teariorum*, & in Gloſſ. *Bracharius* πεταλοποιός. L. *Bractearius.*

EPIST.



## EPIST. IX.

*Multiforatilibus )* lib. 2. multis foralibus, ineptè. Apul. Florid. *multiforatilem tibiam.*

*Clangore )* lib. 1. Plangore.

*Semelque viſos )* lib. 2. ſimulque cluſos.

*Altat lamina marginem comarum )* L. Artat lamina.

*Hinc Romana )* L. Hîc R.

*Parme offic. )* Vulg. per me.

## EPIST. X.

*Exerere ſcientiam )* Vulg. exercere.

## EPIST. XI.

*Antedium )* Vulg. Antendium.

*Inter amicos ioca )* Opt. C. iocabatur.

*Metatoriam paginam, quaſi cum Muſa præuio miſi )* libr. 1. quaſi cum Muſa præuiam, non omnino improbè, al. cum Muſa præuium, ſed nihil mutandum, metatoriam paginam, id eſt, literas aduentus præuias, ita enim loquitur libro quinto, epiſtola. 6. à metatoribus, qui ſequentibus iter & manſiones præparant. vnde rectè in Gloſſis: ἑτοιμάζω, *præparo, meto.* Ambroſ. Hexam. libro quinto, capit. 10. *Metatores itinera diſponunt.* Optatus Mileuit. libro tertio. *Cum ante venturos milites metatores mitterentur.* Cyprianus de Chriſto: *Metator quodammodo veſter nunc quoque vos antecedit.*

*Quod reor congruit ante narr. )* ita Optat. C. al. quod reor congruens tantum narraui. Vulg. Quod eo cong.

*Alcæo potior )* lib. 2. melior.

*Occurras licet )* lib. 1. Accurras libet.

*Liuia quem dat è ſenatu )* id eſt, Senator Liuianus, ſeu Liuiæ, ineptum enim eſt, quod in plerique libris

libro Lucia ſeu Luna. vide Sidon. libro ſeptimo epiſtol. 3.

*Sepilliferis olet cathenis*) Opt. C.olent ahenis.

*Cum crepitantibus*) lib.2.concrepit.

*O neceſſitas*) Hæc vulgo confuſa. legenda verò hæc ordine: ô neceſſitas abiecta naſcendi Niuendi miſera, dura moriendi.

*Stoichos*) στοίχους, multifariam variant lib.ſed fruſtrà.

*Quod nihil ruſticius*)L.ruſticus.

*Solatium vindicari*) Opt.C.ſolatium iudicatur.

## EPIST. XI.

*Trigretio*) Trigetio.Tribetio.

*Ædificatus culcitis thorus*) Vulg.cultricis chorus.

*Medulicæ*) lib.1.meaulicæ.al.medullicæ.

*Succedas*) lib.3.concedas.

*Et loca lautia*) Vulg. loca latia. Apul. Mil. 3. *hoſpitium ac loca lautia præbiturum*, qua phraſi ſæpius vſus, libr. 6.& 19.Mileſ.

## EPIST. XIII.

*Ad babtiſmum*) in MS. non extat.

## EPIST. XIIII.

*Pœnaliter*) lib.3.lacrymaliter.

*Frictam*) Vulg.frixam.

*Gerulus alloquij*) al.officij.

*Iuuimus voto*) Vulg.innuimus.

## EPIST. XVI.

*Perueniretque*) lib.1.perueheretque.

*Veſcula*) lib.4.vetuſcula.

*Zeteculas*) pleriq.lib.gotheculas,al.theculas.

*Si refutamur*) Fortè rectius:repudiamur.

*Perantiquum*) lib.2.parænecticum.

*Veternoſus legalium*) Vulg.veternolegalium.

*Edidimus*) lib.3.condidimus.

Exili



*Exili*) Hanc vocem ex MS.interpoſuimus.

*Nihil indictum, non abſolutum*) lib. 3. nihil non abſolutum,quod fortaſſis rectius.

## LIB. IX. EPIST. I.

*Supradicti*) lib.2.ſupra ſcripti.

*Ad inuicem*) Vulg.ad vicem.

## EPIST. II.

*Quam minima*) lib.1.maxima.

*A paruitate*) lib.2.ab extremitate.

*Spicas*) Optat. C. ſpecies, quod ſane omnino non reijcio.

*Stipula crepitabit*) lib.1.Stipuleta crepitabunt.

*Fringultientes*) lib.2.ſingultientes.

## EPIST. III.

*Quod diſertè ſcriptis elog. ſuſcepimus*) lib. 2. diſcrete. Sed veriſſ. lectio eſt, quæ in alijs libr. ita concepta: atque ob hoc granditer quod diſerte ſcribitis, eloquium suſpiemus,quod libenter,affectum.

*Huc relegatus varijs quaqua verſum*) lib. 3. hic relegor varijs.

*Quod reſtat*) al.lib.donate veniam paginæ ruſticanter obſecundanti.

*Computaretur*) lib.3.comparetur.

*Ex aſſe diſcingas*) Optimè,phraſi Sidonio familiari. Vulg. diſtinguas.

## EPIST. IV.

*Sæpe relegendo*) lib.1.redeundo,libr. 2. ſemper eligendo, corruptè, atqui alterum, interpretamentum eſt, relegere vero eleganter & propriè. vide Seru.

*Domine Papa ideo*) Opt.C.D.in Deo Papa.

*Adfluentis*) Vulg.adfluentes.

## EPIST. V.

*Niſi per regna* ] lib.3.niſi quod p.
*Quiete totos* ] lib.1.quiete & ocio. lib. 2. quiete vtroſque ſecuritate.

## EPIST. VI.

*Viguit*] lib.2.viuit.
*Quam facultatibus* ] vulg. quam facultatis principalis. Eſſet quidem.
*Aduerſum vicia*] lib. 2. aduerſantia.
*Quocirca veſtrum eſt*] lib.1.Quo c. ſi potuerit.
*Iis moribus*] lib. 2. iis m. hac verecundia agunt.

## EPIST. VII.

*Et vere cuncta*] lib.2. fere. lib. Pith.plurima tenere, cuncta tranſcribere.
*Onychintinas*] lib.4. onychinas.

## EPIST. IIX.

*Repeto*] lib. 1. repetendo. Opt. C. rependo.

## EPIST. IX.

*Addicimur*] lib.1.addimur.
*Si ita vt cæteris*] Opt.C.ſi ita. cæteris vt à mea p.
*Deſperatio* ] vulg. diſputatio.
*Curſibus*] vulg. curribus.
*Rhiocalus*] lib. 1. Ienochalus.
*Iſtius modi*] Opt. C. iſtius mundi.
*Humano ioco*] vulg. loco.
*Defruſtans*] vulg. defructans.
*Vis voluptatis excudat praconij neceſſitatem*] vulg.Ius vol. excludat præc. nec. Idem error in Symmach. lib.3.*Si tibi hac vna,vt ais, frequentandiſtyli cauſſa eſt,vt à me vicem ſermonis excudas.* non, *excludas.*
*Nec ruſticè* ] deficientem locum ex MS. impleuimus.

Dictatio



*Dictationis*) lib.2. dicationis.
*Peruetuſtarum*) lib.2. peruetuſtarum.
*Triſtis* ) Victor. 1. teſtis.
*Conſtrictis* ) lib.1. conſtructis.

## EPIST. X.

*Amiculo* ) Aptunculo.
*Celaſtinus* ) lib. 2. Cæleſtius.

## EPIST. XI.

*Nobis putantib. innocentem*) lib. 1. imputantib. L. putantibus nocentem.
*Ius hoc* ) lib.2. vis hæc.
*Plus amici* ) Oblitteranda prior vox. lib. 1. minus indulgeant amici, plus inimici.
*Vitatas* ) vulg. vitiatas.
*Trebaciter* ) al. tenaciter. al. terebraciter.
*Cauſaliter* ) lib.1. caſualiter.
*Aut in obſcuro* ) Opt. C. in obſcuro iacentis famæ receſſu deliteſcentes.
*Sed quorſum? quid morarum* ) lib. 2. ſed quorſum plura quam moris eſt. al. Sed quorſum pl. quid moræ eſt.

## EPIST. XII.

*Eloquio* ) lib.1. obſequio.
*Metiens* ) vulg. mentiens. lib. Pith. meminens.

## EPIST. XIII.

*Pronunciatis* ) vulg. pronunciandis.
*Qua Flaccus Lyricos* ) vulg. Qua flatus Lyricos.
*Iiſque te* ) lib.2. his quoque & dum ociaris exercere.
*Prolatum* ) lib. 1. paratum.
*Circa ordinandum moras nectit oxygarum* ) libr.2. origiarum. Opt.C.moras nectit exiguas. Sed vulg lectio reiicienda non eſt. Garum quid ſit vulgo notum, nimirum *πᾶν τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων καὶ κρεῶν καταπλαττόμενον.* vt ait Dioſcorid

 quam

quamquam alij ab eo diſſentiant. Garũ ſanè variè mixtum, ἐλαιόγαρον & γαρέλαιον in Gloſſ. legimus: apud Lucian. λοπάδας γάρῳ καὶ ἐλαίῳ καταχεχυμένας. §.1. l. Qui penum. D. de pen. leg. Lamprid. Elagab. *Sybariticum miſſum ex oleo & garo.* apud eundem: *Hydrogarum Romanorum ducum primus exhibuit.* ita oxygarum, ex aceto & garo, ſeu liquamen acetoſum. vt eſt in Apicio in ante cœna vero acetoria ſumimus. Martial. *Depoſui ſoleas, refertus protinus ingens inter lactuens oxygarúmque liber.* Probè igitur in Sidonio ſcriptum, oxygarium. neque aliter temere ſcribendum.

*Cum totum te ocio*] Opt. C. cum totum te ſocio.

*Genialis*] vulg. gemmalis.

*Cteſiphontis ac Niphatis*] lib. 1. Teſiphontini vatis.

*Meſſe*] vulg. melle.

*Anaglyptico*] lib. 1. anaclytico. Anaglypticon metallum, Cicer. 5. Tuſcul. celatum. l. 19. D. de aur. vel arg. leg. ſignis effigiatum. Placidus in Gloſſis: *Celator argentarius, qui in argento puro ſigna exprimit.* Iuuen. aſperum; vt mammum aſperum dixit, cui ſignum recens, & non attritum. aſpero argento leue oppoſuit idem Iuuen. & l. penult. D. de legat. 3. leues lances. Interpres Iuuenal. ad illa Sat. 14: *Hic leue argentum, vaſa aſpera tergeat alter. Anaglyfa ſigillis.* Virgil. & *aſpera ſignis:* quem locum innuunt Gloſſæ. veteres: *Aſperis ignes, anaglyfa.* Virg. *L. Aſpera ſignis.*

*Rapit*] lib. 2. capit.

*Fragor*] lib. 1. fauor.

## EPIST. XIV.

*Accedat*] vulg. accidat.

*Plauſilibus*] lib. 1. plauſibilibus.

*Pugillarem*] lib. 1. pugillatorem.

*Per ſingula verba*] lib. 1. membra.

*Confragoſa*] vulg. cum frag.

*Pluuijs appendicibus*] lib. 1. appendentibus. al. lib. pluuiis Appenninis. al. fluuiis e pendicib.

*Moliamur*] pleriſque deeſt.

*Recitaturus*] lib. 1. recreaturus.

## EPIST. XV.

*Conſueta tertia*] lib. 3. conſequente tertia. al. cum ſecuta.





*Cantu*) vulg. Cautus.

*Eſt pater*) vulg. eſt patris.

*Iſſe per biuert.*) vulg. ipſe p.

*Inter antra*) vulg. aſtra.

*Hufidi*) lib. 1. ac fidi.

*Attagen*) lib. 2. Aiacem. al. Atacen.

*Caua*) vulg. cana.

*Epiſtolaris*) vulg. epularis. perperam. nam hic Petrus magiſter epiſtolarum.

*Melodis inſonare*) lib. 3. melodiis. Auſon. Epitaph. Nepotiani. *Liquit canentes qui melodas virgines.*

*Arte ſectans compari*) lib. 1. artet aſſe compari.

*Obſequens eſſe*) lib. 2. fieri.

## EPIST. XVI.

*Dicatus*) vulg. dictatus.

*Pluuijſque*) vulg. pluuiúſque.

*Maturitatem celeritatémque*) vulg. diſcrepantiſs. maturitate. alij lib. maturitatem retractantis.

*Egit*) lib. 2. figit.

*Timuit fluento*) vulg. ſecundo.

*Ligat*) vulg. legit.

*Vnus olim*) lib. 1. onus olim.

*Schema qui chartis*) lib. ſchema ſic artis. al. ſcema ſi chartis.

*Iunxit*) lib. 3. vinxit.

*Curſu*) lib. 2. curſus.

---

## PRÆFAT. PANEGYR. ANTHEM.

*Mimallones actæ*) id eſt, concitatæ. melioris notæ lib. aptæ.

*Semiuis*) lib. 5. ſemifer.

*Doctore*) lib. 2. victore.

## PANEGYR.

*Secundo*) vulg. ſecundos.

*Erige &*) Erigas.

*Ne te pirata timeret*) lib. nec quem p. t.

*Quanta legit*) vulg. Quanto.
*Sit cuncta licere*) vulg. ſic c.
*Non totum*) lib.3. non tantum.
*Nutrit*) vulg. nutrix.
*Suſa*) lib. Daniel. fuſa.
*Supplice cultu*) lib.2. vultu.
*Concordant lances. partes*) lib. 2. Concordant lancis partes. Fortaſſe melius: Concordant lances. partes, dum, pondera, noſtras ſuſcipis, æquaſti.
*Tauri clauſtra coërcens*) lib.1. caſtris clauſtra c.
*Iſſe*) vulg. iſſet.
*Mos element.*) lib.2. Mens.
*Cunctantis Iuli*) ineptè in pleriſque lib. conſtantis Iuli. imitatur Virgil. Æneid.11.
*Namque manus inter, mœſtorumq́ ora parentum,*
*Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli*
*Fundere lumen apex, factúmque innoxia molli*
*Lambere flamma comas.*——
*Aſt hunc egregij proc. ad ſceptra vocari*) L. Aſt hunc egregie proc. ad ſc. vocare.
*Feſtina*) vul. Feſtiua.
*Inuentas agitare feras*) lib.3. Indutas agit. f. & forte latentes.
*Intratos*) lib.2. iratos.
*Et veterator*) plerique MS. & venator.
*Æacidæ titulos*) lib.1. Faſtidi titulos.
*Prienæ Bia*) lib.3. Bia Prienæ.
*Arroſo*) lib.4. ac roſo.
*In arce*) Victor.3. in arte.
*Daturi*) lib.1. daturis. al. daturus.
*Legionibus imperitabant*) lib. 3. regionibus. Horat.
*Olim qui magnis regionibus imperitabant.*
*Solium puer ipſe curule*) lib.1. —*Conſcenditq́ ſellam ſuper ipſe curulem Sedit & immerito (vulg. merito L.) —vtraque magiſter Militiæ: conſulq́ micat, coniuncta poteſtas Patricij, celeriq́ gradu priuata cucurrit*
*Culmina, conſcendit ſellam ſuper ipſe curulem,*
*Sedit & emerito Iuuenis veteranus in auro.*
*Iamque parens Diuus*) vulg. paris diuos.
*Hunnus erat*) lib.1. Ciuis.
*Albus Hyperboreis*) vulg. albet.

Rotunda



*Rotunda*] lib.2. rotundat.
*Albentibus*] lib.1. abſentibus.
*Maioris*] Vulg. maiorem.
*Rura vagantem*] Vulg. ruri.
*Serdica*] lib.1. ſerica.
*Paretur*] Vulg. partitur.
*Nam te qui*] Vulg. quod.
*Regna gubernet*] lib.2. bella.
*Segnior incedit genio*] Opt.C. ſenio.
*Alnum*] lib.3. aluum.
*Ricimer*] ferè confusè in MS. Recimer & Ricimer. vide Diacon.
*Agrigenthini*] ita L. conſenſu meliorum C. quod Vulg. Arganthonini. inſtar portenti eſt.
*Cui currum curru ſuperare*] lib. Daniel. cui currum Curij ſuperare Metello Contigit.
*Qui continet*] lib. 2. quod continet iſte timetur Gallia quod Rhem M. iſte pauori eſt.
*Vinelorum pandas texant*] lib. Daniel. tendant.
*Longæuis*] lib.3. longinquis.
*Ad carras*] Diſtingue & ſcribe: —*de ſanguine Craſſi. Ad Carras: precium ſcripſi, nec multa remanſi. At perijt ſic emtus ager ſi fallo, probaſti. Ventidio mactare ſapor.*——
*Adieci Syriæ*] Vulg. ſerie,
*Achaica rura*] Vulg. iura.
*Si concors*] Vulg. conſors.
*Sperare dabis*] Opt.C. dabo.
*Nata quem fraude cadentem*] 3. lib. notæ optimæ. nautæ quem fraude cadentem. Oenomaus enim occubuit fraude Myrtili Aurigæ, qui cum à Pelope præmium proditionis exegiſſet, in mare præcipitatus eſt. Aurigæ verò, nautæ. V. Gloſſæ: *Agitator, gubernator, auriga*. Poeta vetus apud Probum in Cathol. ἐμοὶ δ' ἐστι (ὁ ἵππος) καὶ πλοίῳ ἄλλῃ μὲν γὰρ ἵππους ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε. καὶ ἡμεῖς δὲ τὸν ποσειδῶνα ἵππιον καλοῦμεν, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἐπὶ γῆς ἵππος, τὸν αὐτὸν ἐν θαλάσσῃ ναῦς. Ait Artemid. Plaut. Rud. Euripid. Euphig. νάϊον ὄχημα. vide Schol.
*Procedat Colchis*] Vulg. Schoenis.
*Non ſic ſeruiſſe*] Opt.C. non ſic tenuiſſe. Fortaſſis: non ſic ſeruaſſe vel illum.
*Inſignem*] lib.9. inſignem.

*Tardæ magis* ] L. ſed quid mea vota retardo? Trade magis.

*Improbus vt* ] Vulg. Improbet.

*Iam placido ſedeat* ] lib.3.ſidat.

*Aut te ter coſ.dicam* ] Vul.aut te tibi conſule d.

*Et ad Vlpia poſcunt* ] Ineptiſſ. Vulg. & adhuc pia poſcunt. Vlpium forum, forum D. Neruæ quod tranſitorium dicebatur. Lamprid. Alex. Seuero. libertas data à coſſ. Claudian. 4. conſul. Honor. Ammian. lib.22. Caſſiod. lib. 6. atqui de hac ſollennitate pleniſſ.alij ſcripſerunt.

*Quorum gaudentes* ] Opt.C. Quorum gaudentes exciterent verbera malæ optimè.

## PRÆFAT. PANEGYR. MAIOR.

*Panegyrici dicti* ] lib.3. Gaij Sollij Sid.Apollin. Paneg.dictus.D.Imp.Cæſ.Iuliano Valerio Maioriano. alij lib. Sextus Paneg.incipit ad D.Imp.Maior.

*Solueret* ] lib.3.Volueret.

*Iuſſiſti* ] lib.2.iuſſiſti victor,plac. vt eſſ. a.al iuſſiſti victor, placido vt es animo.

*Fodiam modo* ) lib.1.feriam animo.

## PANEGYR.

*Coſ.creſcit* ) Victor.3.creſcens.

*Prolapſus perfundit terga capillus* ) lib.2. Prolapſos effundunt terga capillos.

*Recuſſu* ) lib.2.receſſu.

*Neuerat* ) Vulg.venerat.

*Argos equos* ) Plerique lib.Arcas equos.ineptè. Argos oppidum Hetruriæ præſtantia equorum nobile,vnde & ἱππαιον dictum.Horat. *Aptum equis Argos.* Plaut.Aſinar. *Nunquam edepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.* Qui locus quam indignè multatus à doctis viris,pudet monuiſſe legũt enim,quadrigis Argis.quadrigis ſi abis. Quadrigas albas Græca locutione dixit Plautus.nam ἄργος citum & albũ Græcis notat. vnde ἵπ- ἄργοι. veloces & albi.At verò quid prohibet, quo minus hic dicere potuit,quadrigas albas, quas alibi in re ſimili, quadrigas Iouis.Solis enim & Iouis quadrigæ albæ Liuius lib.5.

*Caſtorea* ) lib.2.Caſtoream.

Fulmini



*Fulminis & lapidem* ] lib.2.lapidum.

*Barbara regum* ] lib.2.Diuum.

*Tarquinium impingens* ] lib.2.impinguens Forte: Tarquin. impugnans.

*Plus Felix* ] lib.3.fortis.

*Iam metior* ] lib.2.poſt m.

*Tum ſolus* ] lib.3.tam ſol.

*Cannoſque domas* ] lib.4.Cannaſque domas,Romanaque tecta Hannibal ante meus quam noſtras Scipio vidit.

*Cacuminat albis* ] lib.3.albens.

*Vepres tumet* ] Vulg.timet.

*Eſt nunc eximius* ] lib. 2. Eſt nunc prætura eximius. quem ſæcula clamant.

*Labori* ] lib.1.dolori.

*Latis ſic condita* ] lib.2.latis.

*Illata* ] lib.1.illecta.

*Monte ſalutatis* ] lib.2.mente.Opt.C.mane.

*Et vno culmine militiæ* ] Rectius:& imo cul.

*Aula ſuo* ] lib.5.auſa.

*Publica iure* ] Vulg.publica iura aëre ſuo.

*Parcus habendi* ] L.partus h.

*Decernere ceſtu* ] Vulg.teſtu.

*Stratum* ] lib.1.Stratus Beb.Amycus ſuſpexit heremis.

*Haud ita* ] lib.1.haud ita aper ſiccam.

*Contemto præmiſſus erat* ] lib. 3. contento. Verior lectio quorundam.C.contemtu præmiſſus erat. quaſi Atalanta confidentia pernicitatis ei tribuiſſet,vt curſu anticiparet.

*Cum ſuſtulit* ] al.ſurripit.Opt.C.ſuſcipit.

*Nec ſic intortum* ] lib.1.nec ſic intactum.

*Quos viceris* ] lib. 2. quod viceris. al. Quis vinc. Fortaſſ. Quod viceris odit,& quod vincit amat.

*Excluſa* ] Vulg.excluſo.

*Rhenus, Arar, Rhodanus* ] L.Rhenus,Atax,Rhodanus.imitatur Fortunatus de vita S. Martini : *Rhenus, Atax, Rhodanus, Tybris, Padus, Iſter, Orontes.*

*Olitis, Elarnis, Arar, Vacalis* ] Ita omnes MSS. quare non temere aliter edere volui. nam quod Vulg. Clitis vereor ne ab illorum manu ſit, quibus vacillantem verſum ſuſtinere animus. præſertim cum etiamnum, non omnino diſſonum fluuij nomen remanet. alteraratio eſt,quod diſertim ita ſcribitur in V.C. Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis, qui in

Caroli

Caroli Calui tempora incidit, cuius editionem exſpecto ab Opt.& humaniſſ.viro Petro Daniele. is igitur Theodulphus Poëmate contra iudices iniquos:

*Præfectura mihi fuerat peragenda tributa,*
*Rex dedit hanc Carolus primus ad omne bonum.*
*Cui parent VValis, Rodanus, Mola, Rhenus & Oenus,*
*Sequana, Viſargis, VVarda Garomna, Padus.*
*Ruſa, Moſella, Liger, Vulturnus, Matrona, Ledus,*
*Iſter, Atax, Gabarus, Olitis, Albis, Arar.*

*Elarnis*) Idem Theodulph. vrbibus.

*Quas Arar & VVardo, Rodanus quas alluit acer,*
*Elauris, ſiue his connumerandus Atax.*

*Cloio*) Vulg. Cloro.

*Oppoſitis*) Vulg. appoſitis.

*Arcus ſuppoſitis*) Opt.C. Artus.

*Cirroque madente*) lib.3. cirroſq. madentes Ferre c.

*Bacchoque rotato*) lib.3. vocato. Prior lectio germana eſt, & ſane quam eleganter Baccho rotato. circumferebatur enim phiala grandior, ex qua omnes bibebant Athenæus περιφορὰν dixit. Plautus dare cantharum circum. Moſtellar. —*age tu interim da ab Delphio cito cantharum circum.* Lucian. Lapith. conuiu. ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους συνεχῶς περιεσοβεῖτο ἡ κύλιξ, καὶ φιλοτησίαι καὶ ὁμιλίαι. &c. Hinc manauit dicendi genus familiare Plauto, dare ab ſummo. h. e. exhibere ei poculum, qui primus ſeu ſummus in lecto accumbit, ab eo enim ordiebantur. Aſinar. *Da puer ab ſummo, age tu interibi ab infimo da ſuauium.* Perſa. *A ſummo ſeptenis cyathis committo hos ludos.* Vbi vides initio cœnæ hoc factum, hoc eſt, ipſam promulſidem ſeu guſtationem circum latam. committere enim cœnam Varroni eſt inchoare. Athen. πρόπομά τι πρὸ τοῦ δείπνου περιφέρεται. ergo in Apul. Mileſ.9. *Vt primum occurſoriam potionem labijs contigerat.* rectè & eleganter. atque ita exhibent omnes V. C. ſanè quod vulgò amplexi ſunt, *antecurſoriam potionem*, etiamſi elegantiæ & veritatis ſpecie blandietur, Beroaldi commentum eſt. Plauti verò longè elegantiſſ. phraſin, quam ineptè doctiſſimus vir interpretatus ſit, meum non eſt meminiſſe.

*Perarantur*) lib.1. parabantur.

*Altaui*) Opt.C. attato.

*Omnia tecum*) lib.2. circum.

*Pro principe multi*) al. cuncti.

Sydera



*Sydera Chaldeus*) lib.3. Sydera Chald. nouit. ſi gr. Coletris Fulgura ſi Th. ſi Theſſalus elicit vmbras.

*Tanta canemus*) lib.1. cauemus. Opt.C. cauemus.

*Bagrada*) lib.1. Bragada. Strabo βάγαδρα. Bagrada Æthicus & Vibius ſequeſter.

*Pro Rheno*) Vulg. remo.

*Poſſeſſorem maneat*) lib.2. moneat.

*Palatinis*) Victor.2. Palæſtinis.

*Numerum collegerat*) lib.1. noſtrum.

*Et in noſtram*) lib.1. veſtram plus concidit.

*Iam fautor*) iam victor.

*Munia Caij*) lib.2. numina.

*Thalamoſque*) Victor.3. calamoſque.

*Victa vicium*) Vulg. vitæ.

*Potitus*) Vulg. petitus.

*Robur luxu*) Vulg. luxum.

*Auxuge*) lib.2. Arruge.

*Ipſi autem color*) Vulg. ipſis at color.

*Barchus*) lib.2. Bareos.

*Sic fata dolore*) lib.1. doloſa.

*Ignotaque*) lib.2. ignaraque.

*Traxerunt*) Vict.3. texerunt.

*Perque Cani campos*) Vulg. Perque caui campos. inaptiſſimè. Campi Canini. Gregor. Turon. lib.16. cap.10.

*Milite Mauro*) lib.1. militis aruo.

*Portamque reducto*) lib.1. portumque.

*Præterit*) lib.1. proterit.

*Hunc conti rotat*) lib.2. Acconti rotat ictus. κόντος τὸ μακρὸν δόρυ. Strabo lib.10.

*Tuldila*) lib.3. Tullida. Diac. lib.5.

*Ogygijs complent thyaſis*) non thyrſis. fruſtra enim hîc ſeſe exercuit aliorum acumen. Statius *Si mihi non vnquam thyaſi luduſve proteruæ Noctis —Non tamen aut teretes thyrſos, aut mollia geſſi Penſa.* Scaliaſti. *Thyaſi chori virginũ & puerorum, qui Libero hymnos canunt:* Athen. καλεῖται δὲ τῷ Διονύσῳ ὄχλος θίασος. Iulian. Imp. φέρε σοι καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θίασον κροῦσαντι πρὸς τὴν χορείαν. Artemid. lib.2. περὶ Διονύσου. χορεύειν δὲ τῷ θεῷ, ἢ θυρσοφορεῖν, ἢ δενδροφορεῖν, χρηστόν. *Thyrſi* inquit, Lactantius in ſtat. *haſta pampinea.* alijs hedera ipſa. Iuſtin. Apolog. Plutarc. Sympoſiac. problem. Heſech. Guid. Iuuen. Sat.5. —*Thyrſumq; tenēt & ſubligar Acno.* L. *Accij.* Subligar. veſtit Traged.

Marcida

*Marcida tympana*) lib.1.Martia.
*Fleuit quos*) Opt.C.Fleuit quos feriit veſtris hoc profui
*Alpes marmoreas*) lib.1.Aremopicas,Auſon.
——*trans Alpes,& marmoream Pyrenem.*
*Torpor inerti*) al.inani.
*Turmas*) lib.1.turbas.
*Quondam mihi*) lib.Daniel.quondam mihi.
*Sic rex*) Vulg.ſi.
*Scalproque leuata*) lib.3.ſcalptoque fluento al. Scalptuque leuata,al.Scaldoque fluento.
*Zetusque mihi*) lib.1. Zetusque ſuas.
*Penſare pruinas*) lib.4.ruinas.Varro apud Non.Algu.
*Ocia*) lib.2. Oſtia poſt nimios poſcunt te fr. labores Cu pacem das redde animum.
*Cum veſtes*) lib.1.veſtes. verſus vicioſus.

## CARM. AD PRISC.

*Dura fronte*) vulg. forte.
*Nil vatum prodeſt adiectum laudibus illud*) lib.2. votum. L.Nil vatis prod.

## PRÆF. PANEGYR. AVIT.

*Vertice diuiduo*) lib.3. dimidio.
*Quam neque Deliacis*) vulg. Quas neque delicias.
*Impulit excuſſam*) lib. 2. expulſam.
*Transtulit*) lib.1. contulit.
*Si mihi Muſa*) vulg. ſed mihi.

## PANEGYR.

*Continet Athlas*) Opt.C.conterit.
*Cernere faſces*) lib.1.condere.
*Miſere Deos*) Vulg.miſcere.
*Phœbus ephœbus*) lib.1.Phœbe Phœbuſque.
*Alta domus*) lib.3.Arta.
*Rutulus Veiens*) lib.1.veniens.
*Samnitem Gurges*) Opt.C.Samnitum reges,Volſci.
*Tyberinum*) lib.1.tam Tyberim metuere meum.
*Teutono iuncto*) lib.5.Victo.

Sylla



*Sylla Aſiagenes*] ita omnes V.libri.Vulg.Aſiæ gentes.Aſiagenes,Scipio,huic enim, deuicto Anthiocho, Aſiatici cognomentum accreuit. Liuius. Verſus verò leges haud ſollicitè, tranſmigrat Sidon.
*Fugiendos tum mage*] lib.1. Fugiendus tu mage. Perſa:al. fugiendos tum mage pendam.
*Mea ſigna pauor*] plerique lib.Sapor.
*Sum tota in principe*] lib.2.ſummota.
*Et vir*] L.Nec vir.
*Inuidit fortunam*] Vulg.natura.l.Inuidit fortuna tibi.
*Quamquam fracta*] lib.1.poſtquam.
*Natura parentem*] Melius in V.C.natura pauentem.
*Luxuriante iuuenco*] lib.2.lux.vigore.
*Arcana exponit*] lib.2.expuit arcana.
*Mygdonias*] lib.1.Mygdoniæ.
*Te teſte Phylagri*] Opt.C.de ſtirpe Phylagrij.
*Altera Auite*] lib.2.Altera vice.Opt.C. Alter Auite Nobilitas tu ſolus auus.
*Ac totum fauto*] lib.3.actutum fauſtos.
*Dedit niuibus*] lib.2. niuibus, glacieque irrepere plantis.
*Surgentes anni*] Vulg.animi.
*Cum catulis*] Vulg.plus c.
*Virtus deſerta*] Vulg.decepta.
*Et in aëre quærere plantas*] L.quærere prædas.
*Proderet inuitum*] Vulg.inuictum.
*Sudans radiabat*] lib.7.ſudum rad.
*Cum Creſſa*] lib.1.congreſſa,lib.5.Magneſſa.
*In ore præcantis*] lib.2.imprecantis.
*Prælibrat*] Vulg.prælibat.
*Vithungos*] lib.2.Himminges, al. Chiungos Trebel.Poll. Claud.*Scytharum populi Auſtrogothi, Virtingui, ſigipedes L. Vithungi,Gepides,*
*Pinguisque etiamnum*] Vulg.ping.& iamiam.
*Fuluus cui creſcit*] liq.2. fuſus c.
*Aſſiſtunt ſocio*] Fortaſſ.ſociæ.
*Cæſi luctum*) lib.3.cæſo luctum fr.amico.
*Tertiaque acta rota eſt*) lib.3.Tertia quarta rota eſt.
*Diuidua*) lib.2.diuiducã ancipiti caepſerũt vulnere vitam.
*Stix liuida*) lib.1.liquida.
*Defeſſa ruinis* lib.3.defixa.
*Theudorida*) Vulg.Theodorite.

I I Rhœtum)

*Rhætum)* lib.5. Serum. al. Scotum.

*Quem vel Nicer)* Vulg. quem Velicer abluit.

*Aluo)* Vulg. aluo. Victor. 3. alnus.

*Contentum)* lib.3 contemtos.

*Exorare)* lib.2. exoraſſe.

*Vis prodeſt)* Vulg. Vix.

*Pollicitus votum fecit ſpem)* L. Poll. voti fecit.

*Præſerat abſoluit vinctus vincitur)* lib.4. vinctus ſibi. Fortaſſ. abſoluit iunctus tibi, vincitur illic.

*Sic cinnama buſto)* lib.2. Sic cinnama ab vſto lib. 1. cinnama ab auſtro.

*Seminir amens)* lib.2. ambos.

*Patroni)* lib.1. Petroni. al. Paltroni.

*Pallentes)* Vulg. Fallentes.

*Quod non perſeuit)* lib.1. permiſcuit. al. perſoluit.

*Cattumque palluſtri)* lib.1. Chatrum quoque plauſtro.

*Poſt hinc Germano)* lib.2. poſt hinc Germanis hinc rege retento.

*Fœdus icere parentum)* lib.2. balantum, Opt. C. Pallantum.

*Interea incautum)* lib.1. fractum.

*Nutriſtis)* L. Nutriſtis quod fata malum conſenderat arces Euandri Maſſila phalanx.

*Altatæ)* Opt. C. Artatæ.

*Nodus)* lib.2. nudus.

*Peciſque ſimul)* lib.1. paucisq.

*Fouiſſe)* lib.1. finiſſe.

*Poſt munera)* lib.1. munia.

*Abripuit)* Vulg. arripuit.

*Lactandum)* lib.3. lætandum, indubiè rectius.

*Paruumque ediſceri)* lib.2. paruum quæ diſc.

*Mil ipſa ſenatu)* lib.1. nil ipſe ſenatus.

*Ignaroque)* Opt. C. ignauos ſe ante tribus.

*Cottij)* Vulg. Coctij Cottiæ Alpes. Tacit. Hiſtor. 1. & alijs.

*Thirrenique liquor ponti.)* Vulg. Tirreni Rhenique liquor.

*Secluſam iure coerce)* Opt. C. rure.

*Dux magne)* lib.2. Dum magne.

*Exercet)* lib.1. Exerceret.

*Imo orbem potuit)* lib.2. Imo orbem ego ſat potui, ſi te ſibi tota magiſtro al. vitæ ſibi pota magiſtro. al. Orbem ego ſat potui, ni te ſibi tota magiſtro Regna reformaſſet.

*Tirrheni)* lib.2. Vierni.





*Actorque coronant)* lib. 2. circoque coronant. Caſtrenſi mæſtum, namque hæc inſignia regni.

*Iam prius)* lib.3. Iam pius.

*Et cuius ſolum)* Hic in plerisque lib. lacuna. Locus corruptus.

*Reuocauit iter)* lib.1. reuocabit.

*Lætior at tanto)* lib.2. lætior actutum.

## CARM. AD MAGN. FELIC.

*Coctam Babylona)* Vulg. Non. Cyrrham Babylone ſperſon. *Babilonem Semiramis coctili latere muniuit* Scholiaſt. Iuuen. Sat.5.

*Arbacem)* Vulg. Arſacem. Iuſtin. lib.1.

*Non Cyrum)* lib.2. Non Garum Aſtiagi.

*Coactus arcum)* L. artum, vel, arctum.

*Non lectos Minyas)* Opt. C. Non veſcas. Miny. Virgil. *Veſcas ſalicum frondes*, Setu. *Veſcas. ſiccas ac teneras.*

*Infantem genuit)* lib. 1. Infamem.

*Atque inter tetrica choros)* Vulg. cohors.

*Diuitis Calypſus)* lib.2. Calypſo &c.

*Septum numina quærit ad bidental)* Vulg. ſextum, lib. 2. ſectum, rectè me emendaſſe arbitror, Fulgurita contingi nefas. Hinc Perſio, *euitandum bidental*. Cornatus eius interpres, Feſt. Lactant. ad Statij Thebaid. libr. 10. *Illicita: ex longinquo epitheton traxit; eo quod tangi loca vbi iaceant fulminati non licet.* Tertullian. *Qui de cælo tangitur ſaluus eſt, vt nullo igne cineresſcat.* Nam obſtitos ſeu fulmine perculſos in eodem loco ſepeliebant, & locus ipſe conſecratus ſepimine muniebatur. Artemid. lib. 2. ἐγχρὸ κεραυνωθέντες μετατίθενται, ἀλλ' ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνθαῦτα θάπτονται. Idem: οὐδεὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν, ὅθεν καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται.

*Gallicanam)* lib.3. Gallicani Cæſaris, à ſubiugata Gallia, vt Scipionibus cognomen Africani & Aſiatici.

*Gladios fugare ſica)* Vulg. ſicca.

*Hedera ter aureatus)* lib.3. laureatus.

*Batin)* Vulg. betin.

*Vluoſæ)* Vulg. Vlnoſæ.

*Catum, Leonem)* lib.2. catam Leonem, optimè.

*Dabit reiecta)* Vulg. relictæ.

## PAÆF. EPITHAL. RVRIC. II.

*Ruricio*]lib.2.Rurithio.
*Hiberia*]al.Eberiæ.
*Pollux cum ceſtu laudatus*]Scribo,luctatus.

## EPITHAL.

*Rauca Maleam*]lib.1.aurea mala eam.
*Ommatius maiorum*]lib.5.Ommatius magnorum.
*Auſpicijs fauſtis*]lib.3.auſpicibus.
*Tua finxit harundo*]L.fixit.
*Queis cætera denſis*]L.tenſis.
*Pharius comit Oſyris*]Vulg.Pharuis.
*Corribas*]lib.2.Coribus.

## EPIGR. AD MAIOR.

*Et licet in nuda*[Vulg.licet in nuda toruus cum fregerit.

*Leſtrigones*]lib.1.Hiſtriones,omnino L.Gerxones non eſſe puta, eſt autem lepidiſſima alluſio in fabula Geryonis, ad tributum capitum, ſine qua acumen Epigrammatis adeoque inſcriptio ipſa intelligi non poteſt, Ammian. *Vicenas diurnas annonas, totidemque pabula iumentorum, quæ vulgo dictitant capita.*

## AD POLEM.

*Qua decurſa facile*] ita corruptiſſ. locum correximus, Vulg. qua de cauſa f. dignoſci valet, magis me docetur ne quam cauſſæ tuæ.

*Vel mærarum*] hic quoque monſtrum verbi deliteſcebat, mirarum vti in Epithalam. Ter denas tropico prope currere miraſ.L. mœras. Cenſorinus de die Natal.cap.8. *Sunt autem hæc particulæ in vnoquoque ſigno tricenæ, totius vero Zodaci numero* CCCLX. *has Græci mœras cognominarunt: eo videlicet, quod deas fatales nuncupent mœras: & eæ particulæ nobis quaſi fata ſint.* Gell.lib. 3. cap.16.Sen. ep. 58. *Et quomodo finem vitæ imponere poterit, qui epiſtolæ non poteſt. Vale ergo, quod libentius quam mortis meras lecturus es.* que verba mirum quantum viros doctos torſerint. Fortaſſis rectè ſcriberetur: *quam mortes & mœras lecturus es.* Liuius Andron.

*Quando*



*Quando aduenerit dies, quam præfata mora eſt.* L.mœra eſt.

*Non Septimio*]Vulg.Septimo.

*Indoloriam*] lib.4.indoliam,in Gloſſ. *Indoloria ἀναλγησία*, indolentia Gell.lib.19.cap.7.

## INVOCAT. CALLIOP.

*Audit pacta*]lib.1.Fudit.
*Æthola*]lib.2.Æola.
*Decensque virgo*]Vulg.docens,lib.2.dulcisque.

## EPITHAL.

*Strymonio cum fonte*] al.forte.
*Pallas protraxit*]lib.2.paulis pertraxit.
*Lambantes*]lib.1.labentes.
*Perfectè*]Vulg.perfectæ.
*Pendeat & totum*]Vulg.vt thorum.
*Quod ſumma eſſentia*]lib.3.quid prima eſſ.
*A ſummo ſoloque bono*]Vulg.ſextoque bono.
*Viuere cum ſenſu*]Vulg.conſenſu datur.
*Textrino*]lib.2.texternæ.

*Tempeſtas tect. carinas*] L. temp. texta carinas. Imago tempeſtatis veſti intexta.

*Quod nomine veſtri*] locus corruptus, L. quod nomine veſtis Virgineæ poſuere manus.

*Hic nocet Alceſte*]lib.3.Hic vouet,L.Hic vocet Alc.
*Fato præſtante*]lib.2.reſtante.
*Tritomia*] L.Tritomida.
*Voce magiſtrum*]ita Opt.C.Vulg.magiſtri lib.2.magiſter.
*Eſſe ſenex*]lib.2.ille ſenex.
*Numina*]lib.1.lumina.

## EVCHARIST.

*Reienſem*]lib.3.Regienſem.
*Imponens hoſtis*]lib.1.hortis,al.orcis.
*Pro munere pellem*]lib.5.pallam.
*Iuſſo reticere*]Vulg.iuſto.
*Cum fulſit*]lib.2.conſulſit.
*Cum Procyon fureret*]Vulg.Procion. Horat. lib.3.Od.29.

 *—iam*

—*iam Procyon furit. Et ſtella veſani leonis Sole dies referente ſiccos.*

*Scinderet agros*] lib.3.ſcriberet agros.

*Pampicius*] lib. 3. Paſuncius.

*Nunc Cor*] al.Nunc Or, nunc Am. nunc Sarmeta, nunc Celarion.

*Permagna ſæpe*] lib.2.Prô magna ſ.

*Pingis*] al. pinguis.

## EPIGR. AD OMMAT.

*Ommatium ad natalem diem ſuorum*] alij lib. Ominatiũ. Sed inſcriptio hæc falſa videtur, neque enim ad Natalẽ ſuorum vocare poteſt. nam qua fortuna contigiſſet, vt omnes in eandem genituram incidiſſent. Neque ad ſuum natalem vocat eum:puto cum hæc ipſi te ſupergreſſum fuiſſe annum decimumſextum, quinimo in Carmine ad Ecdicium natalem ſuum Nonas Decembreis autumat,hic vero Kal. Augu-ſti. Sed hæc alij facile conciliabunt.

*Aſſyrius murex nec tibi ſigna dabit*] lib.2.Symm.al.zeugma.L.ſigma. hoc eſt,non diſcumbas oſtro. Sigma accubatio κυκλοειδὴς. Martial. Lamprid. Elagab.

## CARM. DE BALN. VILLÆ.

*Non tibi diſpliceat, ſi quod habes placeat*] Maioris argutiæ ſi L. Non tibi diſpliceat,ſi quod habet placeat.

*Lucrinum diues*] lib.1.Aruernum. Quod ſequitur Tetraſtichon huic carmini coniunctum in V.C.

## AD SORORIVM.

Recte non, vt vulg. ſocerum. Ecdicius ſororius Sidonij, ſocer Auitus. hæc vero lemmata ſunt exſcriptorum.

## AD PONT. LEONT.

*Subijt animum quoſpiam*] vulg. ſubiit quoſpiam,attamen ſecundum amorem tuum.

*Concinnare*] MS. addunt: vel condere.

*Diſperatis*] L. diſparatis.

Ex



*Exocio*] lib. 2.exotica.al.exoſica. ineptè.

*Iulium Firm.*] lib.3. Iulianum, Vertacum, Follonium.

## BVRG.

*Lac prope transfoſſis*] lib.2.L.Ar. al. Par.L.Ac prope trãſf. vel, Per prope transf.

*Potantem fontes*] lib. 1. Portantem frontis.

*Hic totus*] vulg. totis.

*Liuere*] vulg. liuore.

*Ludant*] vulg. laudent.

*Diuulſa genas*] lib.1. dimiſſa.

*Quicunque nihil*] L. Quicunque nihil ſuſtentat odori mittitut in nexus.

*Hippocriniſatas*] Hic & criniſatas. lib.1.

*Pignora ventris*] lib. 1. vulnera.

*Nunquid veſana*] lib.1. non quod non ſana.

*Rotatus*] lib.1. rotatur.

*Curuata*] lib.1.curuate. al. curuati. al. durati.

*Recurſu*] lib. 3. regreſſu.

*Proximus vndæ eſt*] lib.1. inde eſt.

*Pendentéſque ſedent*] lib.2. ſplendentéſque malè.

*Et fuſo*] vulg. foſſo.

*Actus at*] al. artus at. at.

*Canalibus artus*] lib.1. arcis.

*Depreciata*] vulg.Deprecata. turpant figmenta figuras.

*Credere Daphnen*] Opt. C.cedere.

*Præiudicatiſſimus*] lib. 2. prædicantiſs.

*Fl. Sabini*] lib.1. Farini.

## NARBO.

*Ad Conſentium*] lib.1.Ad Conſentium cl. ciuem Narb.dẽ laudibus eius ac patris ſui,itidẽ Cõſentij ac Narbonæ ciuiũ.

*Marathonijs merentem*] vulg. morantem.

*Ringitur*] lib.1. fingitur.

*Arato*] vulg. aratro.

*Smyrnea incude*] vulg. Smyrneæ vice doctus.

*Terrens Herod.*] lib.2. Torrens.

*Ingenio fluente*] lib.3. florente.

*Dat poëtas*] vulg.dat portas. lib. pallidat p.

I I 4 Grauis

*Grauis, dicacis*) lib.2. graues, dicaces.
*Inſtituiſſet*) vulg. conſtituiſſet.
*Tunc tunc*) lib.3. Tunc tu.
*Puer aptior*) al. altior.
*Sicut iam tener*) lib.1. ſicut iam tenes hauſeras.
*Officij tuis voléb.*) L. *ſuis.*
*Argolicæ rotunditate*) lib.2. reconditate.
*Siue Aeetias*) lib. 1. ſiue Oetes & inclytus Iaſon.
*Metu vlterior remiſit*) lib. 2. immiſit.
*Fauor*) al. ftagor.
*Priuatos vocitent*) L. vocitant,
*Clauſerat arctus*) Opt.C. arcus arte factus.
*Rotabat axem*) lib.2. torquebat.
*Compendia flexuoſa*) lib.1. fluctuoſa.
*Iunctim*) lib.2. iuncto.
*Inquieta per procell.*) lib.2. Irrequieta.
*Dote, cenſu*) al. mente c.
*Sibi vel vlli*) vulg. ſibi, tibi, vlli.
*Noſcit quid velit*) vulg. neſcis. MS. noſti.
*Lymphidij*) lib.6. Nymphidij. al. Lampridij
*Semel tenebat*) Opt.C. ſimul.

## PROPEMPT.

*Satis vetuſtis*) lib.2. venuſtis.
*Moues amicis*) lib. Daniel. noues.
*Puteo*) vulg. puteo.
*Orbis oras*) vulg. ora.
*Rectorem*) vulg. tectorem.
*Fuſcabat picei*) vulg. Fucabat.
*Electro viridante*) vulg. Plectro.
*Conction*) L. Cottion.
*Noſtro dicis*) L. dices.
*Tende gradum*) vulg. deme gr.
*Patruum ſaluta*) vulg. patrium.
*Probe probatum*) lib.1. probus paratum.

Dum ſequitur vara vibiam, ſimiles ſubtexam nugas; cur enim aliter appellem has apludas, & viliſſimas tricas, quas per riſum iocúmque effudi, & temerario calamo conſignaui. haud dubiè tamen ſanior enituiſſet friuola concinnatio, niſi conſtanti libidine fixum, nihil prorſus nota dignũ tangere, ne acumini doctiſſimi viri quidquam ſubtraheretur. Hoc quicquid eſt, idipſum infamiæ multâ liberabit, quod ad famam peruenire prohibuerim. Nos indulgentes feſtinãti ſtylo paullo vlterius inſaniemus. lib.1. epiſt.5. vbi de nuptiis Ricimeris: Iam corona ſponſus, iam cyclade pronuba, iam palmata conſularis, iam toga ſenator honoratur, iam penulam deponit inglorius. hoc ordine legenda ſunt. Inglorios, pauperes & abiectioris conditionis: hi tunicati fere prodibant; die feſto vero penulam ſumebant, vt hîc fecerant in feſtiuitate nuptiarum Ricimeris.



Epiſt. VII. *Ab induſtria ſquallidi præripuiſſent miſero miſerationem ſub inuidia ſordidatorum.*] Notum eſt reos ſubmiſiſſe capillum. Hîc vero ipſi accuſatores ſordidati, vt reo maiorem inuidiam facerent. Cic. 2. Verr. *Reorum amici eodem cum ipſis cultu, veſte obſoleta, capillo promiſſo, atque ex eo ſæpe ſtudia & partes Romæ, idq; adeo, vt lege cautum, ne reorum propinqui ſordidati viſerentur.* Notanda illa Firmici Aſtron.5. *Frequenter erit in libera cuſtodia conſtitutus, capillos quoque nutriet, aut propter alicuius amicitiam, vel propter incommodum, vel infortunium, aut alicuius mortis, aut damni miſera tormenta.* Idem: *Cuſtodiæ, ignominiæ, atque intonſorum crinium illuuies.* id eſt, reatus.

Epiſt. VIII. *Sitiunt viui.*] Vide epiſt.5. huius lib. Carm. ad Magn. Felic. *Vluoſæ petijt ſitim Rauennæ.*

*Syri pſallũt.*] hîc, vbi omnia fieri fingit lege contraria inconuenienter videtur dixiſſe Syros pſallere. Nam Syros luxu & deliciis ſolutos, quis dubitet etiam aurium voluptate paſtos. Vocabula ipſa inſtrumentorum Syra, quod ab antiquis in teſtimonium vocatum Syros Muſices inuentores: vnde enim ambulaiæ & ſambuca. vnde Virgil. *Copa Syriſca* Capitolin. vero: *Adduxerat tibicines, fidicines, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur voluptate.* Sed Sidon. hæc opponit: clericos fœnerari, Syros pſallere. cum nimirum Syrorum fœnerari, clericorum pſallere. Nam & hoc eius gentis proprium vel hodie reliquię Iudæorum confirmant: & quod ait Cicero 3. de Republ. *Phœnices mercaturis & mercibus auaritiam & inexplebiles cupiditates in Græciam exportauerunt.*

*Literis fœderati.*] Olympiodorus: τὸ βουκελλάριον ὄνομα ἐφέρετο κατὰ στρατιωτῶν, οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ Γότθων τινῶν. ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ φοιδεράτων κατὰ διαφόρου καὶ συμμιγοῦς ἐφέρετο πλήθους.

Epiſt. XI. *Iacebat cornu ſiniſtro.*] Iuueneus: *Cornibus in ſummis deuitet ponere membra*, Idem: *Turpiter eximio cogitur cedere cornu.*

Epiſt. II. *Aurium legulæ.* λοβοί. à formæ ſimilitudine multa in corpore humano, aliisq; rebus, lingulæ. ita hîc imula oricilla, vt Catul. dicitur, lingula. nam lingulo primo, quod deprauatum in ligula, atqui inde legula. crinium flagella. crines intorti ex ſubolibus. vt Varro σαπιαπάπτω. nam ſuboles Latinis crines largiter ſuccreſcentes. Apul. Mil. 2. *Cum frequenti ſobole ſpiſſus* (crinis) *cumulat verticem.*

*Geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus*] Oppido elegans trãſlatio ab Architectonica. Orbes ὀφθαλμοί. Prudent. *Orbes cauatos præferes.* id eſt, quod Seneca de Oedipo: *orbes effoſſus.* hînc orbi. κοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τοῖσιν. Artemid. Auſon. Parental. *Saucius, alterno lumine caſſus eras.* hoc eſt, quod Hieronym. ad Rufin. in re ſimili, *ex duobus oculis vnum perdideras.* quare fruſtra quærimus in Auſonio aliud ſubſtituere. quamquam in V.C. ita concipitur. Amiſſum feſſi poſt trina decennia natũ Saucius, ocleruo lumine caſſus eras. L. Saucius ac claro lumine caſſus, vel: ac caro l. captus eras. Nam & captiuitas, cœcitas. ita ſemper Ambroſ. de Tobia, & Hiſtoriæ Martyrum. Apul. Mil. I. *Luctu & mærore deformata, diffletis ad extremam captiuitatem oculis.*

*Pellitorum ſatellitum*] Rutilius: *Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat.*

*Congeriem liuentis argenti menſis cedentibus miniſter imponit.*] Duplex menſarum vſus. ad epulas & argentum eſcale, ſeu vt Vopiſc. Aurelian. menſarium. Menſæ ad argentum, quæ Plin. repoſitoria, propriè delphicæ. l. 3. D. de ſupp. leg. Gloſſæ: *Abacus, delphica,* μινιστήριον. Vopiſc. Tacito: *Argẽtum menſale quod priuatus habuerat, miniſterijs conuiuiorũ, quæ in templis fierent dedicauit.* Hiſtor. Apollon. Tyrij: *Apollonius cunctis epulantibus non epulatur, ſed aurum & argentum in miniſterio regis diu flens intuebatur.* Lamprid. Alex. Seuero: *Ducentarum librarum argenti pondus miniſterium eius nunquam tranſiit.* quamquam argentum potorium potius intelligendum. Delphicæ autem Acron. & Scholiaſt. Iuuen. Procop. δελφικὰ τὸ τρίποδας καλοῦσι ῥωμαῖοι ἐπεὶ πρῶτον ἐν δελφοῖς γέγονε. ſiue potius à tripode delphico. menſæ enim veterũ tripedes. Pollux lib. 6. itaque Martial. cum dicit lib. 12.

—*argentum non ſimplex delphica portat.* Τραπέζαν ἐλεφαντοπόδα



notat. cuius meminit Iuuenal. Saty. 11. Lucan. lib. 3. Martial. lib. 2. epigr. 43. lib. 14. epig. 91. atqui huiuſmodi menſæ diuitum, quæ artificioſiſsimè effigiatæ. pauperum verò menſæ pedes fictiles. Martial. *Fulcitur teſta Pagana menſa mihi.*

*Pulſantes ſubmouentes*] Officia publica, pulſare enim & ſummouere propria in hac re. at pulſantes dici poſſunt accuſatores aut ij qui reos citant. Firmic. lib. 8. *Ob interceptam annonam graue pulſatus.* Idem: *Grauis criminis pulſatus.* Intromittuntur mimici ſales inter cœnandum, ita vt nullus conuiua mordacis linguæ felle feriatur. Manil. lib. 5.

*Perque dapes, menſaſque ſuper petulantia corda,*
*Et ſale mordaci dulces quærentia riſus.*

Nec ſub Phonaſco vocalium concentus meditatum Acroama ſimul intonat. Nullus ibi lyriſtes, choraules. Acroama capit, vti Macrob. & alij cantum ipſum, & apud Lamprid. ſunt pueri aſſa voce canentes, vt apud Senec. Symphonia, pueri ſymphoniaci. Vocales verò appellat pueros cantores. Lamprid. Alex. *Moriones & vocales exoletos & omnia acroamata populo donauit.* Sententia Sidon. in triclinio nihil cantorum fuiſſe. & primum quidem de ijs dicit, qui aſſa voce canebant, deinde de Symphoniacis. nam vt ait Cato de liberis educandis: *Melos in cantibus eſt bipartitum, vnum quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicum.* Varro de vita P. R. *In conuiuijs pueri modeſti vt cantarent carmina antiqua aſſa voce & cum tibicine.* Acroamata igitur ſunt vocales aſſa voce canentes, aut carmen ipſum. Symphoniani tibia canentes, qui & organici & ſubulones.

*Hora primi ſoporis*] Nam per certas ſucceſſiones & vices excubabant, atque ideo noctem diſtinguebant, buccinæ ſigno. Appianus lib. 5. de bellis ciuil. καὶ τοὺς σαλπιγκτὰς σημαίνειν τὰ διαστήματα τῆς νυκτὸς ὥσπερ ἦν ἔθος.

Lib. II. Epiſt. II. *Saxa ſurfurem mentiuntur*] κεγχραία. *ædificiorum purpuras.* propter elegantiam. de quo genere loquendi alij.

*Fors fuat*] Symmach. lib. 4. epiſt. 28. *Si contempleris ad vicinitatem Rheni, aqua nunc & Optimus Princeps, & potiſſimus magiſtratus deeſt, nullum noſtrarum partium commeare fors fuat.* MS. Si cum tu ſis noſtrarum partium ad illum locum commeare contingat. L. commeare contingat, fors fuat, an quis tantum viæ ob rem priuatã mihi ignoratus ſuſcipiat.

Epiſt.

Epiſt. IX. *Quem quidem nuncium per ſpacia clepſydra*] locus corruptus.

Lib. IV. Epiſt. III. *Cum Vitruuio perpendiculum*] lib. cum Veturio. cuius meminit Lamprid. Alexand. Seuero.

Epiſt. VIII. *Striaturis*] appoſitè. nam conchæ ſtriatæ. Apul. Apolog. de concha Paul. ſent. 3. tit. 6. D. de ſuppell. leg. Colloqu. pueril. ἔνεγκε ὕδωρ πρὸς χεῖρας, κόγχει.

Epiſt. IX. *Cultus in cingulis*] Ea enim exornabant, vnde apud Trebell. Poll. *auratos conſtellatoſque baltheos.* Stellarum enim ſignis frequenter vſi in ornaturis. Symmach. lib. 1. *Ipſe verò pars materiæ digna laudari, quando verborum ſtellatur auro.* Hæc eſt ſcriptura Opt. C. Vulg. ſtillat auro.

Epiſt. XV. *Theſpiæ adeantur*) Strabo.

Epiſt. XIIX. *Nulla Serraca*] lib. 3. Sarraca. Gloſſæ: *Sarraca ἅμαξα.* Variè protulerunt. Sarracum Quinctil. lib. 8. cap. 3. Fortunat. Rhetor. Serracum Iuuenal. Sat. 3. Soracum Feſt. eſſedæ, vehicula Britannica, imo vocabulum ipſum, Iornand. Virgil. 4. Georg. Cæſar 5. belli Gall.

Epiſt. XXIV. *Loco fiduciæ pignoriſque fiduciæ & pignus differunt*] Pignoris vſus tantam alienatur. l. cum & ſortis. §. vlt. D. de pignorat. act. l. ſi is. §. D. de furtis. Fiduciæ verò proprietas. Paul. ſent. 2. tit. 13. §. 3. Iſidor. lib. 5. c. 25. Ambroſ. in Tobiam: *Fœnerator hypothecas flagitat, pignus vſurpat, fiducias vocat.* Paul. Sententia. tit. 9.

*Aggere publico*] Frequens mentio in Sidonio publici aggeris. lib. 2. epiſt. 9. lib. 20. epiſt. 3. Ammian. lib. 19. agger itinerarius. Agger publicus, ſtratum ſeu ſtrata, quod hodie in vulgari ſermone retinemus. Gloſſæ: *Agger, ſtrata, via publica.* Iuuencus: *Tum populi ſtratas prætexunt veſtibus omnes.* Victor Vtic. Placidus in gloſſ. *Agger media eſt ſtrata eminentia coaggeratis lapidibus. Strata, ab aggere, id eſt, coaceruatione dicta, quam hiſtorici viam militarem dicunt. vt, Qualis ſæpè deprenſus in aggere ſerpens.* Seru. Veget. & alij. Hæc verò coaceruatio quantæ motis fuerit apud Statium videre eſt Sylu. 5. de via Domitian. *Mox,* inquit, *hauſtus aliter replere foſſas, Et ſummo gremium parare dorſo, Ne nutent ſola— Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis, Et crebris iter alligare gomphis.* Ex quibus apparet coacti & firmi operis fuiſſe: At Auguſtin. lib. 22. cap. 8. de ciuit. Dei, glaream dixit. Glarea verò nihil aliud, quam ſabulum ſcrupoſum. Sciendum glarea vti ſuetos ad compaginẽ lapidum maiorum, ſeu potius ad intritionem, ſæpè



ſæpè etiam non ſternebant lapidibus, ſed glarea. Liuius: *Cenſores vias ſternendas in vrbe, glarea extra vrbem ſubſternendas locarunt.* Quanquam Auguſtini de via regia glareoſa, non de militari capiendum arbitror.

*Lectus nil habens plumæ*] Lecti antiquitus ſtrati puluillis medulla anſerina, aut pilis mollioribus fartis. Lãprid. Elagab. *Nec cubuit in accubitis, niſi ijs quæ pilum leporinum haberẽt, aut plumas perdicum.* accubitalia ſeu accubita ſunt κύκλιτα. Poll. Claud. *Accubitalium Cypriorum paria duo.* Lamprid. Elagab. *Vilioribus amicis folles pro accubitis ſtrabat.* folles ἀσκοὶ. Gloſſ. Anacliteria Spartian. Vero. *Lectum quatuor anacliterijs fecerat.* Tertull. de Pall. *Pauo plume veſtis, & quidem de cataclitis.* Apul. Mil. 11. *Veſte niuea & cataclita prænitens.* Quibus veſtis cataclita nihil aliud notat, quã ἐσθῆτα ποικίλην ſeu ἀνθινὴν, huiuſmodi enim accubitalia fuiſſe infra monſtrabimus.

Lib. V. Epiſt. 1. *In alijs non minus complecti*] Vulg. in alijs numina comp.

Epiſt. VII. *Trahunt additos*] Lib. 1. epiſt. 7. cumque duceretur addictus. De addictis ex Varr. 9. tab. Gell. lib. 20. notum eſt; Duci in vincula aut ius, trahi ad ſupplicia plerumque dicimus: Liu. lib. 3. *Appius in vincula duci iubet.* Sed trahi & duci abſolutè, pro ad ſupplicium trahi dixerunt. Seneca de Tranq. *Centurio agmen periturorum trahens.* Idem: *Ne fortè inepta ſpe tibi blandiaris duci te iuſſi.* Suet. Caio c. 27. ita trahere & ducere pro in carcerem ducere, familiaris locutio eſt. trahunt addictos, in vincula. ita ſupra ducendi verbo vſus. Eodem modo Cicer. vſurpatum, pro Flacco: *Cum iudicatum non faceret addictus Hermippo & ab hoc ductus eſt.* Sic apud Demoſth. ἀπάγεσθαι pro eo quod Plutarch. quæſt. 50. εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγεσθαι.

*Munuſcula legatis*] Saluian. lib. 5. *Veniunt plerumque noui nuncij à ſummis ſublimitatibus miſſi: decernuntur his noua munera, decernuntur noua indictiones.*

*Confeſſum prioribus.*] Plin. lib. 3. ep. 20. *Fratrum cyberatarum*) ſcribe: cybirat. ſeu vt Strabo, cibyratarum. alludit ad locum Cic. qui extat Verr. 3.

Epiſt. VIII. *Auguſtus coniugem Fauſtam*] Aurel. Vict. Conſtantino. Zoſim. lib. 2.

Epiſt. IX. *Tribuni notarijque.*) Zoſimus. Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν ἄρχων γεγονώς. Collat. Carthag.

Carthag. Ammian. lib. 26. L. 4. C. de aduoc. L. neque C. de decur.

Epiſt. XIII. *Ante turpare quam punire damnandos, crinem viris nutrit, mulieribus incidit* ] Huiuſmodi ignominiæ nomine adhibita, vt κυρᾶς pœna, cuius frequens mentio apud Harmenop. lib. 6. tit. 6. §. 12. tit. 1. §. 6. tit. 2. §. 5. & paſſim. Tonſi enim aut aliqua parte corporis mutilati circumducebantur, quod θριαμβεύειν appellatũ. hinc ferè cõiuncta videas θρίαμβος ſeu πόμπη (nam ita quoque dicitur) & κυρὰ. Harmenop. lib. 1. tit. 6. κυρᾷ καὶ πόμπῃ σωφρονίζεσθαι Cedren: τύψας αὐτὸν, καὶ τὴν κεφαλὴν κείρας, καὶ οὕτως ἐπιπηδήσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσε. Κυρᾶς pœna ſeu potius ignominia veteribus Romanis ignorata, poſtquam Imperium in Orientem tranſlatum introducta eſt. nam populis Orientalibus valdè frequens fuit, vt ex Nicol. Damaſc. aliiſque apparet. Quare l. 2. §. 1. D. ad l. Iul. pecul. verba Vlpiani eſſe nego: nam hic Romæ vixit, & Latine non Græcè ſcripſit imo Baſilicon tit. 45. Marciano tribuitur, quamuis nec eius eſſe exiſtimo, ſed Græci cuiuſdam Iuriſconſulti. de his alias pleniſſimè.

Epiſt. XVI. *Patriciam diuino fauore reddidimus* ] De patricia dignitate ferè omnia vulgara. ſanè vbique obuia eius mentio de origine accuratè Zoſim. lib. 2. Niceph. lib. 14. Caſſiod. form. Patriciat. Luitprand. lib. 3. guid. Sidon. lib. 1. epiſt. 3. potior dignitas apex Patricius. Vocantur patres & tutores principis. Claudian. de Eutrop. patriciatus dignitate ornato: *principis eſſe pater.* Conſtantinus Imp. ad Præf. Gall. *Patricij parentiſque noſtri.* Iuuenal. Sat. 10. *tutor haberi principis.* Comm. *Patricius fieri.* At Theodoſius Imp. ad Auſon. Theodoſius Auſonio parenti ſalutem. Amor meus qui in te eſt parens iucundiſſimè, cum tamen Auſon. patriciatus inſignis honoratu, non fuerit. Sed ſciendum claros viros ab Auggg. ita vocatos, quomodo amicos & fratres aut caros magiſtratus ſuos appellarunt. Conſtant. Imp. pp. Gall. *Agricola parens cariſſime atque amantiſſime.* Sidon. lib. 1. epiſt. 11. *vt diceret princeps: Verè habes, frater Camille.* l. 17. D. de iure patronat. l. 4. C. de contrah. & commit. ſtipul

Epiſt. XVII. *Linteum villis onuſtum quod pridiana ſquama politum* ] lib. 7. epiſt. 16. nocturnalem cucullum villoſum. Villoſa ad politionem pectebantur, vnde apud Perſium: *Gauſape pectas.* Sidon. itaque ſquamam pro pectine ſquameo dixit. ſed hac via veritas indaganda non erat. locus eſt corru



corruptus, quare ſcribend. linteum villis onuſtum, quod pridiana ſquama impolitum. Sed videamus quid ſit ſquama. Gloſſarium: *Squama* ῥύπος τὸ ἀπόπλυμα, νίτρωμα τῆς κεφαλῆς. rectiſſimè. Gloſſæ veteres Latinæ: *Cantabries tenuiſſima atque cantabris vel ſquamarum ſimilia corpuſcula, quæ ſuperficie corporis ſurgentia delabuntur ſine vlceratione ac ſæpius cum pruritu emergit in capilloſis locis, ac magis in capite. Pandectæ medici.* Quid verò cantabrum in aliis vetuſtiſſ. Gloſſis: *Cantabrum purgamentum frumenti, vel farinæ, vel cibus quo canes veſcuntur.* videnda longè elegantiſſ. poriginis deſcriptio apud Seren. Sammon. quem hæc mirificè illuſtrant. in Sammon. ſcribe. *Deſinet interea glomerari farrea nubes.* non, ferrea. Squama igitur notat ſordes albas, quæ ex locis porigino ſis decidunt, hinc pro quauis ſorditie vſurpatum, atque ita Sidon. lib. 3. epiſt. 3. *Sermonis Celtici ſquamam depoſitura nobilitas.* Hinc Lucill. deſquamari, purgari. —*deſquamor, pumicor, ornor.* quod perperam interpretatur Non. Quare fruſtra nugantur Gell. lib. 2. cap. 6. Feſt. Seru. 9. Æneid. & alij, qui ſquallere & ſquallorem à ſquamis piſcium dici arbitrantur, cum ſquama ſit ſordities, quæ naſcitur locis poriginoſis, atqui hinc rectius ſquallor.

Epiſt. XIX. *è tributario* ] Edicto Theodorici Regis.

Lib. VI. Epiſt. III. *Vargorum* ] LL. Salic. tit. 58. *Si quis corpus ſepulti effoderit aut ſpoliauerit Vargus ſit, id eſt, expulſus de eodem pago, vſque dum cum parentibus defuncti conuenerit.* LL. Ripuariorum tit. 85. *Si quis mortuum corpus ex humo traxerit Vargus ſit, & ob hoc expulſus exulet.*

Epiſt. VIII. *Lectorum nuper albus accepit* ] Mirè variat ſcriptio. lib. 2. lectorem nuper. al. lector in albo acceptus. cuius nomen lectorum nuper albus accepit. hoc eſt, cuius nomen relatum in notitiam lectorum. Lectores in Eccleſia ſeu ἀναγνῶσται qui ſint nemo ignorat. neque adeò quid album ſeu λεύκωμα. Gloſſæ: *Album curiæ polypticum,* (L. dyphticum. nam in iiſdem Gloſſ. *Dyphtica tabulæ manualis, quæ & ephemeris & pugillaris.* Qua notione Symmach. & alij. in Gloſſ. exponitur τὸ βιβλίον ſeu membrana) *Commentaria, nuncupationes, codicilli, tabulæ, Cicero.* Album itaque eſt notitia ſeu index. Caſſiod. lib. 2. expenſarum notitiæ. Suetonius Neron. album cytharædorum. Trebell. Poll. index ludorum. ita album lectorum apud

apud Sidon. ſic l. 2. C. de Primicer. matricula memoralium, apud Tertull. de fuga in perſecut. matrices beneficiariorum & curioſorum, nam matrix, quod laterculus Tertull. aduerſ. Valent. Cedren. πλίνθος. ita matrix eccleſiæ, quod vetò in Canon. concil. ὥστε μηδενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι πράγματι κατακεχρῆσθαι τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος. eccleſia matrix, eſt metropolitana, ita apud Veget. vrbs matrix, galina matrix, quæ patentibus alis pullos cõplexa. *Ματρίκιον παρὰ ῥωμαίοις λέγεται, τὸ πλατὺ ξύλον καὶ πλακὸ*, inquit Cedren. & *ματρικαρίους, ξυλοέργους* interpretatur, longe aliter auctor Schol. Iuliani: *Matricarij dicuntur, quos videmus ad incendia currentes, & portantes ſpongias cum ferramentis, & alia ferramenta, per quæ poſſint de pariete in parietem aſcendere atque ita incendium exſtinguere*. quales hi matricarij fuerint clarius patebit: ſed cur ita dicti, non immerito quæritur nam quæ aliorum ſententia eſt inde dictos, quod tanquam comitatus præfecti vigilum in matriculam eius relati fuerint, vereor ne verè ſententia ſit; ea enim ratione innumera officia matricularios dixerimus. Vt vt ſit incendiis arcendis inſtitutos matricarios citra controuerſiam eſt. nam recentioribus hoc nomen vſurpatum in iis, quibus templorum & baſilicarum cuſtodia commiſſa. qui Firmico Aſtron. lib. 3. cap. 12. cuſtodes templorum: quos tamen nolim confundi cum iis, qui Helmoldo aliisq; templarij. hac notione matricularij vocabulum, etiamſi corruptè Francis remanet in 5. hiſtoria Albonis monachi Floriacenſis de paſſione Eadmũdi Anglorum regis, quæ excuſa hactenus non eſt. *Interea quidam matriculariorum qui intra baſilicam iacebat, ſomno excitus*. Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 14. *Diſpoſitis prædiues hamis. Per tranſlationem diſciplinæ militaris ſparteolorum Romæ, 40 quorum cohortes in tutelam vrbis cum hamis & cum aqua vigilias curare conſueuerant*. Tertull. Apolog. *Ad fumum cœnæ ſerapicæ ſparteoli concitabuntur*. id eſt, tantus fumus cœnæ ſerapicæ, vt ſparteoli concitentur tanquam ad incendium, ita apud Senec. epiſt. *Non hic fumus qui ex lautiorum culinis erumpere, & terrere vigiles ſolet*. Sanè quam oſcitanter locum Tertull. interpretati ſunt. Sparteolos fiſcellas adſerentes, quæ plene analectis in Serapico περιδείπνῳ ad luxum notandum, quo mehercules quidquam abſurdius comminiſci poſſe non video. cum potius ſporteoli à ſporta, vnde & ſportellarij in Gloſſ. Quod verò interpres Iuuenal. cum hamis & aqua. de inſtru



inſtrumentis ad arcenda incendia capiendum, notat enim hamas & ſifonem, quæ etiam à Plin. coniunguntur epiſtol. lib. 10. & L. Quæſitum §. acetum. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. vbi de ijs quæ exſtinguendi incendij cauſſa parantur, *ſifones, perticæ, ſpongiæ, & amæ*. Harmenop. ἄμμαι, ſane de ſpongijs etiam Iuliani Scoliaſt. cuius verba quid notent excutiemus, *portantes ſpongias cum ferramentis, & alia ferramenta per quæ poſſent de pariete in parietem aſcendere*. Spongiarum quis vſus incendijs exſtinguendis non facile diuinaro: nam ſpongia etiamſi valde biberit, tamen vix tantum prodeſt incendio exſtinguendo, quantum vnius hominis manu ingeſta aqua. Ariſtænetus lib. 1. epiſt. 20. φίλον δὲ γενόμενον τοῖς ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου τρόπον ἀποδείκνυσθαι τῆς κλοπῆς, ἦσαν ἐγκεντρίδες αὐτοῖς καὶ σπογγιαί, ταύτας λαβὼν ἀνέρριχᾶτο τὸ τεῖχον. Vbi eadem coniungi vides ad ſimilem vſum. Liuius lib. 9. de armis Samnitum. *Spongia pectori tegumentum*, & apud Tertull. de ſpectat. *Spongia retiariorum*. Falſus enim eſt doctiſſ. vir, qui retiarijs ſpongias ad ſiccanda vulnera fuiſſe adfirmat. Spongias itaque capimus munimentum pectoris, nam pectus in aſcenſione murorum facile lædebatur, ita apud Cæſar, legimus milites habuiſſe tegumẽta ex lana coacta: item ex lino. Plutarch. Alexand. ἐγκεντρίδες, ferramenta per quæ de pariete in parietem aſcendimus, ita enim recte vertas, nam ἐγκεντρίδες, ferramenta acuminata aptata pedibus aut genu, quorum aculeis fixis facilis aſcenſus murorum, atque hæc omnia vnicè confirmat Suidas in ἐμβάτης περιθέμενος τὰς σπόγγους, καὶ τὰς ἐγκεντρίδας ἀδραμεῖν ἐς τὰ τείχη, & quæ ſeq.

Epiſtol. *10. debitum glebæ canonem*) L. 1. C. Theod. de indict. Canon, certa illatio frumenti, Varroni aratio, alijs decuma, Sidon. legitima ſolutio ſegetis, Apul. tributum agelli, Ambroſ. contra Auxent. *Agri eccleſiæ ſoluant tributum*, hinc §. per tradit. Inſtit. de diuiſ. rer. prædia tributaria, apud Caſſiod. lib. 5. 39. extat mentio canonis transmarini, canonis telonei lib. 11. 37. lib. 12. 6. Nouell. Iuſtin. 13. Canonicarij, Spartian. Seuero: *Rei frumentariæ quam minimam repeterat, ita conſuluit, vt excedens è vita ſeptem annorum canonem reliquerit P. R.* hoc eſt, quantum frumenti ſpacio ſeptem annorum nomine tributi agrorum redditum Canon frumentarius in publicis horreis repoſitus inter condita cenſebatur, nam quod refertur in arca vel in conditis continetur.

 tur.

tur.L.2. C.Th.de annon de arcâ mox dicam de conditis Capitol. ordian. *Nulla erat ciuitas limitanea, quæ totius anni in aceto frumento & larido condita non haberet.* l. 5. D. de erogat.ann.mil.condita fiſcalia. Panegyr. Conſtant. *Tu fructus metere & in conditis ponere iuſſiſti.* Spartian. Hadriano *Laborabat præterea vt condita militaria, diligenter agnoſceret* L.condita militaria, hoc eſt, quod Lamprid. in Alex. *annonam militum*, Optat.Mileuitan. *Habebat illic euocatorum infinitam turbam, & annonam competentem conſtat fuiſſe collectam.* Caſſiod. libr. 1. 25. & libr. 2.5. libr. 5. 10. & paſſim.

Lib.7. epiſtol. 2. *literas meas ad formatæ vicem.*) libr. 5. epiſtol.8.ciui me epiſtolam clerico debuiſſe formatam. Canonicæ epiſtolæ τετυπωμέναι, ἀπολυτικαὶ, εἰρηνικαὶ & συστατικαί. Scoliaſt. Canon. tit. 2. εἰρηνικαί εἰσιν ἐπιστολαὶ, αἱ παρὰ τῶν Ἐπισκόπων διδόμεναι τοῖς κληρικοῖς θέλουσι διὰ χρείαν εἰς ἑτέραν ἀπελθεῖν πόλιν, καὶ τῷ ἐκεῖ κλήρῳ καταλεχθῆναι, συστατικαὶ δ' εἰσιν, αἱ διδόμεναι τοῖς ὑπὸ ἐπιτιμίων εἰς ἀθώωσιν, καὶ ἐπιτρέπω. αὐτοὺς Ἐπισκόπῳ συνιστῶσαι πρὸς κοινωνίαν. quæ interpretatio præſſius conſiderata, non vſquequaque vera apparebit, ſed inpræſentiarum his diuitius inhærere præter rem duco. Vide Nouel. 6.Concil. Carthag. 23. Concil. Calcedon. cap.11.Formatæ epiſtolæ, quod certis literis conceptisque verbis conſcriptæ, quarum vſus varius, vt ex Canon.concil. colligere eſt. Sueton. Domit. formales epiſtolas. Optatus Mileuitan. *Damaſus qui noſter eſt ſocius, cum quo nobis totus orbis commercio formatarum & vna communionis ſocietate concordat.* Auguſtin.epiſtol. 163. Euſeb. lib. 3. cap. 7.Niceph.Calliſt.lib.6.cap.30. epiſt.6.Catholici nominis intuitio acet.lib. 2.cap.mentio.Vide,ſi tanti, quæ ad epiſtol.11. lib.3.notauimus, vbi rectè me correxiſſe arbitror illa Plauti Curcul.ſc.Date viam. *Os amarum habeo.dentes blennos, lippiunt fauces fame.*

Epiſtol.IX *ante pellitos reges, vel principes purpuratos.*] Principes Romanos & Barbaros intelligit. Pellitos verò appellat, non vt Hieronym.Epitaph.Nepotian. pellitos populos, barbaros quibus pelles varij vſus: vtique ſub inclementiori cœlo degentes maſtrucas ſumunt, & amictus hirtos. Claudian.Prudent. Cæſar 6. belli Gall. Sed vt purpura principum Romanorum: ita Barbaris regius habitus pelles pretioſæ, de quibus Helmold de geſtis Slauor. cap.2.Hieronym.ad



nym.ad Demetr.& alij.Sidon.Panegyr.Auit. *in media pelliti principis aula.*

Epiſtol.XII. *currum tuum prouinciales ſpontaneis ſubijſſe ceruicibus.*) Currum interpretor, quod Tertull.ſellam pompoſam.Epiphan.lib.2.τινὲς γὰρ γυναῖκες κόρικά τινα κοσμοῦσι, ἤτοι δίφρον τετράγωνον ἁπλώσασαι ἐπ' αὐτὸν ὀθόνην. epiſtol. 15. Filium M.Ciceronis, Seneca Suaſor. 7. lib..4 cap 30. de benef.Plin.lib.4.cap.22.App.lib.3.Ciui.bell.Dio lib.1.

Lib. VIII.epiſtol.. III. *quas oris regij vice conficis*) Paneg. Maior. *cuius dignatur ab ore Cæſar in orbe loqui.* Rutilius: *Huius facundæ commiſſa palatia linguæ Primanus meruit principis ore loqui.* Zoſim.lib.5. σάλβιος, ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ἀπαγγέλλειν, ὃν κοιαίστωρα καλοῦσι. Symmach. lib. 2. epiſtol.8. *Neque enim te exhaurit, quod ſapientium preces indefeſſo abſoluis effatu: quod venerandi principis mente loqueris, & oraculis. Sunt iſta prima, nec tamen ſola.* Ita corruptiſſimus locus ex MS. reſtituendus: cuius probitas breui per doctiſſ. virum patebit. Idem Symmach. lib. 1. epiſt.39. Spartian. Hadr.Sueton.Neron.cap.15. Caſſiod. lib.5. 6.lib.6.5.

Epiſtol.VI. *cenſualium penulatorum*) Capitol.G.Sardian.l. Omnia. C. de princip. ag.in reb.l. 8. C. Theod. de tabular. Firm.Aſtron.lib.3.cap.11.Sed cur penulati? Num vt expeditiores an verò vt dignoſcerentur à togatis, id eſt, aduocatis, ita enim Sidon.lib.6.epiſtol.3. Apul. Mileſ. 10. Nonius *Toga dicta a tegendo, & eſt toga, ſicut in conſuetudine habetur veſtimentum quo in foro amicimur.* Senec. Controu. *Qui forenſia ſtipendia auſpicabantur: nefas habebatur brachium extra togam exerere.* An verò penulati & more curiæ Romanæ, quod quanquam ex illis Ambroſij, quæ ſubijciam, exculpi poſſe videtur, tamen verum non arbitror, is in Epiſt.Paul.ad Timoth. *Sed quia erat ex Tharſo, quos conſtat in ſocietatem Romanorum receptos, vt de cætero appellarentur ciues Romani, idcirco neceſſe eſt eos & curiam habere, in quam more Romanorum penulati conueniant.* ego ampliandum cenſeo.

Epiſt. IX. —*Tonſo occipiti ſenex Sicamber, Poſtquam victus es*] Infra detonſus Vacatim bibat Sicamber. Radebant enim victis caput & barbam. hinc Propert. tonſa Africa. Claudia detonſa Sicambria.Lucan.& tu tonſe Ligur.

Lib. VIII. Epiſt. XIV. *Archimandritæ*] Nouel. 5. c. 20.

Euagr.Hiſtor.2.cap.15.Auguſt.Pſal.98.

Epiſt. XV. *Aurelia obſidio*] Iornand.de Getic.Diac.

Lib. IX. Epiſt. IIX. *Comprehendebant ſignis, quod literis non poterant*] σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. Plu.Caton.apud Cic.ad Attic. διὰ σημείων ſcribere.quamquam illic de notis arcanis, quas Firmic.lib.3. cap.22.difficiles & abſconſas literas,cap.8. notas. Gell. lib.17. cap.9.Sueton.Cæſ.Quæ verò Sidon.ſigna,alijs notæ. Sueton. Tito cap.3.notis excipere.hinc Martial.notarius velox.Gloſſ. Notarius σημειογράφος. Auſon. *Puer notarũ præpedum ſollers miniſter.*— Hieronym. puncta. Epitaph. Nepot. Prudent. *Verba notis breuioribus comprendere cuncta peritus, Raptimque punctis dicta præpetibus.* Auſon. *Punctis percuncta ſingulis, Vt vna vox abſoluitur.* Sed de his alias vbertim.

*Annos iam dextra numerauit*] Iuuenal.Sat.10.

Epiſt. XIII. *Rutilum toreuma byſſo*] lib.2.epiſt.13.ſericatum toreuma.lib.1.epiſt.2. *Toreumatum peripetaſmatumque conchyliata ſuppellex.* ita capio apud Saluian.4.ad Eccle.Cathol. *Menſæ ac toreumata mero iugiter madent.* Deſcribit Sidon. apparatum conuiuale,ac primum de ſtragulis.Sternebant autem lectos veſtimẽtis Phrygij operis.Æneid.1.*thoris diſcumbere pictis.* & lib. 4. *pictis epulatu thoris.* Duris apud Athen. τετρακοσίους ἂν ποτὲ ἡγεμόνας ἑστιῶν ἐκάθισεν ἐπὶ διφρῶν ἀργυρῶν καὶ κλινῶν θήρων ἀλουργοῖς περιεστρώσας ἱματίοις. Ouid.Metam.8. —*Thorus eſt de mollibus herbis Impoſitus lecto, ſponda pedibuſque salignis: Veſtibus hunc velant, quas nõ niſi tempore feſto Sternere conſuerant.* Puluinar verò propriè Deorum, vt Sen. Gloſſ. θρόνος θεῶν. Varronis locum fruſtra correxerunt, recte enim V.C.Coſmoterine περὶ φθορᾶς. *Prygio qui puluinar pigere poterat, ſoliar depigebat.* Quo thorus inſternitur thoral.l.3.D. de ſupp. leg.l.5.eo.Lamprid.Elagab.quo ſoleũ ſoliar.Puluinar Varro ſoliari opponit, hoc videlicet ſedentes, illo cubantes cœnabant. vtroque enim, modo veter. Homerus odyſſ. Athen. ἐπὶ τὸν ξύλον κατακείμενοι. Iulian.Cæſarib. παρεσκεύαστο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἑκάστῳ θρόνος καὶ κλίνη κατὰ πρεσβείαν. Themiſt. κατακλίνεις δὲ ἐπὶ στιβάδος ἐστρωμένης τάπησι, καὶ πορφύρᾳ. Val.Max. lib.2.cap.1.Iſid.lib.20. cap.11. Feſtus. *Solia ſedilia in quibus non plures ſingulis poſſunt ſedere, ideoque ſoliar ſternere dicuntur, qui ſelliſternium habent. & ſoliaria vocantur Babylonica quibus ſternuntur.* rectè erant enim huius generis ſtragula accubitoria. Gloſſ. *Babylonicum*





ψίλη πολύμιτος. quod confirmat Martial. Apophoretis. Cubicularia polimita.quem vide.Hieronym.in Ezech. cap.28.*Negociatores Tyri, qui polimita purpuram, & ſcutulata mercantur.* Plin.lib.8.c.48. Babylonicũ verò eodem modo,vt Lingonicum,pro ſtramenta. Lingonico.Martial. *Hæc pro Lingonico ſtramina pauper emit.*

*Rutilas forte blattas.*] Blattifer Senatus. epiſt.vlt. Vopiſc. Aureliano; *Cum ab eo vxor peteret vt vnico pallio blatteo ſerico vteretur, ille reſpondit, abſit, vt auro fila penſentur.* Blatteo ſerico ſeu ſericoblatteo. veſte ſerica purpurei coloris,& filis aureis variata. l.10. C.de murileg.l.13.l.18.C.Th.eod. Lãprid. Elagab. funes blatta & ſerico intorti. Serica purpura tincta, & auro ſeu aureis filis intexta. hinc apud Vopiſc. Aurel. *ne aurum in tunicas mitteretur. ne aurum per varios filorum vſus periret.* Capitolin. Pertin. *veſtis ſubtegmine ſerico aureis filis inſignior.* Hieronym.ad Lætam: *Spernat ſericum vellera, & aurum in fila lenteſcens* ad Euſtoch. *in quarum veſtibus attenuata in filum auri metalla texuntur.* tale intelligit Sidon. Epithal. Polem. & Araneol. *trabeas imitata rigentes.* & : *Criſpato rigida crepitant in ſyrmate ruga.* quod ex Lamprid, claret; qui Alex.Seuer. *In linea aurum mitti dementiam iudicabat cum aſperitati adderetur rigor.* Variabant autem ſerica filis aureis, aut texturâ ipſâ, aut phrygio opere, vnde. hoc opus recentioribus, etiamſi corruptè, aurifrigium. Helmoldus. *lecti aurifrigijs ſtrati.* hinc Barbaricariorum & ..., vt omnium γυναικείων; opus cognatum. quare Optat.Mileuitan.cum ait, operarios purpuræ artifices.non tantum eos intelligo, quos confectores purpuræ Vopiſc.Aurel. aut βαφεῖς, ſed cuius opus in purpureo ſerico, qui & præparat ſerica ſeu linea purpuræ, & inficit. ita in Gloſſ. *Plumarius:* πλουμάριος. cum tamen plumarius ſit ποικιλτής Varron: ſeu qui in vſum veſtis auium plumas texit.

*Belluáſque Rapidas, vacante panno Acuit quibus furorem Bene ficta plaga cocco.*] L.vocante panno. Innuit tauros, quos purpura prouocari & excitari præter iuris auctores Senec. lib.3.de Ira. cap.30.

*Fundant Opobalſamum lucernæ.*] Lamprid.Elagab. *in lucernis balſamum exhibuit.*

*Socient falerna nardo.*] Idem Lamprid. *Bibit cum omnibus ſuis caldarium de nardo exhibens.* Euriap. Iamblich.

Epiſt.XVI. *Antiquarium*] Hieronym. *Habeo alumnos, qui*

*antiquaria arti ſeruient.* Antiquarij καλλιγράφοι. Notarij ταχυγράφοι. vtrumque commendat Sidon.lib.5.epiſt.15. *Librum Heptateuchi ſcriptum velocitate ſumma, ſummo nitore.*

*Nos tamen rectam comite arte proram*] Alludit ad Prouer. ὀρθὰν τὰν ναῦν. Cic. lib.1.epiſt.2. ad Q. Fratr. Seneca epiſt.97. *Qui hæc potuit dicere, Neptune nunquam hanc nauim niſi rectam, arti ſatisfecit.* Teletes apud Stobæum ſerm. 254.

*Cum meis poni ſtatuam perennem Nerua Traianus titulis videret.*] De hac ſolennitate pluria dicenda erant. ſed non eſt inſtituti mei.vide Vopiſc.Numerian. Euſeb.Chron.

*Quamque poſt viſus, prope poſt biluſtre tempus accepi, capiens honorem qui patrum ac plebis.*]Hæc poſteriora capienda de Imp.qui magiſtratum adeptus, ſeu cõſulatum inijt eodem tempore, quo Sidon. imago relata in bibliothecam Vlpian.

*Vt per abruptum boue concitato.*] Victor Vtic. vbi amphora cœpit. Hieronym. ad Lætam. *Currente rota dum vrceum facere cogito, amphoram finxit manus.*

Lib.v. Epiſt.vii. *Arcarijs pondera.*] Arcarij ſerui, quibus curatio ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. Nam argentum Romanis duplex ſuum & alienum.Cic.pro Roſc.Verr.3.Plin.35.cap.10.ſuum argentum iterum duplex,domeſticum,quod in arca.forenſe,ſeu vt Cic.lib.2.epiſt.1.ad Attic.circumforaneum, quod in nominibus.l.27.§.3.D.de aur. & arg.leg.inde duplex ſoluendi modus, de menſa,vnde apud Liuium. lib. 7. quinqueuiri menſarij,à diſpenſatione pecuniæ aut ſcriptura, ſiue domi aut ex arca.Donat.Adelp.Act.2.ſc.4. ex quibus,vt arbitror liquet,cur l. Thais. §. 17.D.de fideicom. libert. arcarius dicatur nomina feciſſe. Sidonio Arcarij ſunt ſuſceptores,qui vti alij eius generis ponderibus & modiis vtebantur. l. aurum.C.de ſuſcept.ex qua pleniſſima huius loci interpretatio petenda. l. Modios eod. l. iubem.C.de defenſor. ciu. Fiſcus enim arca dicitur. Lamprid. Alexand. Seu. *Qui de arca fiſci ederent munera.* nam V. C. area. hinc apud Capitolin. Gordian. *Gladiatorum fiſcaliũ paria mille.* Prudent. περὶ στεφάνων.

*Auguſtus arcem poſſidens,*
*Cui nummus omnis ſcribitur.*

Indubiè L. Aug. arcam poſſidens. Vopiſc. Aureliano. Arca fiſcalis.l.2.C.Theod. de num.act.ſcrin.apud Caſſiodor.lib.12. tot ſolidos de arca noſtra tranſmiſimus. intelligit arcã ſuam princeps ſeu fiſcum priuatum. Duplex enim eſt fiſcus, publicus

cus



cus & priuatus. Publicus in quo cenſus populi ſeu ciuitatis, qui & ærarium. Priuatus, in quo pecunia ex patrimonio principis. Spartian.Adr. *Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit.* Comes rerum priuatarum. quamuis eius munus cura fiſci priuati concluſum non fuit Arca præfecti prætorio,de qua l.Duos. C.de ſuſcept. l.vlt.C.Theod. de indulg.debit.Græcis τράπεζα.vnde in Gloſſ. *Arcaria* τραπεζιτικά. Arcæ pontificalis meminit Symmach. & v. Inſcript.

Paneg. *Maior. pugilem cum gymnade pinguẽ*] Prudent. 2. contra Symm. *Oleóque & gymnadis arte.* Hamartig. *Sic Lacedæmonias oleo maduiſſe palæſtras.* Stat.6.Thebaid.pingues palæſtras.Ouid.vnctas Lucian. Amor. λιπαρὰς. Vicum Helenam. Zoſim. lib.2. *Iam textilis anguis*] elegantiſs. deſcriptio Draconis ſigni bellici. cui gemina illa Ammian.lib.16. *Alios purpureis ſub tegminibus texti circumdedere dracones, haſtarum aureis gemmatisq; ſummitatibus illigati. Hiatu vaſto perflatile, & ideo velut ira perciti ſibilantes, caudarumq; volumina relinquentes in ventum.* hinc Draconarij. apud Vopiſc.Aurel. δρακοντοφόροι.Gloſſ.Prudent. *draconum, quos ferebant pallijs.* Pallium περιπέτασμα. aduerſ. Symmach.

*—Feſtis ſuſpendam pallia portis.* Ita Palla Senecæ de Ira lib. 3. cap. 12. *cum inter dicentes & audientem Palla interesset.* rectè ergo auctor Gloſſarij: *Palla* πέπλος, περιπέτασμα. accuratè Cedrenus: βῆξιλλα παραπετάσματα ἐκ πορφύρας καὶ χρυσοῦ, εἰς τετράγωνον σχῆμα πεποιημένα. ταῦτα ἐξαρτῶντες ἐπὶ μακρῶν δοράτων, κύκλῳ παραπορευόμενοι τῶν βασιλέων, κατασκεπάζουσιν αὐτούς. quare propriè & eleganter Prudent. pallia dixit;nam & pallium τετράγωνον ſeu quadratum.vt Tertull. de Pall. & eâdem de cauſſa vexilla,pallia,& βάνδα dicta;nam band.etiam num nobis inſtitam ſeu faſciam latiorem notat. Sed bandum vexillum appellabant. Suid. βάνδον. & numerum militum, quæ ſub vexillo militabant,qua notione Francis hodie vſurpatur. Leo Imp. βανδοφόρος ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων. Vix habuit mores. Sura. Dio in Traian.

Panegyr. *Auit princeps Conſtantius*] Oroſ.Diac.

*Lithorius ſcythicos*] vide Diacon.lib.5.

*Littera Romani*] Diacon.ibid.

*Capto Lithorio*] Saluian.lib.7.

*In campos Belga tuos*] Cãpos Catalaunicos. Diacon.li.5.

*Interea incautum*] Romam, quam inuaſit Genſerichus. Hiſtor.Miſcell.

*Narbonem*] Diac.lib.4.Saluian.Proſper.

*Quæ noſter peccauit auus*] Oroſ.lib.7.cap.28.

*Auguſti ſubeas nomen*] Diacon.lib.6.

Carm.ad magnum Pelic.*Irati fuit hiſtrionis exul.* ] Vide Dion.Domit.Iuuen.Sat.15. Suid. Δομιτιανὸς ἐφίλει τὴν ἀρχηστὴν τοῦ Παρίωνος μέρους τὸν λεγόμενον Πάριν, περὶ οὗ καὶ ἐλοιδορεῖτο ὑπὸ τῆς συγκλήτου, καὶ Ἰουβεναλίου τοῦ ποιητοῦ ὅστις βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν Ἰουβενάλιν ἐν Πενταπόλει ἐπὶ τὴν Λιβύην. Turni Rutilius meminit, Sem. in Vig.Comm.Iuuenal.

Burgo.*Diceris ſic namque domus de flumine ſurgunt*]Gloſſ. πύργος *turris,burgus.* Ammian.lib.28. *Rhenum à Rhetiarum exordio vſque ad fretalem Oceanum magnis molibus communiebat,caſtra extollens altiùs,& caſtella,turreſque adſiduas per habiles locos & oportunos, qua Galliarum extenditur latitudo.* Narbon.Phocidæ.Pompon.Mela lib.2.cap.5.

*Clauſis faucibus & loquente geſtu.*] Intelligit παντόμιμον Caſſiodor.lib.4. LI. *Ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi.* Cyprian. *Vir vltra muliebrem mollitiem diſſolutus, cui ars ſit manibus verba expedire, propter vnum neſcio quem commouetur vrbs tota, vt deſaltentur fabuloſæ libidines.* Lucian. περὶ ὀρχήσεως. Macrob. Saturn.lib.2.cap.7.

*Crure,genu*] Manil.

*Omnes fortunæ vultus per membra reducet,*
*Æquabitque choros geſtu,cogetque videre*
*Præſentem Troiam.* ——

*Manu*] hinc χειρονόμοι. & Ariſten. περὶ ὀρχηστρίδος χειρὶ πολυφώνῳ, καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη. &c, χεῖρας κινεῖσθαι.

*Rotatu*] Lib.9. epiſt.13. Iuuat & vago rotatu dare fracta membra ludo.rotatus.τῆς ὀρχηστικῆς στροφαί, καὶ περιαγωγαί.

*Toto in ſchemate*] Totum ſchema,dixit:τὴν σύντονον κίνησιν τῆς ὀρχηστικῆς, καὶ στροφὰς αὐτῆς: καὶ περιαγωγάς, καὶ πηδήματα, καὶ ὑπτιασμούς, quæ omnia Saturi geſtus appellatione complexus Manil. ſchemata itaque ſunt κινήματα τῆς ὀρχηστικῆς. Saluian. *Quis enim integro verecundiæ ſtatu dicere queat, illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum, illas morum turpitudines illas geſtuum fœditates.* L. illas motuum turpitudines.Arnob. *Laſciuiens multitudo incompoſitos corporum diſſolueretur in motus, ſaltitaret & cantaret.* Malim legi: compoſitos. motus compoſitus κίνησις ἐμμελής. vt Petron. & alijs compoſitus inceſſus, qui delicata moderatione ſuſpenſus incompoſitus motus,apud Val.Max. rudis & non numeroſus,apud Non.in Sanniones:*in motibus & in ſchemis* non, ſcenis.Næu.Lycurgo.*Pergite thyrſigeræ Bacchæ Bacchico cum ſchemate.* Apul. *varijs corporis ſchemis ac motibus.* Lamprid. Elagab. *Meretrices coegit in ædes publicas, diſputauitque de generibus ſchematum & voluptatum.* innuit motus obſcœnos.Sueton.Tib.cap.43.



*Tela attritu aſſiduo cacuminantem.* ] Panegyr. Maior. cacuminat albis os nigrum telis. quod Virgil.3. Georg.

*—dentéſque Sabellicus exacuit ſus.* Ouid. Metamorph.

*—ſummáſque cacuminat aures.* id eſt, exacuit, aut in cacumen arrigit. Horat. lib. 2. Od.19. *& aures Capripedum Satyrorum acutas.* vt Lucianus, ἐν Θεῶν ἐκκλησίᾳ: οἱ δὲ σάτυροι ὀξεῖς τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροί.

*Mimos, ſchœnobatas, gelaſianos.* ] Mimi, & gelaſiani ſunt τῶν γελωτοποιῶν. Sunt autem μῖμοι ὑποκριταί, καὶ μῖμοι γελοίων. Zoſim. lib. 4. μῖμοι γελοίων, de quibus Sidon, *qui lætis riſum ſalibus mouiſſe faceti*, vt ait Claudian. ſcurra Latinis. Gloſſ. *Scurra* σκώπτης, γελωτοποιός, κόβαλος, ἢ εὐτράπελος. ſola vero dicacitate, & acerbis iocis riſum conciliabant. Capitol. vero. ſcurræ mimarij. Catul. vrbicarij. Iuuen. vrbici. Plaut. vrbani. Firm. ſcenici ioculatores.

*Gelaſiani.* γελωτοποιοί. Nouel. 105. qui habitu aut geſtu riſum, mouebant, deformitate oris, & vultu ridiculo, aut voce abſona. huius generis ſunt moriones. Lamprid. Alex. Seuer. Sanniones. Nonius. *Sanniones enim dicuntur, qui non rectum vultum habent. nam Sanna os diſtortum cum vultu.* Interpres Perſij: Miriones quoque & id genus. hinc capiendus Artemidor.lib.1. ξυρᾶσθαι τὴν κεφαλὴν ὅλην, πλὴν αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι, καὶ γελωτοποιοῖς ἀγαθόν. totum enim caput radi, eſt vera deformitate inſigniri, vt ait Petron.

*Schœnobatæ.* Sunt ex genere præſtigiatorum ita enim appellantur θαυματοποιοὶ apud Capitolin. Vero. vnde Plin. lib.9. epiſt. 26. vbi oratorem vult attolli, eáque immiſcere quæ θαύματα Æſchin. *vides*, inquit, *qui per funem in ſumma nituntur, quantos ſoleant excitare clamores, quum iam iámque caſuri videntur.* Prudent. Hamartig.

*Inde per aërium pendens audacia funem*
*Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis.*

de qua ſcanſione abunde Niceph. Gregoras lib.8. Manil.

*Certa*

*Certa per extentos ponit veſtigia funes,*
*Et cæli meditatur iter, faſtigia pendet,*
*Appennina petens populumque ſuſpendit ab ipſo.*

Iuuen. Sat. 14. Sueton. Ner. cap. 11. Muſonius apud Stobæum. ſerm. 19. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἄρα, θαυματοποιοὶ δύσκολα οὕτως ὑφίστανται πράγματα, καὶ τὴν ζωὴν παραβάλλουσι τὴν ἑαυτῶν οἱ μὲν εἰς μαχαίρας κυβιστῶντες, οἱ δ᾽ ἐπὶ κάλων μετέωροι βαδίζοντες, οἱ δ᾽ ὥσπερ ὄρνεα πετόμενοι διὰ τοῦ ἀέρος. ὧν τὸ σφάλμα θάνατός ἐστι. erant enim varia genera τῶν θαυματοποιῶν, περὶ τῶν εἰς μαχαίρας κυβιστώντων, fusè apud eundem Stobæum ſerm. 17. οἱ δὲ ὥσπερ ὄρτυγα πετόμενοι, *qui more auium ſeſe iaculantur in auras, & pennis viduati volant.* Manil. lib. 5. hinc petaminarij Firm. lib. 8. huius generis ephalmatores, & qui membra per flammas mittunt, & petauriſtæ, ſeu vt Firm. petauriſtarij. Feſt. Petaurus. Manil. lib. 5.

*Et iam te vrna petit.* ] Sophocles Electra: στάντες δ᾽ ἵν᾽ αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβεῖς κλήροις ἔπηλαν, καὶ κατέστησαν δίφρους. Ouid. 3. Amor. Eleg. 2.

*Suſpenſas tubicen vocans quadrigas.* ] Sophocles. χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ᾖξαν —Stat. Sylu. 3. *Iam placida dant ſigna tubæ Iam fortibus ardens* & c. Hieronym. Hilation. Moto puluere ſordidatur aër. Sophocles.

——ἐν δὲ πᾶς ἐμεστώθη δρόμος
Κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων κόνις δ᾽ ἄνω
Φορεῖται——

Horat. *Curriculo puluerem Olympicum collegiſſe.* hoc eſt, quod Græci ἐγκονεῖν. Scholiaſtes Ariſtoph. Plut.

*Dexteriore concitatu.* ] lib. 2. exteriore. Interior qui breuiore circulo pergit ad metam, & eſt ſiniſter, exterior, qui longiori, & eſt dexter. Virgil. 12. Æn. *Eludit gyro interior.* Seru. *Simiſterior, breuiore ſcilicet circulo.* hinc Ouid. Amor. lib. 3. Eleg. 2. *Nunc ſtringam metas interiore rota.* Sophocles. —δεξιὸν τ᾽ ἀνεὶς σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον. Scholiaſtes: σειραῖον ἵππον: τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιόν, προσκείμενον δὲ τῷ καμπτῆρι ἀριστερόν. Idem Sophocl.

ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν
Καμπτοντος ἵππου, λανθάνει στήλην ἄκραν
Παίσας——

Hinc interiorem, pro ſiniſtro, exteriorem pro dextro acceperunt. Cato Origin. *Condituri ciuitatem, taurum in dextra, vaccam*



*vaccam intrinſecus iungebant, & tenebant ſtiuam incuruam vt glebæ omnes intrinſecus caderent.* Varro 4. de ling. Lat. Ouid. v. Faſtor.

*Et medius iuuenum non dedignantibus ipſi*
*Ibat, & exterior ſi comes vnus erat.*

*Gyrum ſeptimum*] Hieronymus: *In Romanis vrbibus iam inde ſeruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum, ab ipſo quaſi conſiliorum Deo quadrigæ ſepteno currant circuitu, & equos partis aduerſæ fregiſſe victoria ſit.* Propert. *Septima quam victam triuerit arte rota.*

*Hilarem ciere rixam*] Artemidor. lib. 5. Propemt. Quem riſiſſe ſemel ferunt in æuo. Hieronym. M. Craſſum ſemel in vita riſiſſe ſcribit Lucillius. Ammian. lib. 26. Cic. alijque complures. Atqui hactenus ſatis prolixè deliratum, ſufficiunt enim, vt arbitror, hæc προπαρασκευάσματα veri legitimique laboris, quem Sidon. noui.

***

FINIS.

UNIVERSITA DE GRANAD